LIBER
PONTIFICALIS
SEU
DE GESTIS
ROMANORUM PONTIFICUM
QUEM

Cum Codd. Mss. VATICANIS aliisque summo studio
& labore conlatum emendavit, supplevit

JOANNES VIGNOLIUS
Bibliothecæ VATICANÆ olim Præfectus alter,
atque utriusque SIGNATURÆ Referendarius.

ADDITIS

VARIANTIBUS LECTIONIBUS, NOTIS, ET NOVO RERUM
VERBORUMQUE OBSCURIORUM INDICE LOCUPLETISSIMO.

Accesserunt ad calcem hujus postremi Tomi VARIANTES LECTIONES
vetustissimi & celebris CODICIS Ms. LUCENSIS
NUNC PRIMUM EDITÆ.

ATQUE

INTERPRETATIO VOCUM ECCLESIASTICARUM
ONUPHRII PANVINII.



ROMÆ, MDCCLV.
Typis JOANNIS BAPTISTÆ BERNABÒ, & JOSEPHI LAZARINI.

SANCTISSIMO PATRI
et Domino Nostro
BENEDICTO XIV.
PONT. MAX.

PETRUS JOSEPH UGOLINUS
FELICITATEM.

N*ON mediocri afficior voluptate, BEATISSIME PATER, quum opus a multis annis in-*

cœptum beneficio tuo amplissimo ad optatum finem pervenisse tandem intueor. Avunculus meus Joannes Vignolius id in se laboris susceperat tum perpetuis notis illustrare vitas Romanorum Pontificum, quas e scriniis Vaticanis eductas in lucem emiserat primum typis Moguntinis anno 1606. Marcus Velserus, & subinde typis Parisiensibus Carolus Annibal Fabrottus anno 1646. tum ex vetustis Codicibus Mss. Textus Anastasiani Variantes Lectiones decerpere, easque suis locis apte subjicere. Primum jam Tomum ediderat, instabatque impiger operi perfi-

ciun-

ciundo, quum morte abrumpente filum ad umbiculum telam perducere haud potuit, gravi operis detrimento, magno literatorum virorum desiderio, tenuisque mei census non levi jactura. Nunc lætitia gestio voti compos factus, & meam libero fidem Lectoribus oppignoratam, quibus jam pridem opus brevi proditurum spoponderam. Hoc hodie peractum est addente animos & suppetias ferente clementia & largitate SANCTITATIS TUÆ.. *Habebunt in tribus hisce Tomis Ecclesiasticæ Historiæ cultores magnam eamque potissimam ejusdem partem, quæ scilicet*

licet

licet novem priorum Christianæ Religionis sæculorum Pontificum Romanorum vitas complectitur. In his legere erit rudi quidem ac impolito stilo, sed ingenuo & sincero res ab illis gestas, eorum creationes, consecrationes, tempora durationis sedis, obitus, interpontificia: sed præsertim diligentem atque enucleatam descriptionem largitionum ab iisdem factarum Basilicis nedum Romæ, verum & regionum Romæ finitimarum. Ex illis alias a fundamentis erexerunt, alias senio corruptas instaurarunt, alias oratoriis atque aris instruxerunt, omnes peramplis donis locupletarunt.

runt.

runt. Utinam eadem cura & diligentia ſcriptis mandata fuiſſent ſingularia eventa, quorum iis temporibus Italia noſtra theatrum fuit & ſpectatrix! Quanta lux Hiſtoriæ affulſiſſet, quæ ceteroquin cæca nocte premitur, ut optimus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ parens Ven. Baronius in ſuis Annalibus dolens conqueritur! Utcumque res ceciderit, ſemper in quæſtu habendum eſt quod habemus ex puriſſimis fontibus derivatum. Juvabit interim in veteribus exemplis pietatis, religionis, liberalitatis agnoſcere exempla tua, BEATISSIME PATER, quæ niſi illis præ-

ſtare,

stare, quod fortasse ambitiosius a me dictum putaretur, æquare illa certe citra invidiam affirmare possum & prædicare. Sunt in omnium oculis quæ TU *largissima & munifica manu in Dei honorem, nobilioremque Beatorum cultum hic Romæ præstitisti. Videt & suspicit* BONONIA *parens tua atque altrix gloriosissima pulcherrimas & pretiosissimas largitiones, sive in principis Templi augustæ frontis constructione, sive in beati Ignatii procul devectis perraris marmoribus splendida ara recens erecta, sive in argenteis aureisque plurimis vasis, & ditissimis se-*

rico,

rico, auroque textis supellectilibus ejusdem Templi sacrario conlatis. Et hæc quum feceris tam ampla, tam munifica, tam insueta nihil fecisse tecum ipse modestissime reputas. Te incolumem cum hac tua optima constantique bene omnibus faciendi voluntate quam diutissime servet Deus, omnia TIBI *fausta atque felicia præstet ad Ecclesiæ suæ incrementum & decus, & ad tuorum subditorum felicitatem, meque in genua humillime provolutum Apostolica benedictione auge atque exorna. Romæ* IV. *Non. Octobris* MDCCLV.

BENEDICTUS PP. XIV.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

CUM, sicut dilectus filius Petrus Josephus Ugolini Nobis nuper exponi fecit, ipse Tomum tertium & postremum Libri, cujus titulus est: LIBER PONTIFICALIS, SEU DE GESTIS ROMANORUM PONTIFICUM, a tunc in humanis agente Joanne Vignoli in utraque Signatura nostra Referendario, Bibliothecæ nostræ Vaticanæ Custode, Avunculo suo incœpti, typis mandaverit: vereatur autem, ne postquam in lucem prodierit, alii, qui ex alieno labore lucrum quærunt, dictum Librum in ipsius Petri Josephi præjudicium iterum imprimi curent; Nos ejusdem Petri Josephi indemnitati providere, ipsumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel caussa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Petro Josepho, ut decennio proximo a primæva dicti Libri impressione computan. durante, dummodo tamen prius a dilecto filio Magistro Sacri Palatii Apostolici approbatus sit, nemo tam in Urbe, quam in reliquo statu Ecclesiastico mediate, vel immediate Nobis subjecto dictum Librum, seu aliquam ejus partem sine speciali dicti Petri Josephi, seu ab eo caussam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel aliis impressum vendere, aut venalem habere, aut proponere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea omnibus utriusque sexus Christifidelibus, præsertim librorum Impressoribus, & Bibliopolis sub quingentorum ducatorum auri de Camera ac amissionis librorum & typorum omnium pro una Cameræ nostræ Apostolicæ, & pro alia eidem Petro Josepho, ac pro reliqua tertiis partibus accusatori, & judici exequenti irremissibiliter applican. & eo ipso absque ulla declaratione incurren. pœnis, ne dicto decennio durante prædictum Librum, aut aliquam ejus partem sine hujusmodi licentia imprimere, seu venalem habere, vel proponere quoquo modo audeant seu præsumant. Mandantes propterea dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis justitiæ ministris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus eidem Petro Josepho, seu ab eo caussam habentibus prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab eodem Petro Josepho requisiti fuerint, pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis &c. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XI. Octobris MDCCLV. Pontificatus nostri anno decimosexto.

D. Card. Passioneus.

PRÆ-

PRÆFATIO

PERSUASUM ſatis cuique erit, nihil optatius mihi eſſe potuiſſe, quam ut ærumnoſo ſane operi diuque exſpectato ſuprema tandem manus imponeretur. A peracta alterius voluminis editione ſumma equidem urgebar ſollicitudine, ut me promiſſis quam cito ſolverem, aliorumque ſtudiis obtemperarem: ſed ea erat ejuſdem operis conditio, ut feſtinationem omnem reſpueret, & ob varias, quæ paſſim emergebant, difficultates, longiorem moram injiceret: Conſultius enim eſſe exiſtimabam illud ſerum promere, quam aliqua ex parte diminutum.

Hunc igitur tertium ac poſtre-

mum Tomum modo tibi, humanissime Lector, lubens exhibeo numeris omnibus, quoad ejus mihi licuit, absolutum; cujus quidem prima & præcipua laus debita est Cl. Patri D. Joanni Francisco Baldino, viro eruditione juxta ac humanitate præstantissimo, qui susceptum munus egregie, naviterque exsecutus, opportunis Adnotationibus hanc quoque partem illustravit. Ego vero etsi non inutilem operam contulerim, semper ejus consilio usus, nihil protuli, nisi prius ab eo recognitum atque, ubi opus erat, castigatum, quum mearum virium tenuitatem probe norim. Idque ipsum in caussa fuit, ut quominus ingenio possem, eo plus laboris mihi esset subeundum; cujus quidem fructum satis amplum ero consecutus, si sensero, quod ipse præstare potui, gratum tibi fore & acceptum.

Quemadmodum autem in superio-

rio-

rioris voluminis Præfatione de singulis ejus partibus verba feci, nequid Lectorem lateret, ita & hic ad majorem rei illustrationem pauca subjicere ab instituto haud alienum esse putavi. Contextum itaque emittimus eo fere modo, quo illum Joannes Vignolius avunculus meus typis pararat, suoque ipsius charactere exscripserat ad numerum usque XXXI. vitæ S. Leonis IV. pag. 86. Qui Contextus prodit reliquus, ab eo fuit tantum numeris apte distinctus, pluribusque mendis expurgatus, appositis in margine libri editionis Moguntinæ, qua usus fuerat, non nullis additionibus, quæ editioni nostræ subinde accesserunt.

Nec ei quis succenseat cur lectionem Moguntinam intactam non retinuerit, Variantes Lectiones Contextui duntaxat subjiciens; sed variis additamentis quasi novum opus con-
flare

flare visus sit: unde suspicioni locus esse possit, an ejus editio primigenium Anastasii lumen præseferat: Exploratum siquidem tum illi apprime fuit, tum aliis perinde est, Alexandro Rainaldo etiam teste apud Floravantem Martinellum in Roma ex Ethnica sacra pag. 410. exemplum Moguntiæ cusum prodiisse ex codice Vaticano 3764. Vaticano I. alias dicto, qui ut cunctos prope alios Vaticanos codices vetustate, & copia certe præcellit, ita peculiari infortunio subest quod fuerit exaratus ab imperito librario, cui insulsa multa & putida exciderunt, ut perspicue agnosci potest ab iis omnibus, quibus eumdem codicem præ manibus habere commodum atque integrum erit.

Quocirca si istius sphalmata e Moguntino Textu explosa sunt ope aliorum Codicum accuratius scriptorum, qui paris auctoritatis habentur,

pa-

paremque merentur fidem, quid ille peccavit corruptam lectionem non-numquam deſerens in Textu, eamque rejiciens ad Variantes Lectiones in vita uniuſcujuſque Pontificis, quum id ferme ſibi propoſuiſſet, ut aliam procuraret editionem locupletiorem, & caſtigatiorem? Siquem autem religioſum cultorem vel mendorum, quia veterum, priſtina lectio, ut ex Moguntinis, vel Pariſienſibus prelis excurrit, adeo delectat, ut noſtram deſpectui habeat, mediocri ſumtu proprio ipſius genio poterit obſecundare.

Nemo tamen non intelligit quam injurioſum ſit integerrimo ſubactique ingenii viro iſthæc objicere. Is enim quidquid hiſtoriæ Pontificiæ addidit, ex ſelectiſſimis ac optimæ notæ codicibus Mss. mutuavit, nilque proprio marte confinxit, & ſiquid uſpiam, ratione ſuadente, vel neceſſitate exigente, e propria penu promſit ad reſtitu-

endum

endum rectum ſenſum , ubi ſcilicet mendum ita patens inerat ac manifeſtum , ut oratio nullo pacto procedere poſſet , in Variantibus Lectorem præfando admonere non deſtitit . Secus vero alii quidam (ut diverſa , & ſæpe contraria ſunt hominum ſtudia) magis conqueruntur eo, quod ipſe Textum non ſatis limatum ac exactum ediderit. Verum iſtis in alia mea Præfatione feciſſe ſatis confido . Ideo ad inſtitutum, unde diſceſſeram, jam revertor.

Variantes Lectiones ab eodem Avunculo meo concinnatæ deſinunt in vita laudati pontificis Leonis IV. num. XLI. pag. 92. Quæ ſequuntur ad operis finem a me , qualeſcumque , ſuppletæ ſunt , qui non nullas etiam interſerui in ſuperiorum Pontificum vitis ex diverſis probatis codicibus Mss. quos conſulere datum, vel quos ab aliis fideliter exſcriptos habui, &

quo-

quorum expoſitionem ſubjicere ſtatui. Plerumque tamen, præter Variantes tranſcriptas ex codd. Farneſiano & Urbinate, uſus ſum excerptis ex codd. Vaticano I. & Vaticano IV. quæ forte inter adverſaria memorati Avunculi mei partim exſcripta ſua manu reperi, & partim in margine libri Moguntini adjecta vidi: quibus etiam ex autographis, in bibliotheca Vaticana ſæpe pervolutis, non modica ipſe congeſſi.

Præterea ex card. Baronio plurimas Variantes compoſui, quem perpetuo ſecutus ſum, non modo quia Ven. iſtum Auctorem Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ parentem, ex cujus lectione ſenſis obſcuris lumen interdum acceſſit, maximi æſtimo; ſed etiam quia cuncti Mss. codices (ſi unum excipias Vaticanum I.) paſſim conticeſcunt, & vitas vel eorum Pontificum, qui præclara multa geſſerunt, per com-

c pen-

pendium efferunt, & quasdam alias omnino non attingunt, quum ulterius iidem non producantur: quamobrem necesse fuit aut Variantes unius tantum codicis Vaticani I. in quibusdam vitis proferre, aut ex laudato Baronio aliquas depromere.

Stilum prioris Tomi imitari nirus sum tam in Variantibus, quam in Glossario, cujus molestissimo labore relevare Patrem Baldinum, quem honoris caussa iterum nomino, gravibus aliis in sua ingravescente ætate occupationibus distentum, æquum duxi: verum timendum jure mihi est, an vix eminus vestigia Vignolii mei sequi potuerim, præsertim quum mihi aliis studiis operam danti interim molestæ sollicitudines non defuerint. Quare si meliora præstare nequivi, venia dignior ab æquo Lectore habendus ero: at meam saltem curam penitus contemtum iri non suspicor, nam si

adju-

adjutrices ego manus poſtremæ huic Parti, tot ſalebris ſeptæ, non admoviſſem, vix ea perfici umquam potuiſſet propter domeſtica negotia, aliaſve cauſſas, quibus Dominicus Maria, ac ſacerdos D. Philippus fratres mei amantiſſimi præpendiuntur.

Ad majus operis ornamentum poſt Gloſſarium adjeci Variantes Lectiones Luca delatas, atque excerptas ex codice Ms. qui adſervatur in bibliotheca, ſeu archivo illius Metropolitanæ Eccleſiæ beati Martini, a Cl. V. Patre Joſepho Blanchino presbytero Congregationis Oratorii, ſuis editis operibus jam ſatis commendato, ſummo conamine procuratas, & acceptas munere Cl. ac eruditiſſimi viri Bernardini Baronii patricii Lucenſis, qui Ms. conlato cum libro Anaſtaſii a celeberrimo Muratorio edito in III. Tomo Scriptor. Rer. Italicar. ſumma fide ac diligentia illas exſcripſit: pro

quibus me gratias vel maximas eidem Patri Blanchino habere profiteor, dum eas a me frustra diu optatas, ultro & commodum singulari humanitate mihi exhibuit.

Atque hinc ob vetustatem hujus rari codicis, ab eximiis literatis viris adeo celebrati, peculiare quid pretii editioni nostræ accessurum auguror. Nec mediocris jucunditatis argumentum ille mihi fuit, quandoquidem eidem nostræ editioni plerumque consonum inveni, id quod commonefacere identidem debui, ne alias frustra Variantes Lectiones dicerentur, nisi respectu habito ad alium librum, quocum fuit conlatus. Quoniam vero illius transcriptæ paginæ sero, & dum jam priora folia typographicis formis premerentur ad meas pervenere manus, nec ulterius se protendant, quam ad integram vitam S. Hadriani I. in Tom. II. pag. 236. non nisi initio, aut fini hujusce

juſce voluminis illas conſerere poteram, prius tamen diligenter recognitas, & ſuis ſingulas locis rejectas, indicatis paginis & lineis, ubi eſſent ſubſtituendæ, tum in I. Tomo a beato Petro uſque ad Conſtantinum, tum in II. a Coſtantino uſque ad laudatum Hadrianum I.

Denique ad exſolvendam fidem Avunculi mei non ſemel memorati, in calce totius operis addendum curavi Opuſculum Onuphrii Panvinii; cui titulus: *Interpretatio Vocum Eccleſiaſticarum, quæ obſcuræ, vel barbaræ videntur*: ab illo jam pridem promiſſum initio Tomi II. in vita ejuſdem Conſtantini num. IV. Not. 5. pag. 4. ne ullibi mea deſiiſſe cura dignoſceretur. Quod ſi hæc noſtra editio apud te, benigne Lector, gratiam inire poterit, fortaſſe olim, ſi vacabit, & vita comes, alia prodibit editio venuſtior & accuratior, quum I. Tomum Avun-

culus meus reliquerit pluribus in locis emendatum ac ſuppletum ; atque hic a non nullis etiam maculis repurgari poterit, quæ irrepſerunt præſertim in numerorum citationibus ob Textum ſubinde aliter diviſum, ſeu diſtinctum, ut ſenſa cohærerent magis : atque alia etiam menda in aliis Tomis expungi poterunt, quæ, ut humana fert conditio, quacumque adhibita cura, præcavere non potuimus. Interim quum te diutius forte, quam par erat, detinuerim, præfari deſino, tibique omnia fauſta precor atque ominor. Vale.

Quæ præ ceteris corrigenda.

IN CONTEXTU.

Pag. lin.
98. 13. navibus, ut in Variantibus.
200. 31. fraudulenter.

IN VARIANTIBUS.

Pag. lin.
99. 1. credens.

IN NOTIS.

Pag. col. lin.
26. 1. 3. donum.
210. 2. 10. Marinum ſubdiaconum.
231. 1. 6. genealogiam.
239. 1. 10. *Salonichi*.
ead. ead. 12. centum octo.

IN ADNOTATIONE.

Pag. lin.
254. 3. poſt *Joannis VIII.* ſupple Marini.

IN INDICE.

Pag. col. lin.
270. 1. 48. Burgundiæ.

Leviora ſolers Lector emendet.

ELEN-

ELENCHUS
CODICUM Mss.
EX QUIBUS
VARIANTES LECTIONES
VITIS SUMMORUM PONTIFICUM,
QUÆ
IN HOC III. TOMO CONTINENTUR,
ACCESSERUNT.

VAT. I. nempe Codex Vaticanus 3764.
VAT. IV. Codex Vaticanus 3762.
VAT. V. Codex Vaticanus 341.
VAT. VI. Codex Vaticanus 1340.
VAT. VII. Codex Vaticanus 1464.

Quinque horum Codicum expositionem habes in I. Tomo. In classe tamen I. Codicis sub initium ubi legitur: ***usque ad Hadrianum II. Papam***, reponendum est: ***usque ad Stephanum V.*** (alias VI.) ***Papam***. Nam idem Codex Vat. I. non definit in vita Hadriani II. verum in vita Stephani V.

Lapsus est, ut puto, Joannes Vignolius avunculus meus, aut quia tunc autographum Vaticanum nondum satis accurate perlustrarat; aut quia fortasse transcurrit folium, in quo incipit vita ejusdem Stephani V. id quod & mihi primum accidit. Incipit enim in pagina aversa per literam initialem non adeo conspicuam & majusculam, neve ex rubro depictam, quales visuntur literæ initiales in superioribus vitis: Quapropter nisi singula folia sedulo evolvantur, ea pagina facile transcurri potest.

Cete-

Ceterum dubium ſubeſt nullum quin ipſe idem autographum ſubinde diligentius rimatus fuerit, quoniam excerpta tum vitæ Hadriani II. tum vitæ Stephani V. ſua manu ſeorſum ſcripta reliquit.

PAL. CODEX Vaticanus Bibliothecæ Palatinæ 1811.

URBIN. CODEX Vaticanus bibliothecæ Urbinatis 773.

FARNES. hoc eſt, Codex ſeu fragmentum Farneſianum. Horum trium Codicum expoſitionem item exhibet I. Tomus. Sed ut peculiaris aliqua nota addatur, Codex Farneſianus eſt in 4. folio membranaceo ſignatus E 4. num. 21. ferturque olim fuiſſe card. Stephani Nardini Forolivienſis. Præterea non deſinit in Hadriano I. ut tradidit Avunculus meus, fidem Lucæ Holſtenii ſecutus, ideoque venia dignus; at immo protenditur uſque ad Martinum V. Atque ex iſto Codice, vel ex iſtius apographo, quorum alterutrum præ manibus deinde habuit, plures decerpſit Variantes Lectiones, quas in hoc poſtremo Tomo ſparſim inſertas reperies, vitamque Sergii II. adauxit a num. XL. ad num. XLVIII. pag. 63.

CODEX REGINÆ Ms. papyraceus, ſereniſſimæ ſcilicet Chriſtinæ Svecorum Reginæ, in folio ſignatus num. 69. ita diſtinctus ab alio membranaceo. Continet Hieronymi & Damaſi epiſtolas; vitam beati Petri diffuſiorem: Eſt in omni ſua parte integer, nec per compendium Pontificum vitas profert, ut alii pæne omnes: exſcriptus ex præſtantiſſimo exemplari, ſed calamo imperiti librarii: plura complectitur, quæ in aliis Mss. deſiderantur: explicit in vita S. Leonis IV. per illa verba: *Qui etiam*

por-

porticum ..... in nostra editione num. LXXXV. pag. 123. Ad calcem in unum collectas habet Glossas Petri episcopi Urbevetani; de quibus infra.

CODEX BARBERINUS, nempe Codex insignis bibliothecæ Barberinæ in folio magno membranaceo signatus inter codices Mss. num. 2017. per columnas scriptus, & figuris picturisque egregie ornatus. In prima pagina, quæ est chartacea, præfigitur alio charactere hic titulus: *Pontificale Romanum Damasi cum continuatione Anastasii Bibliothecarii, & Pandulfi Pisani*. In altera proxima pagina, quæ est prima pergamena, subjicitur tabula, seu index rerum. In adversa ante initium legitur: *Erom^e Damasi pp. ad Jeronimum*. Paullo infra: *Ex dono* ANTONII FELTRII *viri integerrimi ac* JURIS PIETATISQ. CONSULTI. In alia vero pagina incipit epistola Hieronymi & Damasi. Non continet alia opera præter vitas Pontificum: absolvitur in Honorio II. Consonat fere in omnibus cum Vat. IV. ex quo videtur exscriptus. In margine dispositas præfert Glossas ejusdem Petri Urbevetani episcopi ex ordine Cluniacensi, qui floruit sub Urbano V. atque adeo sæculo XIV. ut ipse met testatur in non nullis Glossis, nempe ad vitam Leonis II. num. LXXXII. col. 2. circ. med. ubi ait: *Vidi namque* VII. *ambaxiatores Græcorum missos ad Domnum Urbanum V.* & num. XCIIII. col. 2. in fin. verb. foris: *Quod cum semel dicerem Domno Urbano V.* & rursus ad vitam Hadriani I. num. XCVII. Id quod jam pridem notavit etiam in fronte primæ paginæ supra recitatæ Lucas Holstenius ejusdem bibliothecæ Barberinæ olim

olim custos. Sunt tamen qui codicem hunc scriptum autumant tempore Eugenii IV. sæculo nempe XV.

CODEX VALLICELL. codex scilicet Ms. bibliothecæ Vallicellianæ signatus C 25. in folio papyraceo scriptus sæculo XVI. Initio caret; incipit enim a Sabiniano, pergitque ad Joannem XXII. Incipit rursus in Gregorio XI. & progreditur usque ad Pium II. Continet præterea historiam aliorum Pontificum, Imperatorum, & Regum a tempore Leonis IX. usque ad Gregorium item IX. collectam a card. Joanne de Aragonia. Adjectæ sunt in margine non nullæ notæ scriptæ manu card. Baronii, ejusque Annalium continuatoris Rainaldi. Postremo accedit alio charactere Index Romanorum Pontificum a beato Petro usque ad Stephanum III. in cujus fine ita legitur: *Transcripta sunt hæc ex libro antiquissimo, quem puto fuisse scriptum sedente hoc ultimo Stephano: & in eo erant omnes epistolæ Clementis, Anacleti, Evaristi, & aliorum veterrimorum Pontificum, quas existimo eodem tempore fuisse scriptas. M. T.*

CODEX alter Ms. ejusdem bibliothecæ Vallicellianæ signatus I 44. pariter in folio chartaceo a neoterico Collectore congestus. Varias complectitur Lectiones depromtas ex codice Vat. 1. quem is dicit *Codicem Cavensem*; necnon ex codicibus Farnesiano, & Barberino supra laudatis. Auctor fuisse creditur Benedictus Millinus Christinæ Reginæ bibliothecarius.

CODEX LUCENSIS, codex videlicet, qui adservatur in biblio-

bibliotheca, seu archivo ecclesiæ Metropolitanæ beati Martini civitatis Lucensis: cui tale initium: In Christi nomine *incipit Episcopale*. Sequitur inde epistola beati Hieronymi ad Damasum, & Damasi ad eum responsum: tum Historiam, ut ceteri, exorditur ab illis verbis: *Beatus Petrus* &c. Scriptus est in folio pergameno in 4. magno, seu in folio parvo, non eodem charactere; sed vetusta ubique manu, sæculi nempe VIII. IX. & X. Varia continet opuscula, atque octavo loco Historiam hanc Pontificiam. Desinit vero in fine vitæ S. Hadriani I. in nostra editione Tom. II. pag. 236. Hujus codicis antiquitatem testatam etiam facit clarissimus Auctor Historiæ literariæ Italicæ vernacule conscriptæ Tom. VI. Mutinæ excuso anno MDCCLIV. lib. 2. cap. IX. §. I. ubi editionem nostri II. Tomi humanissime commemorans, ac præconceptum meum desiderium excitans, per modum scholii in fine paginæ hæc addit: *Sarebbe stata desiderabil cosa, che facendosi questa edizione, si collazionasse ancora un'* antichissimo *Codice del Capitolo della Metropolitana di Lucca*. Quod, Deo præstante, qua fieri potuit, impletum est.

IM-

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

F. M. de Rubeis Patriarcha Constantinopolitanus Vicesgerens.

APPROBATIONES
VIRORUM ILLUSTRIUM.

PERLEGI, demandante Reverendissimo Patri Orsi Sac. Pal. Apost. Magistro, volumen tertium LIBRI PONTIFICALIS, quod dum optimis, selectisque Notis clarissimi Auctores illustrant, obscuris rebus, & sacræ SUMMORUM PONTIFICUM Historiæ plurimam lucem afferunt, nec nimii Lectores onerant longissimis commentariis. Quamobrem cum nihil in eis a Fide Catholica, & Romanæ Sedis dignitate alienum invenerim, edi posse censeo.

M. MAREFUSCUS *Signaturæ Gratiæ Votans, & Sac. Rituum Congreg. Secretarius.*

TERTIUM LIBRI PONTIFICALIS volumen, ut Reverendissimo Patri Augustino Orsi Sac. Pal. Apost. Magistro obsequerer, diligenter perlegi. ROMANORUM PONTIFICUM gesta, quæ ab Eugenio II. ad Stephanum V. in eo describuntur, variis quidem, sed brevibus, doctis, eruditisque Notis illustrantur. Cumque nihil invenerim, quod Catholicæ Fidei, Christianæ pietati, Romanæque Sedis decori, ac dignitati contrarium sit, censeo facultatem concedi posse, ut typis mandetur, & evulgetur.

Ex Romanis Ædibus SS. XII. Apostolorum x. Kal. Octobr. MDCCLV.

FR. CAROLUS DOMINICUS DE MOTA *Ord. Min. Convent.* S. FRANCISCI *Art. & Sac. Theol. Mag. Collegii* S. BONAVENTURÆ *Regens & Rector, in Romano Archigymnasio Pub. Theol. Professor, & Episcoporum Examinator.*

IMPRIMATUR.

Fr. Joseph Augustinus Orsi Ordinis Prædicatorum Sac. Pal. Apost. Magister.

LIBER

L I B E R
PONTIFICALIS
S E U
D E G E S T I S
ROMANORUM PONTIFICUM
T O M. III.

XCIX.
E U G E N I U S II.

I. EUGENIUS natione Romanus, ex patre [a] Boemundo [1] sedit [b] ann. III. mens. II. dies XXIII. Hic *An. Chr. 824. Ludovici Pii Imper. 11. Michaelis Balbi Imper. 4.*

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Cod. Urbin. *Bonomundo*. Vat. IV. & Farnes. *Bononjundo*. *b* Vat. I. & IV. *annos* IIII. sed perperam; legendum enim est *annos* III. ut in Sergio infra patebit num. IV. Vat. V. *ann.* III. *mens.* VIII. Vat. VII. *ann.* III. *mens.* VII. *dies* XXVIII. Farnes.

N O T Æ

I. 1. SEDIT ANNOS III. MENSES II. DIES XXIII.) Diximus, Paschalem obiisse die X. Februarii an. 824. & cessasse episcopatum dies IIII. ut in ejus

Hic etenim venerabilis & præclarus vir magnæ simplicitatis atque humilitatis fuit: doctus scientia, sermone præcipuus, [c] forma pulchrior, largus petentibus, [d] mundum respuens. Sola, quæ Christo erant placita, [e] omnibus diebus ac noctibus [f] cogitabat. [g] Hujus præfati pontificis tempore ubertas non modica totam non solum Romam, sed etiam pæne totum invaserat orbem. Quia quicquid justo percipiebat a subditis pondere, non solum [h] pupillis ac viduis, sed etiam divitibus incessanter omnibus [i] distribuebat.

II. Maxima autem pax & requies ejus diebus in universo fuit orbe Romano. [a] Quippe nam ipse cum totius esset pacis amicus, [r] quid aliud [b] ad eum pertinentes, nisi quod ipse suis honestis gerebat moribus, [c] & ipsi pariter gerebant? Archipresbyter enim hujus sacratissimæ atque universalis ecclesiæ fuit (in qua non per modica tempora suum mirifice propositum rexit) postea a Romanis cunctis pro meritorum pia relatione electus, post transitum sanctissimi domni Paschalis papæ pontifex factus est.

III. Tenuit autem presbyteratus sui tempore ecclesiam bea-

VARIANTES LECTIONES

Farnes. *annos* IIII. menses vero ac dies omittit. c Vat. IV. *forma pulcior*, Barон. *forma decorus*. d Idem, *mundi contemptor*. e *omnibus*) in Vat. I. in Vat. IV. & Farnes. vox ista deficit. f Vat. VII. *cogitans*. g *Hujus præfati* &c.) hic usque ad ea verba *omnibus distribuebat* Vat. VI. non legit. Vat. I. *prælati*, ut sæpe alibi. h Vat. IV. ita, Vat. I. & libri editi, *pupillis*. i Urbin. *tribuebat*.

II. a Vat. IV. *Nam ipse cum totius esset* &c. Vat. I. & Farnes. *totius erat*. b Sic iidem. Vat. I. *pertinentes nisi*, omissa voce, *ad eum*, libri vulgati, *aliud pertinentes*. c Male in Vat. I. *& ipsi pariter gerebantur*.

Idem

N O T Æ

ejus vita num. I. Part. II. Contigit ergo Eugenii electio die XIII. Februarii, ejusque ordinatio die XIV. sequenti, in qua Dominica occurrebat. Quo mense, quove die obierit, Biographus non recitat: ait duntaxat, sedisse annos III. menses II. dies XXIII. Ex quo sequitur, decessisse anno 827. mense Aprili die 7. Sed facile est, erratum fuisse in mense. Æginhartus enim, cum quo alii concordant, tradit in Annalibus, Eugenium decessisse mense Augusto.

II. *I.* QUID ALIUD AD EUM PERTINENTES &c.?) Qui nempe ad eum vel jure propinquitatis, vel amicitiæ, vel clientelæ pertinebant.

Ro-

beatæ [a] Sabinæ martyris, positam in Aventino monte, quam, [b] Deo dispensante, post pontificalem sibi [c] attributam gratiam ad meliorem cultum perduxit, & picturis undique decoravit. Hujus diebus [1] Romani judices, qui [d] in Francia tenebantur captivi, reversi sunt: quos in parentum propria ingredi permisit, & eis non modicas res de patriarchio Lateranensi præbuit; [e] quia erant pæne omnibus facultatibus destituti. Fecit autem in ecclesia beatæ Sabinæ martyris supradictæ [f] ciborium ex argento purissimo, pensans lib. CII. Isdem præsul ubi supra [g] obtulit....

VARIANTES LECTIONES

III. *a* Idem & Farnes. *Savina*, sic etiam infra. *b* Vat. IV. *Domino*. *c* Vat. I. *adtributam*. *d* Vat. IV. & Farnes. *in Frantia*. *e* Iidem, *qui erant*. *f* Vat. I. *cyburium*, Farnes. *aborum*. *g* Vat. I. *optulit*.

N O T Æ

III. 1. ROMANI JUDICES, QUI IN FRANCIA TENEBANTUR CAPTIVI, REVERSI SUNT &c.) Quamvis Stephani IV. indulgentia qui Leoni III. adversati fuerant, eumque calumniis atque contumeliis affecerant, in Gallia exsules, in gratiam recepti fuissent, sub Eugenio Romam reversi sunt, atque ejus liberalitate quas amiserant facultates, iterum receperunt.

C.

V A L E N T I N U S

I. [a] VALENTINUS natione Romanus, [b] ex patre Petro de regione via Lata, [1] sedit [c] dies XL. Magnæque sanctitatis, magnæque beatitudinis vir iste fuit; & Spi- *An. Chr. 827. Ludovici Pii Imper. 14. Michaelis Balbi Imper. 7.*

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. I. Farnes. & Palat. *Valentinianus*. *b* Vat. IV. Farnes. & Urbin. *ex patre Leontio*. *c* Vat. IV. *mense I. diebus X*. In margine inde subdit: *& cessavit*

N O T Æ

I. 1. SEDIT DIES XL.) Quum mutila sit, & magna ex parte deperdita vita Eugenii, incompertum nobis est quo die contigerit ejus obitus, quan-

 tum

& Spiritus ſancti repletus & perfuſus gratia manſit. [d] Qui dum in hac Romana urbe, quæ, Deo auctore, ſummi ſacerdotii & regalis excellentiæ retinet dignitatem, ab ingenuis & piis parentibus genitus & ob ſtudia elementorum [e] ſolerti magiſtro traditus eſſet, ſacros divinæ legis apices capaci ubertim ſenſu [f 2] rimabat, & ingenii memoria retinebat, inanes ac turpes puerorum ludos [g] more nobilium evitabat: Nullas ex ore proprio incongruas aut inhoneſtas fabulas proferebat: nulliſque [h] illicitis operum actionibus utebatur.

II. Sed ab ipſo [a] primævo infantiæ flore piæ modeſtiæ ac ſobrietati deditus, & præclaro divinæ [b] inſpirationis ſpiritu plenus, [c] inter cunctas verborum atque prudentiæ phaleras labia compta gerebat. Præcipuus quoque dictionum copiis & lucifluis operum meritis patefaciens [d] elegantem ſui pectoris mentem. Præſertim cum juxta eximiam doctoris gentium vocem, ſine offenſione ſe omnibus ovanter animoque præbebat benigno. Nemini quippe contrarietatis ſcandalum ponens, debitum perfectæ dilectionis impendere proximis animo ſtrenuo procurabat. Atque [1] juxta Dominicæ vocis præceptum

VARIANTES LECTIONES

vit (epiſcopatus) *diebus* III. Urbin. *menſem unum*, *dies decem*, *& ceſſavit dies tres*. Vat. v. *menſ*. I. *dies* IX. Vat. VI. *menſ*. I. *d* *Qui dum*) hic ſilet Farneſ. uſque *ad inanes ac turpes* &c. *e* Vat. I. *ſollerti*, *f* Cod. Freher. *rimabatur & ingenti*. *g* Vat. I. *more nobili*. *h* Idem, *inlicitis*.

II. *a* Idem Vat. I. *primabo*. *b* Freher. *inſpirntionis nectare*, Palat. *inſpirntionis plenus*. *c* Editi, *inter cunctns verborum*, *atque prudentia phnlerns* &c. ut in contextu. Vat. I. *inter cunctos* &c. *faleribus*. *d* Farneſ. prave *delegantem*.

Fre-

NOTÆ

ium temporis Sedes vacaverit, & quo menſe, quove die electus fuerit Valentinus. Illud nobis tantum proditur, Valentinum ſediſſe dies XL. Inde colligere poſſumus, mortuo Eugenio menſe Auguſto ad finem Septembris, vel ad initium Octobris, evectum fuiſſe Valentinum ad pontificiam ſedem anno 827. Hæc ejuſdem vita peculiari ſtilo phalerata agnoſcitur.

2. RIMABAT) Deponens active uſurpatum, ut non ſemel alibi.

II. 1. JUXTA DOMINICÆ VOCIS PRÆCEPTUM LUMBOS CASTITATE PRÆCINCTOS, ET LUCERNAS &c.) Secundum evangelicum monitum Luc. cap. XII. ℣. 35. *ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*.

LE-

ceptum lumbos castitate præcinctos, & lucernas in manibus gestabat ardentes; verbo scilicet luculenter refulgens & actu doctrinæ, pariter munere cum magnifico [e] exemplo laudabilis indicio [f] coruscabat.

III. Superna quoque Dei auxiliante virtute cum jam perfectæ initium sumpsisset ætatis, & ipsius bonitatis atque sagacitatis favos longe lateque thuris [a] odoriferi instar flagraret, & aures beatissimi præsulis piæ memoriæ domni Paschalis ex fidelium relatu veridico enucleanter pulsasset, eumque, ut [b] populus conlaudabat, fore in omnibus [c] illustrem & inclytum veraciter didicisset; mox illum per ecclesiasticos gradus ad subdiaconatus honorem provexit ex Lateranensi palatio, & sibi deservire præcepit. Cujus conversationis & patientiæ vitam ac mores ipse agnoscens, valde illum præ ceteris diligebat. Prædictus autem vir gratia desuper divina favente, cui se tota mentis devotione, integraque virtute devoverat, veritatis & sapientiæ plenus lumine coruscabat. Erat enim sermone affabilis, doctrina clarus, vultu conspicuus, & inter fratres pia [d] devotione modestus, proximisque fidelis. Nullis vero se, quibus aliquis vel leviter contristaretur, sagaci pectore fultus, negociis implicabat.

IV. [a] Quem præterea cum tot bonis tantisque operum meritis [b] præstanti corporis forma elegantem jam dictus pontifex ornatumque inspiceret, [c] [1] levitam sedis suæ Apostolicæ

VARIANTES LECTIONES

e Freher. *exempli laudabilis indicio*. f Vat. 1. *corruscabat*, ita etiam paullo infra.

III. a Vat. 1. *odorifere*. b Palat. *populus concludebat*. c Vat. 1. *inlustrem*. d Farnes. *intentione modestus*.

IV. a Vat. 1. *Quæ præterea*, editi, *Quum præterea*. Vat. IV. *Quem domnus Paschalis papa conspiciens bonis ornatum moribus, archilevitam hujus sanctæ Romanæ ecclesiæ constituit. Defuncto domno Eugenio, Valentinus archilevita summum conscendit apicem. Erat quippe dapsilitate* &c. ut infra num. VIII. Farn. *inspiceret archilevitam* &c. b Vat. 1. *Præstantis corporis formam elegantem*. Sic etiam codices ex eo editi. c Vat. IV. *archilevitam*, ut superius vidimus. Editi,

NOTÆ

IV. 1. LEVITAM SEDIS SUÆ APOSTOLICÆ CONSECRAVIT) *Levitæ ex nomine auctoris vocati: de Levi enim Levitæ exorti sunt, a quibus in tem-*

cæ conſecravit. Cui ob ſuæ vitæ meritum, quo ſplendide rutilabat & ab omni eccleſiæ plebe atque inclyto Romanorum [d] cœtu ingenti diligebatur amore, bona & beneficia multa largiflue contulit: eumque poſtmodum archidiaconum fecit. Quo ſane præſule, Chriſto jubente, culmina ſcandente cœleſtia, Eugenius tunc pontificali eſt ab omnibus elevatus in honore, & poſitus [e] in ſede Apoſtolica: qui eum cunctis, quæ diximus, bonis decoratum luculenter agnoſcens, omni vitæ ſuæ tempore chariſſimorum vice retinuit, & velut pater proprio filio corde congaudebat alacri, ſuiſque aſpectibus illum aſſidue conſiſtere cupiebat.

V. Peracto vero ac divinitus finito hujus præſulis lucis tranſeuntis termino, ad ſacræ ſedis culmina omnis Romanorum cœtus crebris Dominum jejuniis & orationibus deprecans, ut quis tantæ ſedis honore dignus foret, eorum ſenſibus revelare dignaretur. Sed divina placata majeſtas quem ex ſacerdotali eis catalogo eligendum arcano ſuæ potentiæ nutu oſtenderet, niſi eum, quem ab ipſis matris uberibus tot ſupradictis virtutum copiis ei pulcherrimo doctrinarum flore ornaverat, atque conſtantem & fidelem in omnibus ſibi alumnum nutrierat, ſacratiſſimæ ſedis rectorem tribueret?

VI. Collectis igitur in unum venerabilibus epiſcopis & glorioſis Romanorum proceribus, omnique [a] amplæ urbis populo in palatio Lateranenſi, [b] ut quod jam corde cœlitus revelatum æquiter omnes tenebant, in uno multorum ſonitu [c] reſonaret; unius voluntatis conſenſu fortiter [d] acclamatum eſt: *Valentinum ſanctiſſimum archidiaconem ſedis Apoſtolicæ*

VARIANTES LECTIONES

[d] Editi, *populo cœtu*. [e] Freher. *in ſedem*.

VI. [a] Baron. *almæ*. [b] Idem, *ubi*. [c] Vat. 1. *reſonarent*. [d] Idem, *adclamatum eſt*.

Baron.

N O T Æ

templo Dei myſtici ſacramenti miniſteria explebantur. Hi græce Diaconi, latine miniſtri dicuntur, Iſidor. lib. VII. cap. XII.

EJUS-

stolicæ dignum, Valentinum summi pontificatus infula decorandum. His itaque [e] melliflue dictis una mox omnes pacis conjunctione manentes, ad ecclesiam sanctæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ dominæ nostræ sacer clericorum ordo, & Romanorum proceres pariter cum populo properantes multiplices eum Domino grates ac laudes reddentem more solito invenerunt. Quem illico [f] multum ac diutius renitentem, seque tanti regiminis fore incongruum voce strenua proferentem, almæ plebis & lætis utriusque militiæ Romanorum electus est vocibus in sede pontificum: ac deinde condignis gloriæ laudibus & honoris amplitudine ad Lateranense patriarchium ab ipsis deductus & in pontificali est positus throno.

VII. Cujus ovanter ab omni Romanorum senatu pedibus osculatis, & omnibus, quæ explenda erant, rite ac veneranter peractis, magna sobrietas, magna in totius sexus & ætatis populo lætitia mansit. [1] Ejusque consecrationis die, sereno jam [a] illucescente cum lumine jam dictum antistitem ad beati Petri apostolorum principis ecclesiam omnes pariter Romani a palatio deducentes eum, majestate divina auxiliante, in [b] altithrono summum consecravere pontificem.

VIII. Qui mox almificæ sedis culmina scandens beati Petri apostoli & cœlestis regni clavigeri, divinis Deo laudibus & sacrificiis pie oblatis, amplo & magnifico Romanorum cœtu ad palatium cum ingenti gaudio remeavit: atque [a] lautissimis

VARIANTES LECTIONES

e Baron. *bis millies dictis*. f Vat. 1. *multo & diutius*.
VII. a Vat. 1. *inlucescente*. b Idem, *alti throno*. Baron. *in alto throno*.
VIII. a Vat. 1. *letissimis dapibus*.

Ed:-

NOTÆ

VII. 1. EJUSQUE CONSECRATIONIS DIE &c.) Ex his verbis hæc infert Pagius in vita Valentini: *Tunc ergo hi erant consecrationis ritus; nempe ipsa novi Pontificis consecratio ad sanctum Petrum; impositio ejusdem in sedem sancti Petri; oblatio sacrificii per novum Pontificem; convivium; munera in senatum & populum erogata, quæ presbyteria vulgari nomine appellabant.*

ERAT

mis dapibus ſumptis amantiſſimorum multis & diverſis munerum donis ſacram plebem & ſenatum populumque Romanum [b] opime ditavit. [1] Erat quippe dapſilitate inclytus, actione præcipuus, ſermone luculentus, omnibus compaſſione proximus, & [c] inopiam ſuſtinentibus oportunum inſtanter [d] ſolatium præbens. Quibus multiplicibus bonis ornatus, ad cœleſtia, Chriſto vocante, corporis oppreſſus moleſtia, exitu pretioſo tranſivit, atque cum deſiderabili [e] beatiſſimi operis fructu ad conſpectum ſummæ majeſtatis lætus aſcendit; regnans & exultans cum Domino ſemper.

VARIANTES LECTIONES

b Editi, *optime ditavit*. c Vat. I. *inopiam ſuſtentantibus*. *d* Idem & Farneſ. *ſolacium*. *e* Editi, *beatiſſimique*. Vat. I. & IV. ut in contextu.

NOTÆ

VIII. 1. ERAT QUIPPE DAPSILITATE INCLYTUS) nempe, magnificentia, largitate, ut exponit Petrus Urbever. gloſſator in Cod. Barberin. 2017.

CI.

GREGORIUS IV.

An. Chr. 827. Ludovici Pii Imper. 14. Michaelis Balbi Imper. 7.

I. GREGORIUS natione Romanus, ex patre Johanne [1] ſedit [a] annos XVI. Vir ſtrenuus ac benigniſſimus, [b] ſanctitate atque pietate repletus, ornatus ſcientia, verbo

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. VI. *annos* XVI. *menſ.* VII. *b* Vat. VII. hujus Pontificis vitam per compendium ita paucis perſtringit: *Omni ſanctitate, & pietate repletus, plura con-*

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANNOS XVI.) Anno 827. Valentino e vivis erepto, ſtatim electus fuit Gregorius IV. ſed non ſtatim conſecratus: Inquit enim Eginhartus: *quo defuncto* (Valentino) *Gregorius presbyter tituli ſancti Marci electus; ſed non prius ordinatus eſt, quam legatus Imperatoris Romam venit, & electionem populi qualis qualis eſſet, examinavit.* Quum enim urbs excitarentur

[c] [2] verbo jocundus, modeſtus præ omnibus, ſermone firmiſſimus, [d] fide catholicus, juſtus operibus, & literarum divinarum [e] ſollertiſſimus inquiſitor. Eccleſiarum quoque ſanctarum infatigabilis viſitator, pater pauperum, & [f] alitor omnium [g] viduarum: terrenum nil appetens, [h] nil tranſitorium concupiſcens: mundana hujus vitæ præſentis lucra deſerens, æterna præmia in cœlis dignis ſibi meritis [i] acquiſivit.

II. Hic a Deo beatiſſimus pontifex, genere clarus, ſed magis clarior ſanctitate, forma pulcher, fide pulchrior. Quæ ſcilicet univerſa laudum præconia non ſolum pontificatus ſui tempore claruerunt, ſed etiam cum adhuc juvenilibus annis polleret, talia [a] peragere indeficiens ſatagebat. Quæ res Romanis omnibus non diu [b] occultata permanſit; ſicut ſcriptum eſt: *quia nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio, ſed ut luceat omnibus, qui in domo ſunt*; cœpit ſancta ejus operatio de die in diem per totam Romanam pleniter urbem reſonare, [c] evangelico ſermone docente; *Nihil opertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non ſciatur*. Pro quibus denique innumerabilibus bonis, a ſanctiſſimo hujus ſacræ ſedis domno Paſchali papa non ſolum ſubdiaconus, ſed etiam ſacerdos effectus eſt.

Per-

VARIANTES LECTIONES

conſtruens, multa reædificans, & ceſſavit epiſcopatus menſ. 1. dies XV. c *verbo jocundus*) ſic Vat. IV. & VI. Baron. *verbo facundus*. d Idem, *firmiſſimus fide catholica*, libri editi, *fide catholica*. e Iidem, *ſolertiſſimus*. f Vat. VI. *altor*. g *Viduarum*) Poſt hæc Vat. IV. quæ hujus numeri ſunt non legit. h *Nil tranſitorium concupiſcens*) Ex Vat. I. iſta accedunt. i Idem, *adquiſivit*.

II. a Vat. I. *ſe peragere*. b Vat. IV. *occulta permanſit*. *Ceterum denique Romani* &c. quæ infra numeri IV. ſunt. c Baron. *evangelico ita ſermone teſtante*. Vat. I.

NOTÆ

tur inter clerum, & primores civitatis & populum in ejuſmodi electionibus, ad eas evitandas, aut compeſcendas conventum eſt, ut conſecratio Papæ non perficeretur niſi præſentibus miſſis Imperatoris. Conſecratus itaque eſt Gregorius deſinente anno 827.

2. VERBO JOCUNDUS) Sic apud alios antiquos ſcriptores, Lucret. lib. 1. ℣. 401.
Jocundo *ſenſu lingua tractantur in ore*.
& ℣. 428.
At quæ lenis & eſt jocundo *prædita ſenſu*.

III. Permansit vero in sacerdotii sui habitu constitutus caste ac pudice, recolens illud, quod scriptura sacra commemorat, dicens: [a] ***Sacerdotes Dei induantur justitia***, id est, non in aliis vacent, nisi in oratione, lectione, & jejunio. Cumque in his intentus insisteret, humano more jam dictus Paschalis pontifex ex hac luce subductus, & Eugenius a Deo electus antistes sacri apicis adeptus est dignitatem. Permaneus autem in hac [b] per modicum vita, [c] & ipse pariter defunctus est. Post hunc Valentinus alendorum gregum præsulatus culmen sortitus, sub maxima celeritate ex hac præsenti vita subtractus est.

IV. [a] Cœperunt denique Romani pariter omnes non solum de pontificibus tam subito perditis, verum etiam de futuro arctius cogitare; ut quem sancti Spiritus gratia perlustratum agnoscere potuissent, sub ejus doctrina atque imperio cuncta senatorum nobilitas rite degere potuisset. Quorum videlicet universorum procerum corda adjutor in oportunitatibus, in tribulatione, creator omnium Deus inextinguibili suo sancto lumine succendit, & mentes eorum [b] ad beatissimi Gregorii IIII. papæ pia facta convertit. Consenseruntque omnes [c] in eodem spiritu & anima una. Electus autem ab eis in patriarchium Lateranense [d] perductus est; [e] abstrahentes quidem illum ex basilica beatorum martyrum Cosmæ & Damiani per vim. Dicebat enim, se ad tale ministerium inutilem fore. Sed quoniam tam immensæ multitudini

VARIANTES LECTIONES

III. *a* Vat. 1. *sacerdotes mei*. *b per modicum*) Sic idem, in editis, *per modicum tempus*. *c & ipse pariter defunctus est*) Hæc Vat. 1. reticet.

IV. *a* Vat. IV. *Ceterum denique Romani pariter omnes de obitu pontificis, qui tam repente supervenit, & non tantum de prænominato obitu, quam de futuro pontifice arcius cogitabant*. Urbin. *arctius*. *b* Vat. VI. *ad beatissimi Gregorii IIII. papæ partem convertit*. *c* Vat. 1. & IV. *in eo spiritu*. *d* Sic iidem, vulgati, *inductus est*. *e* Vat. IV. *abstractus ab ecclesia sanctorum Cosmæ, & Damiani. Ipse autem renuebat, atque ajebat, se non esse dignum ad onus tam magni officii. Hic autem beatissimus tempore, quo vixit, multa & innumerabilia dona ecclesiis Dei donavit, atque universas ecclesias decoravit. Hic etiam corpus beati Gregorii papæ* &c. quæ infra num. XLIV. habentur.

Vat. 1.

tudini resistere non valuit, ad locum jam ante prædictum eum cum hymnis & canticis spiritualibus deduxerunt.

V. Verum quia investigare cuncta, quæ gessit, celeri sermone non possumus; ea, licet breviter, ad notitiam omnium perducamus, quæ sacris ac venerabilibus mente integra & pia devotione obtulit locis. Præterea post electionem simul & consecrationem præsulatus sui cœpit permaximum studium habere de Sanctis & de eorum ecclesiis; quatenus ad statum pristinum novo cultu eas, protegente Domino, citius revocaret, quod factum est. Nam eo tempore [1] ecclesiam beati Saturnini martyris, foris portam Salariam constitutam, quæ vetustate nimia & longo jam senio a fundamentis ceciderat, novis fabricis ædificari fecit, & picturis variis decoravit, ubi etiam obtulit [2] vestem de fundato unam.

VI. Perficiente vero illo hæc, quæ superius dicta sunt, ad alia tunc pontificalis ejus animus sanctorum opuscula summopere cœpit [a] attendere. Et quoniam tunc divino ignis amore succensus, [1] corpus beati Gregorii hujus universalis ecclesiæ præsulis, per quem sancti Spiritus gratia toto orbe terrarum inextinguibile [b] sapientiæ lumen induxit, ex loco, sepultum quo prius fuerat, tulit, & non longe ab eo in alium noviter constructum infra ecclesiam beati Petri apostoli summo honore perduxit. Ejusque sacrum altare argenteis tabulis

VARIANTES LECTIONES

VI. *a* Vat. I. *adtendere*. *b* Vat. VI. atque editi, *sapientiæ munus*.

Sic

N O T Æ

V. 1. ECCLESIAM BEATI SATURNINI MARTYRIS FORIS PORTAM SALARIAM CONSTITUTAM) Ecclesia hæc olim diruta nihil reliquum habet quam cœmeterium *Saturnini* dictum, de quo Bos. lib. III. cap. LVII. Rom. Subterr.

2. VESTEM DE FUNDATO UNAM) Quid intelligi possit nomine *fundati* indicavimus supra in vita Hadriani numero XVII.

VI. 1. CORPUS BEATI GREGORII HUJUS UNIVERSALIS ECCLESIÆ PRÆSULIS) Gregorius IV. ædificavit oratorium juxta basilicam sancti Petri: in quod transtulit corpus sancti Gregorii Magni; sed nova sancti Petri basilica ædificata, erectum est altare in honorem beati Gregorii, in eoque ejus sacrum corpus repositum.

bulis undique perornavit, & oratorium ſuo ſancto nomine titulavit: abſidamque ejus [c] deſuper aurato muſivo depinxit: [d] In quod ſcilicet oratorium corpora beatorum martyrum Sebaſtiani, Gorgonii, ac Tiburtii ex cœmeteriis, in quibus ante jacebant, perduxit, & unumquodque eorum ſeparatis altaribus [e] collocavit.

VII. Pro quibus denique pontificatus ſui tempore [1] decrevit, ut monachi, qui ad officium perſolvendum in eccleſia beati Petri apoſtoli ſunt conſtituti, omnibus diebus ibidem laudes omnipotenti Domino canere non deſiſtant. Obtulit autem in eodem oratorio vela majora vel modica ſerica XVIII. Veſtes ſuper altare, ſub quo ſanctiſſimi Gregorii papæ corpus quieſcit, III. [2] unam cum chryſoclavo habentem [a] hiſtoriam .... & ſuper unumquodque altare prædictorum martyrum veſtem de fundato unam. Imagines denique deſuper [b] argentatas, necnon auro perfuſas III. habentes [c] vultus Domini & eorum depictos, quorum ſpecialia ibidem corpora humata miraculis ac virtutibus pollent.

VIII. His igitur perfectis operibus ad alia repente venerabilis pontifex animum & mentem convertit. Nam eccleſiam tunc beati Marci confeſſoris atque pontificis, quam tempore ſacerdotii ſui regendam ſuſceperat, & uſque quo ad pontificatus pervenit gratiam, in ſuo jure ac [a] ditione perman-

VARIANTES LECTIONES

c Sic Vat. 1. libri vulgati, *ſuper*. *d* Tam MSS. codices, quam editi, *in quo ſcilicet oratorio*. *e* Vat. 1. *conlocavit*.

VII. *a* Vat. 1. *ſtoriam*. *b* Idem ita, codices editi, *deargentatas*, *c* Iidem, *vultum*. Vat. 1. ut in contextu.

VIII. *a* Vat. 1. *dicione*.

Idem,

NOTÆ

VII. 1. DECREVIT, UT MONACHI, QUI AD OFFICIUM PERSOLVENDUM &c.) In eccleſia beati Petri conſtituti erant monachi, qui eccleſiaſticum officium perſolverent, & ſingulis diebus omnipotenti Deo laudes canerent.

2. UNAM CUM CHRYSOCLAVO) Vid. in Indic. I. & II. Part. verb. CHRYSOCLAVUS.

GA-

mansit: quæ ob nimiam vetustatem crebro casura esse videbatur, cum omnipotentis Dei opitulatione a fundamentis prius ejecit, & postmodum [b] novis fabricis totam ad meliorem cultum atque decorem perduxit: absidamque ipsius prænominatæ basilicæ musivo aureis superinducto coloribus cum summa gratulatione [c] depinxit. Fecit vero sarta tecta ejus omnia nova, & quicquid in ea ante vile cognoverat, pretiosum postea esse maluit.

IX. Igitur consummatis omnibus his pro remedio & futura retributione animæ suæ, obtulit in jam sæpe nominata ecclesia futuris temporibus permanenda hæc: Regnum aureum unum, quod usque hodie super altare dependet, cum gemmis valde optimis; [a] habens autem in medio auream crucem cum gemmis pariter pretiosis. Item gabathas ex auro purissimo III. pendentes ante prænominatum altare: & [1] gabatas [b] interasiles de argento XII. angelorum opere constructas: & alias gabatas interrasiles V. cum pedibus suis. Item ubi supra obtulit thymiamateria, aureo colore perfusa, III. canistra de argento XII. coronas argenteas majores & minores VIIII. cruces de argento III. & unaquæque habet libram unam: cereostatas desuper argentatas IIII. Fecit & ciborium, ad laudem atque decorem confessoris jam sæpius dicti, ex argento purissimo; pensans libras mille. Altare quoque ejusdem argenteis similiter tabulis exornavit; [c] cupiens per rerum temporalium exercitia æterna cœlo præmia adipisci.

X. Prædictus etiam venerabilis pontifex [1] obtulit ubi supra

VARIANTES LECTIONES

b Idem Vat. 1. *nobis* (pro *novis*) *fabricis*. *c* Idem, *depincxit*.

IX. *a* Vat. 1. ita, editi, *habens in medio*. *b* Baron. *intersatiles*. *c* Vat. 1. *cupiensque*, vulgati codices, ut in contextu.

NOTÆ

IX. 1. GABATAS INTERASILES) Quasi per intervalla erasas, & exculptas, Plin. lib. XII. cap. XIX. Vid. in Indice II. Part.

X. 1. OBTULIT UBI SUPRA VESTEM DE FUNDATO UNAM, HABENTEM MUCRONES PER CIRCUITUM) *In re vestiaria*, inquit Altelerta

pra vestem de fundato unam, habentem mucrones per circuitum. Fecit & aliam vestem de olovero unam, habentem in medio gemmas, & mala aurea, & per circuitum zonam de chrysoclavo. Immo vero obtulit sanctissimus præsul vestem de olovero cum gryphis & unicornibus: vestem quoque aliam cum chrysoclavo per circuitum, habentem in medio Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi. Sæpe jam dictus venerabilis papa obtulit in prænominata ecclesia vestem cum gryphis & chrysoclavo per circuitum, habentem in medio Nativitatem Domini nostri Jesu Christi. Item vestem aliam cum chrysoclavo, habentem per medium rotas de chrysoclavo IIII. & Nativitatem atque baptismum Domini nostri Jesu Christi.

XI. Obtulit vero prænominatus pontifex vestem aliam cum leonibus, habentem Resurrectionem Domini de chrysoclavo: vestes de fundato minores VIII. quæ altaribus superponuntur: quæ per circuitum ejusdem ecclesiæ esse noscuntur: vela alba serica IIII. unum habens undique Tyrium, & in medio [1] crucem & gammadias de chrysoclavo, aliud de stauraci habens in medio crucem de olovero, & gammadias de olovero Tyrio, tertium & quartum similiter: [2] vela de rhodino IIII. quæ sacrum altare circumdant; ex quibus unum habet crucem de chrysoclavo, vela de fundato XXVI. & linea similiter, quæ pendent per arcus ecclesiæ, [3] vela Alexandrina III. ante portas majores pendentia, habentia leo-

NOTÆ

ia, *sunt acumina, fimbria vestis*: videlicet sunt laciniæ illæ vesti adsutæ ad modum vel lanceæ, vel lilii ad limbum circumpendentes.

XI. 1. CRUCEM ET GAMMADIAS) De gammadiis præter ea, quæ adnotavimus in II. Parte, hæc ex Benedicto Millin. refert Ciampin. Veter. Monum. Part. I. cap. XIII. pag. 99. *gammadiæ nihil aliud erant, quam crucium figuræ ex quatuor gammis posita, scilicet*  *tam in profanis, quam in sacris vestibus, ut etiam hodie in suis casulis Græci habent.*

2. VELA DE RHODINO) Vela rosata, seu coloris rosei.

3. VELA ALEXANDRINA III. ANTE PORTAS MAJORES PENDENTIA, HABENTIA LEONES ET CABALLOS) Alexandriæ texebantur hujusmodi panni *tapetia* dicti cum intextis figuris

[a] leones & caballos, cortinam Alexandrinam unam, vela alia habentia mucrones de fundato IIII. velum de octapulo unum, vela alia de fundato VIII. habentia per circuitum [4] periclysin de blattin, & alia vela VI. cum aquilis, habentia per circuitum periclysin de Tyrio, vela simulque alia de fundato V. habentia leones, & periclysin de Tyrio: vela alia Alexandrina, ex quibus unum habens rotas & rosas in medio, & aliud arbores & rotas, pendentia ante valvas ipsius ecclesiæ. Item velum modicum de olovero, habens in medio hominem cum caballo vela [5] cum argento spanisco XIIII. vela modica ubi supra de olovero X. habens unum quodque eorum anates. Hic divina inspiratione protectus obtulit in jam dicta basilica [b] aquæmanile de argento unum.

XII. Verum etiam fecit & in ecclesia beati Cosmæ & Damiani martyrum vestem de fundato unam, habente [a] historiam sanctorum eorumdem de chrysoclavo. Simili modo fecit & aliam vestem habentem in medio historiam depictam cum chrysoclavo. In ecclesia beati [b] abba Cyri atque Archangeli [1] ad Elephantum...... Hic a Deo electus & præclarus antistes obtulit [2] in basilica beati [c] Eustachii martyris ve-

VARIANTES LECTIONES

XI. *a* Vat. 1. *homines & caballos*, ut in editis, Baron. & alii, *leones & caballos*, ut in contextu. *b* Vat. 1. *aquemanule*.

XII. *a Historiam sanctorum eorumdem de chrysoclavo. Simili modo fecit & aliam vestem habentem historiam* &c.) ex Vat. 1. adjecta ista sunt. *b* Idem, *Abbacyri*. *c* Idem, *Eustathii*. Idem,

NOTÆ

figuris leonum, equorum, aquilarum, phasianorum, ut supra in vita Paschalis num. XII. & infra num. XXVII. De his fuse Ciampin. loco supra citato pag. 93. Hinc vela bellnata, nimirum, quod variorum generum animalium schemata referrent.

4 PERYCLISIN DE BLATTIN) Vid. Indic. II. Part. verb. PERYCLISIS & verb. BLATTA.

5. CUM ARGENTO SPANISCO) Pretioso & raro a voce græca σπάνις: nonnulli derivari putant a *spanico*, sive *hispanico*, quia argentum hispanicum majori erat in pretio, ut innuimus in Vita Leonis III. num. CXII.

XII. 1. AD ELEPHANTUM) In via sacra, ut in S. Hadriano num. XIII.

2. IN BASILICA BEATI EUSTACHII MARTYRIS) Prope Pantheon. Titulus est cardinalis diaconi. Vid. in eodem Leone III. num. XXXVIII.

IECST

vestem de fundato unam, habentem in medio historiam de chrysoclavo. Fecit jam sæpius nominatus præsul aliam vestem in ecclesia beatorum martyrum Sergii & [d] Bacchi de fundato unam. Pari modo vero fecit & aliam vestem de fundato in ecclesia sancti Silvestri posita in monte Soracti.

XIII. [a] Completis vero his omnibus & diligenter peractis, fecit in ecclesia beati Petri apostoli vela cum chrysoclavo numero XIIII. habentia diversas historias evangeliorum, & passiones beati Petri ac Pauli, nec non Andreæ apostoli: quæ dependent inter imagines auro argentoque fusas [b] in trabe desuper argentata, antequam adeas sacram confessionem; speciosa valde visibus humanis, atque præcipua.

XIV. Fecit autem & in ecclesia beati Christi martyris Georgii magnificus præsul hinc inde porticus, quas etiam [a] ad decorem ipsius basilicæ variis ornavit picturis. Absidam vero ejusdem diaconiæ a fundamentis, auxiliante Domino, cum summo studio compsit. Hic adeo amabilis pontifex dum diligenter cerneret, quod ejusdem venerabilis diaconiæ secretarium præ nimia temporum vetustate marcesceret, [b] a noviter pro ipsius amore vel gratia aliorum ad meliorem erexit honorem. Obtulit itaque sanctissimus papa ubi supra hæc dona: vestem de fundato unam,[c] & aliam de chrysoclavo, habentem imaginem Salvatoris & martyris Sebastiani atque Georgii: vela de fundato majora duo, minora XVIII. Fecit autem in confessione ipsius basilicæ rugas de argento ex auro perfusas.

XV. Pari modo vero sarta tecta basilicæ beati Hadriani martyris, posita in via Sacra, quæ præ nimia vetustate marcuerant noviter restauravit. Verum etiam [1] fecit in patriarchio

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *Bachi*.

XIII. a Vat.1. *Completa vero*, editi, *Post completa vero*. b Idem, *in travi desuper*.

XIV. a Male in editis, *decessorem*, b Sic Vat. 1. ac non semel, libri vulgati, *noviter*. c *& aliam de chrysoclavo*) ex eodem Vat.1. Vat.1.

NOTÆ

XV. 1. FECIT IN PATRIARCHIO LATERANENSI TRICLINIUM MIRÆ MAGNITUDINIS &c.) Nullum hodie aliud triclinium exstat præter Leonianum.

chio Lateranensi triclinium miræ magnitudinis decoratum cum absida de musivo : [a] seu & alias absidas duas dextra lævaque positas infra paracellarium variis historiis depictas. [b] Fecit etiam sanctissimus papa & in ecclesia beati Clementis confessoris vestem de fundato cum leonibus & periclysin de octapulo. Simili modo & in diaconia beati Theodori martyris vestem de fundato, leones habentem cum periclysi de octapulo.

XVI. Fecit autem in ecclesia beati Christi martyris Laurentii, quæ ponitur foris muros, vestem chrysoclavam, habentem historiam Zachæi. Fecit & aliam vestem fundatam cum gryphis in honorem sanctæ Dei genitricis ad Martyres, nec non & in basilica beati Stephani protomartyris in Cœliomonte vestem de fundato cum gammadiis. Verum etiam & in diaconia beatæ Dei genitricis in via Lata fecit vestem de stauraci cum periclysi de blattin. Simili modo & in ecclesia beatæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ ad Præsepe fecit vestem auro textilem, habentem Nativitatem, Baptismum, Præsentationem, & Resurrectionem; [1] habentem in capite ipsius historiæ gemmas albas CCCLXXX. hyacinthinas L. prasinas XXII. [2] & in circuitu [a] alvaviras,

VARIANTES LECTIONES

XV. *a* Vat. 1. ita, editi, *sed &*. *b* Iidem, *Fecit & etiam*.
XVI. *a* Tam cod. Vat. 1. quam codices vulgati legunt, *alvaviras*, ut in contextu. Baron. *adamantinas*.

Vat. 1.

NOTÆ

num. Hujus alterius a Gregorio IV. constructi in patriarchio Lateranensi nec vola, nec vestigium.

XVI. 1. HABENTEM IN CAPITE IPSIUS HISTORIÆ GEMMAS ALBAS CCCLXXX. HYACINTHINAS L. PRASINAS XXII.) Quum gemmarum nomina non occurrerent Bibliothecario, a colore illas nuncupavit: Gemmæ albæ sunt margaritæ, ita se explicat in vita Leonis IV. num. LV. *cum gemmis albis, idest, margaritis*: Hyacinthinæ sunt hyacinthi: prasinæ, seu virides sunt smaragdi.

2. ET IN CIRCUITU ALVAVIRAS &c.) Alteserra legit *albas virias*, & viriarum nomine vult intelligi armillas manuum. Armillarum adinstar dispositas fuisse judicat margaritas, unde legeretur nomen Gregorii papæ.

vaviras, [3] legente *de nomine* DOMNI GREGORII IIII. PP.

XVII. Item fecit & in diaconia beati Hadriani martyris in Tribus fatis vestem de fundato. Fecit autem præfatus præsul in ecclesia beatorum apostolorum ad Vincula vestem de fundato, habentem leones cum gryphis. Fecit & aliam vestem de fundato in ecclesia beati Martini confessoris atque pontificis, habentem leones cum arboribus. Nec non & in basilica beati Eusebii martyris vestem de olovero, habentem aquilas, cum periclysi de quadrapulo. Obtulit etiam prædictus præsul in basilica beatæ Dei genitricis MARIÆ trans Tiberim vestem de Tyrio habentem historiam Dominicæ Nativitatis, atque Resurrectionis Domini nostri JESU Christi. Immo & [1] in diaconia, quæ vocatur Cyro, simili modo obtulit vestem de fundato. Immo & in diaconia beatæ MARIÆ in via Lata eodem modo vestem de fundato obtulit.

XVIII. Hic præclarus & venerabilis pontifex divina inspiratione fretus fecit in ecclesia beati Marci confessoris atque pontificis patenam octogoni exauratam, habentem in medio [a] vultum Domini Dei nostri, & a duobus lateribus vultum ipsius beati Marci, atque ejusdem præsulis; pensantes libras VI. Simili modo & calicem octogoni fundatum cum foliis exauratum ibidem obtulit, pensantem libras VI. Scyphum quoque argenteum [b] illic offerri curavit, pensantem libras VI. Obtulit etiam [c] ibi ipsum prænominatus pontifex [1] canistra annafodia duo, pensantia insimul libras XIIII. Verum

VARIANTES LECTIONES

XVIII. *a* Vat. I. III, editi, *vultum Domini nostri*. *b* Idem, *illuc offerre curavit*. *c ipsi* pro *ibi ipsum*, ut ex Vat. I. Leg.

NOTÆ

3. LEGENTE DE NOMINE DOMNI GREGORII IIII. PP.) Id est, in quo legebatur hæc inscriptio: DE NOMINE DOMNI GREGORII IIII. PP. Nunc primum occurrit nomen Pontificis inscriptum donis factis ecclesiis: quem morem ad Pontifices successores transmissum adscribas non inani gloriæ, sed ut exemplo esset aliis, quod imitarentur.

XVII. 1. IN DIACONIA, QUÆ VOCATUR CYRO) Seu in Aquiro, de qua in Leone III. num. LXX.

XVIII. 1. CANISTRA ENNAFODIA) Vide in Paschali num. XX.

FOR-

rum enim vero in ecclefia doctoris gentium beati Pauli apoftoli obtulit fæpe dictus pontifex veftem de chryfoclavo, habentem hiftoriam Domini Dei noftri, & in ejus obfequio a dextris vel finiftris archangelorum, feu apoftolorum laudabili numero miræ magnitudinis atque pulchritudinis, diverfis lapidibus vel margaritis ornatam pulcherrimeque contextam.

XIX. Hic benigniffimus & præclarus pontifex [a] dum bonus & verus paftor pro fanctæ Dei ecclefiæ ftatu maximam undique curam ac vigilantiam gereret, confiderans Romanorum penuriam; quod ubi triticum ad edendum molerent, nullo modo haberent, divino fretus auxilio [1] formam, quæ Sabbatina nuncupatur, quæ jam per plurimos annos confracta atque difrupta effe videbatur, [b] dato operis ftudio, ficut a prifcis fuerat ædificata temporibus, ita quoque eam præfagus antiftes [c] a noviter ædificare atque conftruere [d] vifus fuit: ita ut ad ecclefiam beati Petri apoftoli, atque ad Janiculum ficut prius, ita & nunc [e] indiffluenter decurrat.

XX. Fecit etiam in diaconia beatæ femper virginis Mariæ in [a] Cofmedin veftem de Tyrio, habentem hiftoriam Dominicæ Nativitatis atque Refurrectionis Chrifti veri Dei noftri. Ad honorem & gloriam beatæ Dei virginis Sufannæ obtulit fanctiffimus præful in ejufdem ecclefia veftem fundatam cum periclyfi de Tyrio. Fecit autem in ecclefia beati [b] Ciriaci martyris atque diaconi veftem de fundato, habentem periclyfin de ftauraci. Pari modo & in ecclefia beatæ Pu-

VARIANTES LECTIONES

XIX. *a* Lego *dum ut bonus* &c.) Vat. 1. & vulgati, *dum bonus* &c. *b* Baron, *elato operis ftudio*. *c* Iidem vulgati codices, *noviter*, ut fupra. *d* Ita Vat. 1. editi, *nifus fuit*. *e* Baron. *aquæ affluenter decurrerent*.

XX. *a* Vat. 1. *Cofmidin*. *b* Idem, *Quiriaci*.

Edi-

NOTÆ

XIX. 1. FORMAM, QUÆ SABBATINA NUNCUPATUR) De hac egimus in Hadriano numero LIX.

Pudentianæ virginis veſtem de fundato cum periclyſi de quadrapulo. Obtulit beato Vitali martyri veſtem de fundato, habentem aquilas, & periclyſin de quadrapulo.

XXI. Præfatus vero pontifex fecit in eccleſia beatæ Anaſtaſiæ martyris veſtem de fundato, habentem aquilas & periclyſin de olovero. Immo vero obtulit jam dictus præſul in baſilica beatæ Luciæ martyris, [a] quam Orphea, veſtem de fundato cum periclyſi de octapulo. Sanctiſſimus denique pontifex fecit in titulo beati [b] Chryſogoni martyris veſtem de Tyrio, habentem hiſtoriam Danielis cum periclyſi de ſtauraci. Obtulit vero beatiſſimus papa in titulo Pammachii veſtem de ſtauraci cum periclyſi de quadrapulo. Verum etiam fecit & in eccleſia beatæ Cæciliæ martyris veſtem de fundato, habentem aquilas & gryphos cum periclyſi de olovero.

XXII. Pari modo & in titulo Æmilianæ obtulit veſtem de fundato, habentem aquilas & periclyſin de blatta Byzantea. Simulque & in eccleſia beati Sixti martyris atque pontificis fecit veſtem de Tyrio, habentem hiſtoriam Danielis cum periclyſi de olovero. Fecit in baſilica beatæ Balbinæ martyris veſtem de fundato cum periclyſi de olovero. Fecit autem in titulo Damaſi veſtem de ſtauraci habentem periclyſin de blatta Byzantea. Fecit etiam in eccleſia apoſtolorum Jacobi & Philippi veſtem de fundato. Item in eccleſia beati Marcelli confeſſoris atque pontificis fecit veſtem de fundato. Pari modo in baſilica beati Laurentii in Lucina fecit veſtem de ſtauraci. Item in eccleſia ſancti Valentini fecit veſtem de fundato, & gammadias de octapulo.

XXIII. Cumque hæc omnia, quæ ſuperius inſerta leguntur, a Quarto hujus intemeratæ ſedis papa Gregorio, Deo favente, liberius conſummata fuiſſent atque perfecta, piger eſſe nullatenus volens, cœpit [a] indifferenter, poſt curam gre-

VARIANTES LECTIONES

XXI. *a* Editi, *quam vocant Orfea*. Vat. 1. ut in contextu. *b* Idem, *Griſegoni*.

XXIII. *a* Baron. *incunctanter*. Vat. 1.

gregum, de cultura sive meliorationibus venerabilium tractare locorum; ut suis temporibus [b] novo cultu reformata, consolidata essent. Quod, intercedente apostolorum principe Petro, juxta votum sui desiderii factum est. Ideo cum talia præsulatus sui animo volveret, & hæsitans cogitaret, repente ad memoriam sui recurrunt, quod justum non esset, si amplius ecclesia sanctæ Dei genitricis, quæ more veterum nunc usque Callisti Transtiberim dicitur, sine monachorum officio constitisset, maxime cum in ea signorum non minima frequenter fiant miracula & virtutes diversæ.

XXIV. [a] Tunc demum divinitus compunctus corde & Dei omnipotentis roboratus ac fretus juvamine, juxta latus prænominatæ basilicæ monasterium a fundamentis statuit, & novis fabricis decoravit: [1] in quo etiam monachos canonicos [b] aggregavit, qui inibi officium facerent, & omnipotenti Domino grates & laudes diebus singulis & noctibus prosecutis intimo cordis spiramine decantarent, quod sicut in præsentiarum cernimus, magno certamine magnoque studio pastor eximius hoc opus valde firmissimum ampliavit. Nam ubi ante nulla erat cultura præcipua, modo, Deo dispensante, pulchra sunt habitacula monachorum: & loca, quæ nuper ab hominibus videbantur vepribus vel inmunditiis plena, nunc in eis cellulæ constructæ sunt, quibus oves Christi cum suis simul utilitatibus post laudum officia largissime cohabitant & dormiunt.

XXV. Eo igitur tempore sæpedicta ecclesia quibusdam per

VARIANTES LECTIONES.

b Vat. 1. ita, libri vulgati, *novo cultura formatu*. Baron. *nova cultura forma consolidata*.

XXIV. *a* Vulgati codices, *ac demum*. *b* Vat. 1. *adgregavit*.

Vat. 1.

NOTÆ

XXIV. 1. IN QUO ETIAM MONACHOS CANONICOS AGGREGAVIT &c.) Juxta basilicam sanctæ Mariæ trans Tiberim monasterium ædificavit Gregorius, in quo monachi canonici degerent, ut divinas laudes die noctuque canerent.

ALA-

per circuitum locis longo ſenio erat prærupta; ſed eam firmiſſimis undique munitionibus reſtauravit; & in ea ſanctum fecit præſepium ad ſimilitudinem præſepii ſanctæ Dei genitricis, quæ appellatur Major, quod videlicet laminis aureis & argenteis adornavit. In quo pro remedio ac venia hæc obtulit dona: Imaginem auream, habentem hiſtoriam Dominæ noſtræ cum diverſis & pretioſis gemmis; [a] hyacinthos majores numero XIII. praſinas X. albas majores num. XXVIIII. [b] [1] alamandinas majores numero XX. [c] [2] albas modicas. [d] Habet circum capitis coronam [e] diverſas filopares: [f] [3] circellos, paria duo: habet gemmas pretioſiſſimas albas numero XVIII. hyacinthinas IIII.

XXVI. Item in eadem imagine [1] habet [a] murenas praſinales pretioſiſſimas duas, [b] ex quibus una habet pendulas numero XI. [2] Item murenam trifilem auream, quæ habet gem-

VARIANTES LECTIONES

XXV. *a* Vat. I. *jaquintas majores* &c.) Sic infra. Editio vulgata, ut in contextu. *b* Baron. *cum* &c. *alamandrinis*. *c* Idem Vat. I. *alvas modicas habens in circum capite corone diverſe philopares*. *d* *habens*, tam in editis, quam in MSS. leg. *habet*, ut in contextu. *e* Libri editi, *diverſe*. *f* Iidem cum Vat. I. *cercelli*, Reg. Vat. *cercella parva quinque habentia gemmas pretioſiſſimas*. Baron. *circellorium paria duo habentia* &c.

XXVI. *a* Vat. I. *morenas*, ac ſic deinceps. *b* *Ex quibus una*) Sic idem.

Idem

NOTÆ

XXV. 1. ALAMANDINAS MAJORES) Seu alabandinas, ut in ſancto Silveſtro num. X. Tom. I.

2. ALBAS MODICAS, HABET CIRCUM CAPITIS CORONAM DIVERSAS FILOPARES) Diverſa fila, ſeu lineas margaritatum, italice, *fili di perle*.

3. CIRCELLOS PARIA DUO) Circelli erant parvi circuli aurei, aut argentei additis gemmis inſtar anulorum, aut inaurium.

XXVI. 1. HABET MURENAS PRASINALES PRETIOSISSIMAS DUAS) Murenæ ſunt torques, ſeu monilia ex auro cum gemmis intextis: Murena dicitur ab Iſidor. de Origin. lib. XIX. cap. XLI. *auri metallo in virgulis lenteſcens flexuoſa catena in ſimilitudinem murenæ ſerpentis, quæ ad collum ornandum aptabatur*.

2. ITEM MURENAM TRIFILEM AUREAM, QUÆ HABET GEMMAS DIVERSAS ALBAS &c. ET BUTTICULAS) Murena trifilis aurea torques erat, ſeu monile tribus margaritarum filis, ſeu lineis contextum cum interjectis bullulis ſeu globulis aureis, Buticulæ enim ſunt orbiculi, ex Bulenger. de Donar. Pontific. lib. II. cap. XLVII.

DIGI-

gemmas [e] diversas albas numero LXXIII. & buticulas XXXIII. murenam, in qua pendent gemmæ [d] hyacinthinæ XIII. [e] [3] digitias aureas VIIII. Pendent [f] in filo aureo. Item murenam filatam, [g] ex qua gemmæ pendent hyacinthinæ XIIII. Gabathas aureas purissimas interasiles filopares. [4] Signum XPC habet navicellas II. & murenas III. (omnes murenas cum petinate eorum) in catenulis III. lilio & [h] uncino; [5] legente DE DONIS DEI ET SANCTÆ MARIÆ (quæ vocatur Præsepe trans Tiberim) DOMNI GREGORII PP. IIII. QUI PURO CORDE OBTULIT III. GABATAS SAXISCAS. [6] Signum XPC habet [i] historiam in modum [k] Leonis incapillatam cum diversis

VARIANTES LECTIONES

c Idem *diversas alvas*. d Idem, *jaquinta*. e Idem ita, vulgati, *digitia aurea novem*. f Idem Vat. 1. *in filum aureum*. g Idem, *ex quibus habet gemmas pendent jaquinteas* XIIII. *signo XPC habet vuericellas* (sic) II. & *minores* III. (leg. *navicellas* II. & *murenas* III. jam supra recensitas, & quas librarius dormitans hic iterum ita male habitas recensuit, ut in vulgatis codicibus videre est. h Vat. 1. ita, sic infra. i Idem, *floriam*. k Idem, *leones incapillatam*. Reg. Palat. *in modum leonum*

NOTÆ

3. DIGITIAS AUREAS) Digitiæ dicuntur annli, quia digitis inferuntor, seu virgulæ aureæ vel argenteæ digitis similes, ex eodem Bulenger. cap. XLVIII.

4. SIGNUM XPC HABET NAVICELLAS II. ET MURENAS III. (OMNES MURENAS CUM PETINANTE EORUM) IN CATENULIS III. LILIO ET UNCINO) Monogrammati ☧ appensæ erant naviculæ aureæ & monilia aurea cum suis appendicibus, & lilio & uncino. *Cum petinante eorum*, hoc est, cum radiolis pectinatim insertis monilibus oblongis murenarum instar, Ducang. tom. 5. lit. P. column. 428.

5. LEGENTE DE DONIS DEI, ET SANCTÆ MARIÆ (QUOD VOCATUR PRÆSEPE TRANS TIBERIM) Offert Gregorius donaria hæc pretiosa sanctæ Mariæ de donis Dei; sunt enim omnia bona nostra dona Dei: unde in Canone Missæ: *offerimus præclaræ Majestati tuæ de tuis donis & datis*. Vocatur Præsepe ecclesia sanctæ Mariæ trans Tiberim, quia, ut supra dictum est num. XXV. sanctum in ea fuerat Præsepium ad similitudinem Præsepii S. Dei genitricis, quæ appellatur Majoe.

6. SIGNUM XPC HABET HISTORIAS IN MODUM LEONIS INCAPILLATAM DIVERSIS OPERTIBUS &c.) Alteserra explicat de cruce Domini, quæ dicitur habere historiam incapillatam, quia tegi solebat velo cilicino, quod dicitur capillarum, quia contextum est capillis, idest, pilis hircorum juxta illud S. Augustin. cap. CVIII. in Exod. & *facies vela capillacia operire super tabernaculum*. Explicari etiam posset de monogrammate Christi ☧ super imposito velo habente intextam figuram leonis cum jubis & capillitio juxta

ſis operibus puriſſimis aureis, pendentibus in catenulis IIII. & uncino uno. Item gabathas ſaxiſcas habet in modum leonis IIII. cum diverſis hiſtoriis [l] ſerpentium, & in medio ſtantem pineam cum IIII. [m] leunculis modicis exauratam. pendent in catenulis III. & uncino uno. Item gabathas ſaxiſcas (ex quibus habet unam ſingulis operibus exauratis) pendentes in catenulis III. & uncinis IIII. ex quibus habet unam [7] gemmis vitreis II. [n] Quæ domnus item Gregorius IIII. pontifex libenti obtulit animo.

XXVII. Immo vero obtulit jam dictus præſul in eccleſia doctoris gentium beati Pauli apoſtoli cortinam fundatam, pendentem in arcu triumphali, habentem in medio Annuntiationem, & Nativitatem Domni noſtri Jesu Chriſti. Item velum oloverum unum, pendens [a] in regulari ſub imaginem argenteam; [1] habet hiſtoriam Imperatoris. [b] Ibi ipſum fecit & alia duo modica vela fundata, quæ pendent [c] in circuitu altaris daforis num. XVI. Item vela V. pendent intus in circuitu altaris [2] habet lora XXV. Vela, quæ pendent in presbyterio num. XXIIII. Vela fundata, quæ pendent [d] in arcubus majori-

VARIANTES LECTIONES

num incapillatam, Baron, *leonis capillati*. *l* Vat. 1. *ſerpentorum*. *m* Idem, *leoncellis modis*, leg. *modicis*.) *n* Idem, *quod domnus* &c.

XXVII. *a* Vat. 1. *in regularem*, leg. *in regulari*, ut in contextu. *b* Libri editi, ut alibi, *Ibi ipſe*. *c in circuitu altaris deforis numero* XVI. *Item velos* V. *pendent intus in circuitu altaris: habet lora* &c.) Ex Vat. 1. *d* Idem, *in arcus majores*, editi, *ad arcus majores*.

Idem

NOTÆ

juxta illud Apocal. cap. V. ℣. V. *vicit Leo de tribu Juda*.

7. GEMMIS VITREIS) Gemmis pellucidis inſtar vitri: neque enim vitrum inter gemmas referri debet.

XXVII. 1. HABET HISTORIAM IMPERATORIS) Conſtantini Magni, qui baſilicam beati Pauli ædificavit, ut in Silveſtro num. XXI. Part. I.

2. HABET LORA XXV.) Funiculos nempe aureos, argenteoſve, qui collo geſtari ſolent. Bulengee. tamen lib. 1. de Veſt. Pontif. cap. X. de Pallio ita lorum interpretatur: *Dicitur autem lorum quaſi lorica, quod loricæ inſtar humeros amplectatur. Niſi quis malit lorum dictum eſſe a veſtibus illis ſegmentatis, quas Vopiſcus in Aureliano* purpureas rectas dilores, trilores *dictas ait a loris, ſeu ſegmentis, quia pallium propter brevitatem videbatur tantum eſſe ſegmentum, plagula, ſcutula, vel lorum; quod mihi magis probatur*.

joribus numero XL. [e] In ciborio ipsius ecclesiæ fecit vela IIII. Pari modo & in ecclesia beati Christi martyris Georgii fecit vela de fundato VI. habentia in circuitu gammadias [f] de octapulo.

XXVIII. Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit in monasterio sancti Sabæ vestem de olovero cum leonibus, habentem periclysin de octapulo. Verum etiam & in monasterio sancti Anastasii martyris eodem modo fecit vestem de stauraci cum periclysi de quadrapulo: simulque & in monasterio sancti Andreæ, quod appellatur in Clivo Scauri, fecit vestem de stauraci cum periclysi de octapulo unam. Sed & in monasterio sanctæ Agathæ martyris, quæ ponitur super Suburram, fecit vestem de olovero cum periclysi de octapulo unam. Nec non & in monasterio sancti Erasmi fecit vestem de stauraci cum periclysi de octapulo unam.

XXIX. Enimvero & [1] in diaconia sanctæ Luciæ, quæ ponitur [a] in Septem viis, fecit vestem de olovero cum periclysi de octapulo unam. Fecit autem in oratorio [2] sanctæ Luciæ, quæ ponitur in monasterio [b] de Herenati, vestem de olovero cum leonibus. habet periclysin de octapulo. [c] Simili modo & in monasterio sancti Silvestri fecit vestem de olovero cum peri-

VARIANTES LECTIONES

e Idem Vat. 1. *in cyborium*. f Idem *de optapulo*: ac sic deinceps.

XXIX. a Vat. 1. *in septem vias*, ut in editis. Baron *ad septem vias*. b Vulgata editio, *de Serenati*, Vat. 1. ut io contextu. Reg. Palat. *de Renati*. c *Simili modo* &c.) Hæc vulgati codices cum Vat. 1. semel atque iterum legunt.

Hic

NOTÆ

XXIX. 1. IN DIACONIA SANCTÆ LUCIÆ, QUÆ PONITUR IN SEPTEM VIIS) seu in Septizonio, quod ex templo Apollini Palatino dicato conversum est in titulum beatæ Luciæ. Hujus diaconiæ mentio in Leone III. numero LXXV.

2. SANCTÆ LUCIÆ, QUÆ PONITUR IN MONASTERIO DE HERENATI) seu de Renatis, quod Grimaldus putat esse idem ac *de Tenta*, ut dictum est in eodem Leone III. num. LXXXIX. Fortasse *de Tenta* dictum ex antiquo *de Terento*. Terentum locus erat in extrema parte Campi Martii, ubi Diti, & Proserpinæ sacra fiebant, eorum simulacris alte defossis, singulis sæculis in ludis sæcularibus in diam lucem proferendis.

periclysi de octapulo unam. [d] Ibi ipsum fecit vestem de fundato cum gryphis. habet periclysin de blatta. Pari modo & in monasterio sanctæ Praxedis fecit vestem de olovero cum periclysi de stauraci unam.

XXX. Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit in basilica doctoris mundi beati Pauli apostoli vela de chrysoclavo per arcus presbyterii, habentia historiam ipsius beati Pauli apostoli, & in circuitu listam cum auro, numero XXVII. Hic a Deo electus & præclarus antistes obtulit in ecclesia beatæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ [a] quam Callisti & Cornelii, coronas argenteas duas: per unamquamque delphinos XII. pensantes insimul libras XII. Simulque & in diaconia beati Christi martyris Georgii fecit coronam de argento unam cum delphinis XII. pensantem libras VI.

XXXI. Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit in basilica beatæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ, [a] quam Callisti & Cornelii, canistra argentea IIII. ([b] legente: [1] SANCTÆ DEI GENITRICI GREGORII IIII. PAPÆ) pensantia libras XXIIII. Et in altari quoque ejusdem tabulas de argento, pensantes libras CXIII. Fecit idem venerabilis papa in eodem sancto loco infra ambitum ipsius ecclesiæ operosam [2] decoremque [c] extructionem. Nam prius

VARIANTES LECTIONES

d Hic itidem libri editi, *ibi ipse* habent pro *ibi ipsum*, ut Vat. 1. ex cujus exemplari exscripti fuere, perpetuo legit.

XXX. *a* Codices vulgati, *quam vocamus*.

XXXI. *a* Libri editi, *quam dicimus*. *b* Iidem ex Vat. 1. *legente sancta Dei genitrice*. Baron. *cum inscriptione*: *Dei genitrici Mariæ Gregorius IV. Papa*. *c* Vat. 1. *restructionem* pro *extructionem*, quam editi legunt *resurrectionem*.

Idem

N O T Æ

XXXI. 1. SANCTÆ DEI GENITRICI GREGORII IIII. PAPÆ) Subintellige *domum*, vel *oblatio*.

2. DECOREMQUE EXTRUCTIONEM) Pro *decoram*. Ita Nævius de Bell. Punic. apud Priscian. lib. VI. *Magnamque domum*, decoremque *Ditem vexerant*, & Sallust. in fragm. lib. III. histor. *equis*, *& armis* decoribus *cultus*.

PÆNE

prius altare in humili loco situm fuerat, [3] pæne in media testudine; circa quod plebs utriusque sexus conveniens, pontifex cum clero [d] plebi confuse immixto sacra mysteria celebrabat.

XXXII. Sed & sancta corpora beatorum Callisti & Cornelii & Calepodii in mediana plaga ecclesiæ tumulata, post tergum populi jacentia, non condigne honorificabantur. Quod religiosissimus idem papa non leve tulit; sed solerti solitoque studio cum intima industria operam adhibens, mirificum opus inchoans optime consummavit. Nam effosso clandestino antro summa cum reverentia præfata sancta corpora elevans, in occidentali plaga ejusdem ecclesiæ, hoc est, in ambitu absidæ honorifice [a] collocando occuluit; circa quæque maximæ molis [b] aggravans aggerem, comptum [c] mixtis lapidibus tribunal erigens decoravit. Supraque confessionem respicientem ad ortum solis [d] miri operis [e] cælaturarum ornata compagine coaptavit. [f] Infra consurgentes siquidem basis altarisque miri metri & ornatus modulo ex argento perspicue comes in honorem sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, elato scilicet priori erexit inter consurgentes pulchri operis gradus. Ante quam presbyterium [g] ampliare visus

VARIANTES LECTIONES

d Idem Vat. 1. *plevi* pro *plebi*.

XXXII. *a* Vat. 1. *conlocando*. *b* Idem, *aggrabans*. *c* Ita fortasse legendum pro *ministris*, uti prave in editis; seu potius legendum *miris*, ut in Reg. Palat. Baron. *coopertum magnis lapidibus*, *d* Vat. 1. & vulgati, *miri odoris* pro *operis*, ut infra, Palat. *mirifici honoris cælatura ornatum*. *e* Iidem vulgati, *cælaturas*, Baron. *cælaturæ*. Vat. 1. ut in contextu. *f* *Infra consurgentes siquidem basis altarisque* &c. *perspicue comes in honorem* &c. *elato scilicet priori* &c. Ita idem Vat. 1. Palat. *siquidem bases altaris miro metro & ornatu argento perspicue comens in honorem* &c. Baron. *siquidem bases altaris* (*quod miro modo argento purissimo comens* &c.) *g ampliare visus*) sic Vat. 1. pro quo editi codices legunt *amplum*.

operosi

NOTÆ

3. PÆNE IN MEDIA TESTUDINE) Testudo templi pars media templi, quæ in fornicem surgit. Virgil. I. Æneid. V. 505.

Tum foribus Divæ media in testudine templi &c.

re visus [h] operosi operis funditus construxit. Cui ex septemtrionali plaga [1] lapides [k] [1] circa septum matroneum [l] apposuit.

XXXIII. Sed & decorem altari addens, & matrem Domini [a] meritis honorans muneribus, fecit ibidem vestem chrysoclavam cum blatta Byzantea, habentem [b] historiam Nativitatis & Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi: & insuper imaginem beatæ Dei genitricis Mariæ, refovenrem imaginem [c] oblatoris sui. Ipse vero a Deo [d] protectus & præclarus pontifex fecit amas argenteas vi. quæ [e] præcedunt per omnes stationes, pensantes libras xiii. scyphos ii. pensantes singuli libras x. [1] gemmiliones viii. pensantes ana singuli libras ii.

XXXIV. Hæc denique postquam omnia Deo favente, a sæpedicto pontifice decenter expleta sunt; ea, quæ in ecclesia beati Petri apostoli foris muros [a] longo jam senio cassata videbantur, ad pristinum statum cultumque perduxit. Nam pæne totam porticum super oratorium sanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ Mediana dicitur, noviter ex trabibus ceterisque lignis ob decorem basilicæ decoravit. Immo & aliam similiter porticum ante valvas argenteas novo opere cultuque

VARIANTES LECTIONES

h operosi operis (subintellige, *illud*) *funditus construxit*. *i* Editi cum Vat. 1. *lapidibus* pro *lapides*, ut in contextu. *k* Palat. parum recte, *circum septam mare aneum*, Baron. *circumseptum marmoreum*. *l* Vat. 1. *aapposuit*.

XXXIII. *a* Vat. 1. *emerito*. *b* Idem, *floriam*. *c* Baron. *salvatoris sui*. *d* Idem, *præfectus*. *e* Idem, *procedunt*.

XXXIV. *a* Libri editi, *longe jam senio*, Vat. 1. ut in contextu. Baron. *scenio lassata*.

Vat. 1.

NOTÆ

XXXII. 1. CIRCA SEPTUM MATRONEUM APPOSUIT) Matroneum locus in ecclesia feminis addictus. Vid. Glossar. I. Partis.

XXXIII. 1. GEMMILIONES VIII.) Genus vasis ad manus abluendas. Colligit Ducangius ex Ordine Roman. in quo dicitur: *gemmiliones*, seu *gemelliones argenteos cum colatorio aureo, & argenteo*: Hoc idem sentit Panvinius; sed Macer putat, gemmiliones dici urceolos, qui usui sunt in sacrificio altaris pro aqua & vino fundendo, eo quod sint gemini, quasi gemelli.

ET

que præcipuo perfecit. Nec non [1] & in fronte Paradisi, jam fatæ ecclesiæ principali musivo, cuncta, quæ a priscis temporibus in eodem pariete erant diruta, velocitate nimia pingere ac restaurare decrevit.

XXXV. Renovavit simul & porticum ejusdem basilicæ, quæ super gradus ejus esse perspicitur: per quos populus orationis voto indifferenter habet ascensum. Fecit etiam [a] juxta accubita pro quiete pontificis, ubi post orationes matutinales vel missarum officia ejus valeant membra [b] soporari, hospitium parvum, sed honeste constructum, & picturis decoravit eximiis. Igitur inter cetera bonæ operationis exempla fecit & in patriarchio Lateranensi pro utilitate sive usu pontificis prope oratorium sancti Christi martyris Laurentii habitaculum satis idoneum, ubi & quies est optima, & cum clericis suis pontifex inde egrediens omnipotenti Domino [c] debitas potest laudes persolvere.

XXXVI. Igitur post hæc omnia, quæ superius ædificata leguntur de ædificiis jam dirutis & præ magnitudine temporum pæne casuris, quæ infra palatium ab antiquis patribus videbantur esse constructa, beatissimus jam sæpius nominatus papa Gregorius novo cultu & opere a fundamentis erexit atque composuit. Nam descensum, qui paracellarium respicit, per quem antea homines veluti in nocte ascendebant vel descendebant, ita noviter reformavit, ut nulla inde transeuntes deinceps, ut ante obscuritas valeat præpedire: a quo videlicet loco usque ad oratorium sancti Laurentii cuncta, quæ erant [a] vetera, restauravit & alia nova adjecit, in quibus [1] tres caminatas fieri jussit. Re-

VARIANTES LECTIONES

XXXV. *a* Vat. 1. *juxta acolyti*, ut in editis, pro *accubita*, ut ipse verborum contextus declarat. *b* Baron. *repausari*. *c* Idem Vat. 1. *devitas* pro *debitas*.
XXXVI. *a* Vat. 1. *restauravit vera* pro *vetera*. Edi-

NOTÆ

XXXIV. 1. ET IN FRONTE PARADISI) Paradisus dicitur atrium templi.

XXXVI. 1. TRES CAMINATAS FIERI JUSSIT) Aula satis ampla, quæ ad arcendum frigus camino instructa sit, dicta

XXXVII. Renovavit immo & balneum, quod juxta paracellarium situm est, a fundamentis per totum, & marmoribus ceterisque placabilius operibus decoravit. Nam prius vetustatis longitudine casurum esse videbatur; nisi mens, vel optimum tanti pontificis studium illud ad priorem statum reducere decrevisset. Pari modo & in ecclesia Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, fecit vestem auritextilem, habentem historiam Palmarum, & Cœnam Domini. Item in venerabili monasterio sanctæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ, & sancti Cornelii & Calixti, [a] quam Transtiberim, fecit canistra numero VI. quæ pensant insimul libras XVIII. scyphum unum pensantem libras VIII. & uncias IIII. canthara cum thymiamaterio pensantia libras III. [b] [1] siclonem unum, pensantem libras III.

XXXVIII. Perfectis autem his omnibus atque adamussim patratis, quoniam, jam sicut sæpe dictum est, ejus sancta veneranda ac recolenda simplicitas, utque in Dei erat omnipotentis semper intenta servitio, ita quoque de populi futura salute & liberatione patriæ indifferenter erat sollicita; ne ab hostibus, Deo non permittente, quoquo modo caperentur. Et quoniam hujus sacratissimi patris ac papæ temporibus impia atque nefaria, & [1] Deo odibilis Agarenorum gens, a finibus suis consurgens, pæne omnes insulas, & omnium

VARIANTES LECTIONES

XXXVIII. *a* Editio vulgata, *quam vocant trans Tyberim*. *b* Mendose apud Baron. *sinodem* pro *siclonem*.

Sarra-

NOTÆ

dicta est caminata: unde Sangalliensis de Gest. Caroli Magni lib. 1. cap. V. *finitis autem laudibus matutinis, cum Rex ad palatium vel* caminatam *dormitoriam calefaciendi, & ornandi se gratia pro tantæ festivitatis honore rediret*, ex Altelerra.

XXXVII. 1. SICLONEM UNUM, PENSANTEM LIBRAS III.) Siclo idem est ac sicius, italice *secchio*. Agnellus in vita S. Maximiniani ex Muratorio Tom. II. pag. 109. *allatum est nobis æneum vasculum, quod vulgo* siclum *vocamus*.

XXXVIII. 1. DEO ODIBILIS AGARENORUM GENS) Agareni ex Calmet dicti ab Agar: qui etiam ex filio Ismahel dicti sunt Ismahelitæ.

EAS-

omnium regiones terrarum circuiens, deprædationes hominum & locorum desolationes atrociter faciebat, [2] easque hactenus facere nullatenus cessat. De quibus quoque insolitis, atque cavendis periculis misericordissimus præsul magnum habens timorem, ne populus a Deo sibi & beato Petro commissus apostolo; qui in Portuensi vel Ostiensi civitatibus habitavit [a] [3] a Sarracenis nefandissimis tribulationis ac deprædationis sentiret jacturam; intimo trahens ex corde suspiria, cœpit prudenter inquirere, quomodo civitatem [b] Ostiensem adjuvaret, ac liberare potuisset.

XXXIX. [a] In cujus statim omnipotens Deus hoc dedit corde consilium; ut civitatem ibidem, qua populum salvare vellet, a fundamentis noviter construere debuisset. Quoniam ea, quæ priori tempore ædificata fuerat, longo quassata senio [b] nunc videretur esse diruta. Fecit autem juxta quod ei fuerat divinitus inspiratum. [c] In prædicta civitate Ostiensi civitatem aliam a solo valde fortissimam, muris quoque altioribus, portis simul ac seris & [d] [1] catharactis eam undique permunivit, & desuper ad inimicos, [e] si evenerit, expugnandos, [2] petrarias nobili arte composuit: & a foris non longe ab eisdem muris ipsam civitatem altiori fossato præcinxit, ne facilius muros [f] istis contingere valeat.

Quan-

VARIANTES LECTIONES

XXXVIII. *a Sarracenis*) Ita Vat. 1. *b* Idem, *civitatem Hosti*.

XXXIX. *a* Vulgati codices, *In ejus statim*. *b* Vat. 3. *nunc videtur*. *c* Editi, *In prædicta enim civitate*. *d cateractibus*. *e* Idem ita, editi, *si venerint*. *f* In editis, *isti contingere valeant*. Libri

NOTÆ

2. EASQUE HACTENUS FACERE NULLATENUS CESSAT) Ex his Auctoris ætatem notare licet.

3. A SARRACENIS NEFANDISSIMIS &c.) Calmet in Dictionario S.Scripturæ verb. *Saraceni*: *Saracenorum nomen audiri captum est primum sæculo quinto: unde vero ejus etymon deductum sit, incertum. Alii derivant ex Sara Abrahami* &c. *Scaliger nomen accersit ex Arabo Sarak, prædari & furari*.

XXXIX. 1. CATHARACTIS EAM UNDIQUE PERMUNIVIT) Cataracta cratis est ferrea funibus alte suspensa, quibus extemplo sectis, cratis delapsa ingressum hostibus impediebat; vulgo *saracinesca*.

2. PETRARIAS NOBILI ARTE COMPOSUIT) Machinas ad jaciendos lapides constructas. AD

XL. Quando autem sæpedicta civitas novæ fabricæ initium meruit, ipse ibidem sanctissimus papa per se multis residens diebus partem quamdam murorum non modicam cum suis hominibus quasi in sortem percipiens a fundamentis erexit. De qua donec, Deo prosperante, crebro dicta civitas [1] ad legitimam totius fabricæ finem perducta est, multos exinde labores in suo sancto pectore vel certamina indesinenter sustinuit. Cui etiam a noviter civitati constructæ hoc nomen in sempiternum statuit permanendum; scilicet, ut ab omnibus sive Romanis sive aliis nationibus a proprio, quod ei erat, nomine, id est, Gregoriopolis [a] vocitetur. Et re vera merito hoc a conditoris sui nomine vocabulum sumpsit: quia quod nullum legimus fecisse pontificem, iste Dei omnipotentis auxilio simulque virtute munitus pro populo, ac liberatione patriæ ante jam nominatum [b] opus mirabili decore fabricæ construxit atque composuit.

XLI. His itaque in suis locis manentibus, fecit idem coangelicus atque eximius præsul in basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi juxta patriarchium Lateranense vestem cum chrysoclavo, habentem in fronte altaris historiam beatissimorum Baptistæ atque Evangelistæ Johannis. Et per altaris circuitum similiter uno corpore quasi cohærentia vela similiter de chrysoclavo & quasdam picturas habentes in modum gryphorum cornua in frontibus picta. Fecit etiam in monasterio beatissimi martyris Christi Laurentii, quod dicitur Pallacinis, canistra de argento VI. [a] & cereostata II. induta:

VARIANTES LECTIONES

XL. *a* Libri editi, *vocaretur*, Vat. 1. ut in contextu. *b* Idem, *hopus*.

XLI. *a* Vat. 1. *& cerostata* II. *inductas*, leg. *induta*, veste nempe aliqua cooperta.

Baron.

NOTÆ

XL. 1. AD LEGITIMAM TOTIUS FABRICÆ FINEM) Generis feminini pro masculino. Lucret. lib. 2. ℣. 516. *Certa finis.* Virgil. 2. Æneid. ℣. 554. *Hæc finis Priami fatorum*. Et Cicer. lib. 2. de Leg. *neque necesse est edisseri a nobis, quæ finis funesta familiæ* &c.

IN

duta: scyphum unum argenteum, & amam similiter de argento. Fecit etiam in oratorio sanctissimi papæ Gregorii, sito infra ecclesiam beati Petri apostoli, columnellas argenteas IIII. habentes libras argenti numero XL.

XLII. Post hæc autem omnia ipse venerabilis pontifex [1] in curte, quæ cognominatur Draconis, domum satis dignam, undique porticibus ab solariis circumdatam, a solo noviter fieri statuit. In qua tam ipse quamque etiam futuri pontifices cum omnibus, qui eis obsequuntur, quandiu eis placuerit, ibidem statiose immorari valeant. Fecit autem similiter [2] & in curte alia, quæ [a] Galeria vocitatur, domum aliam largam ac spaciosam, satisque præcipuam ad opus atque utilitatem pontificum, ubi [b] quoties oportunum fuerit ut cum omnibus, qui eis famulantur, amplissime hospitentur.

XLIII. Item sæpedictus idem almus atque præclarus pontifex superno amore exardescens fecit in basilica sanctæ intactæque virginis Dei genitricis Dominæ nostræ MARIÆ, quæ cognominatur ad Martyres, ciborium ex argento purissimo, pensans simul libras CCCC. simul & coronam ex argento purissimo I. libras X. & semis. Similiter autem fecit in basilica beati Marcelli confessoris atque pontificis coronas ex argento purissimo III. pensantes simul libras.... Immo vero & in diaconia beati Georgii martyris fecit velum Alexan-

dri-

VARIANTES LECTIONES

XLII. *a* Baron. *Galaria*. *b* Vat.1. *obetiens*, in margine *di*, alio charactere, apposito, ut *obediens*, legatur. Ipse *quotiens*, seu *queties* legendum putavi.

Vat.1.

NOTÆ

XLII. 1. IN CURTE, QUÆ COGNOMINATUR DRACONIS) Durat adhuc nomen Massæ positæ ad fines territorii Ostiensis juxta Tiberim, juris Principum de Alteriis.

2. ET IN CURTE ALIA, QUÆ GALERIA VOCITATUR) Galeriæ mentio facta est supra in Hadriano num. LV. Juris ex parte est Nosocomii sancti Jacobi in Augusta. Olim juris erat præclarissimæ familiæ Ursinæ, ut conjicitur ex Dario Stanehio in libro inedito vernacule inscripto: *Della Discendenza de' Signori Orsini della linea di Pitigliano*, lib. 2. cap. 2. pag. 78. Sed quum duæ sint *Galeriæ* descriptæ in vita ejusdem Hadriani, incertum est utram hic indicet Bibliothecarius.

drinum habens [a] phasianos XII. seu vela ante januas; linum plumatum unum.

XLIV. [a] Hic etiam corpus beati Gregorii papæ & doctoris translatum ante novellum secretarium, constructis absidibus, sicuti modo cernimus, sub altari sui nominis collocavit: quo ejus anniversaria solemnitas cunctis certatim pernoctantibus veneratione gratissima celebratur. In qua [1] pallium ejus & philacteria, sed & balteus consuetudinaliter osculantur.

XLV. Qui beatissimus pontifex postquam [a] [1] Romanam & Apostolicam sedem annos XVI. gloriosissime rexit, ex hac luce subtractus ad æternam migravit requiem. Fecit ordinationes V. per mensem Martium & Decembrium, [b] seu Septembrium, [c] diaconos VI. presbyteros XV. episcopos per diversa loca numero CLXXXV. sepultus vero est in basilica beati Petri apostoli: [d] & cessavit episcopatus dies XV.

SER-

VARIANTES LECTIONES

XLIII. *a* Vat. 1. *fasanos* XII. *sea velos ante* &c.

XLIV. *a* *Hic etiam corpus* &c. & reliqua hoc numero contenta ex Vat. IV. accepimus.

XLV. *a* Sic Vat. IV. *b* Idem ita. *c* *diaconos* VI. *presbyteros* XV.) numerum adjecimus ex Codice Reginæ Sveciæ papyraceo, cujus epitome Variantes proferens Lectiones exstat in Codice Bibliothecæ Vallicellanæ signato I 44. *d* *& cessavit* &c. ex Vat. IV. & Farnes. ista explevimus.

In

NOTÆ

XLIV. 1. PALLIUM EJUS ET PHILACTERIA ET BALTEUS CONSUETUDINALITER OSCULANTUR) Philacteria vascula erant, quæ e collo suspensa ante pectus deferebantur. Durandus lib. 1. Rationalis cap. III. num. XXVI. *Philacteria est vasculum de argento vel auro, vel chrystallo, vel ebore, & ejusmodi: in quo Sanctorum cineres, vel reliquiæ reconduntur.* Balteus zona est, qua sacerdotes, aliique ecclesiastici ministri vestes constringebant.

XLV. 1. ROMANAM ET APOSTOLICAM SEDEM ANNOS XVI. GLORIOSISSIME REXIT EX HAC LUCE SUBTRACTUS &c.) Si anno 827. desinenti, quo Gregorius IV. electus fuit, addamus 16. annos pontificatus, quibus ecclesiam rexit, sequitur obiisse anno 844. incipiente, & facile die 25. Januarii, si ab obito Gregorii ad ordinationem Sergii, (quam post 16. dies nempe IV. idus Februarii contigisse videtur) calculum ineamus.

ER-

CII.

SERGIUS II.

I. [a] SERGIUS natione Romanus, ex patre Sergio [1] regionis quartæ sedit [b] annos III. Hic cum [c] illustri editus a matre fuisset, castis nutrimentis eum erudire ingenti cœpit cum studio: ut [d] nihil obscenum, vel libidinis ab eo quisquam audire, [e] aut videre posset, puerilia oblectamenta contemnere non verebatur; ita ut actibus pollere videretur piis ab omnibus, & moribus clarescere majorum cœperit nobilium, puris munitus instructusque [f] maternis monitis. Igitur mater exultabat quotidie & omnipotenti Deo gratias referebat alacriter, qui talem sibi superno prolem [g] concessit auxilio. Duodecimo quidem ætatis suæ anno obiit mater ejus, migravitque ad Dominum. [h] Qui relictus a matre (pater

An. Chr. 844. Lotharii Imp. 4. Michaelis Theophili F. Imp. 2.

VARIANTES LECTIONES

I. *a* In margine Cod. Vat. IV. hæc alia manu adnotata fuere: *Hic vocabatur Os porci: unde ab isto in antea omnes proprium nomen mutaverunt.* *Verum*, ait Pagius in vita hujus Pontificis, *primus Pontificum, qui nomen mutavit, ut observat Baronius, fuit Octavianus, qui Joannis XII. nomen assumsit, & Sergius, qui Os porci appellabatur, non fuit Sergius II. uti Platina, & Godefridus Viterbiensis in Chronico, aut Sergius III. ut Baronius credidere; sed Sergius IV.* &c. *b* Vat. VII. *ann. VI. qui a puero perfectis moribus institutus probatissimis virtutibus est factus.* Urbin. *annos IV.* *c* Vat. I. *inlustri*. *d* Idem, *nichil*. *e aut videre posset*: inde Vat. IV. *Qui relictus a matre* &c. quæ infra occurrunt. *f* Vat. I. *matrum ingeniis*. *g* Idem ita, editi, *concessisset*. *h* Vat. IV. *Qui relictus a matre, atque patre in æde fratris commorabatur. Audiens itaque sanctissimus Leo papa III. qui tunc temporis monarchiam regebat Apostolicam, eum schola cantorum tradidit: Mortuo itaque pontifice, suscepit eum Stephanus, atque subdiaconem ordinavit. Et ita ad summum sacerdotii per Paschalem pervenit apicem. Post Paschalem Eugenius, post Euge-*

NOTÆ

I. 1. REGIONIS QUARTÆ) *Ad Gallinas albas* juxta vetus templum Pacis. Regionis hujus mentio fit a sancto Gregorio lib. 2. Ind. XI. epist. 19. eique unitam fuisse autumat Nardin. lib. 2. cap. IV. regionem sextam *Altam semitam* nuncupatam; quum a S. Clemente facta fuit divisio, seu contractio regionum urbis; de qua nonnulla adnotavimus in vita sancti Hadriani num. III. Part. II. Hodie regio quarta, teste etiam Nicolao Signorili, est regio Campi Martii, cujus partem ipsa complectitur.

(pater jam olim luce caruerat) cum ſuis parentum ſuorum morabatur in æde [i] fratribus.

II. Eodem tempore urbis Romæ primatum gerebat eccleſiæ Leo III. papa benedictus atque præcipuus, qui generoſitatem hujus præclari pueri reminiſcens, ac parentum ejus nobilitatem recolens, ad ſuam eum juſſit magno cum amore duci præſentiam. Itaque cum adductus fuiſſet, hilari vultu eum ſerenaque mente contemplari cœpit, & ſuo ſupra modum placuit animo. [1] Tunc præſul eum ſcholæ cantorum ad

VARIANTES LECTIONES

Eugenium Valentinus, poſt Valentinum Gregorius. Igitur mortuo Gregorio, eligitur beatiſſimus Sergius ab omnibus ſacerdotibus atque proceribus. Hujus ſanctiſſimæ conſecrationis &c. quæ infra num. VIII. recitantur. Vat. VI. *Quem ſanctus Leo papa Romanæ eccleſiæ acolytum conſtituit: Cui ſucceſſor ejus Stephanus ſubdiaconatus conceſſit officium. Poſt quem gubernacula eccleſiæ Paſchalis ſuſcepit, a quo idem vir tituli beati Silveſtri presbyter conſecratur. Paſchali vero defuncto præſulatus culmen accepit Eugenius. Qui pontificio cum tribus perduraſſet annis Valentinus ſedis ipſius pontifex conſecratur. Cujus poſt curſum eccleſiæ apicem ſuſcepit Gregorius, a quo prædictus vir archipresbyter in ſancta ordinatur eccleſia. Qui cum per ſexdecim ſolertiſſime gubernaſſet eccleſiam annos ad extrema ductus occubuit. Tunc vero Romanæ urbis proceres, & optimates, univerſuſque populus prædictum Sergium pontificem elegerunt.* Quæ nonnihil immutata item habentur infra num. IV. Baron. *qui relictus a matre* &c. *morabatur in æde fratrum parentis ſui.* Urbin. *Qui relictis matre atque patre.* i Male in editis, *patribus.*

Baron.

NOTÆ

II. 1. TUNC PRÆSUL EUM SCHOLÆ CANTORUM AD ERUDIENDUM COMMUNIBUS TRADIDIT LITERIS, ET UT MELLIFLUIS INSTRUERETUR CANTILENÆ MELODIIS) Schola cantorum, juxta Alteſerram, eſt ordo cantorum, vel locus, ubi cantores inſtituebantur: *ſcholam quoque cantorum*, inquit Joannes Diaconus lib. I. cap. VI. *quæ hactenus iiſdem inſtitutionibus in S. Romana eccleſia modulatur conſtituit* (Gregorius I.) *atque cum nonnullis prædiis duo habitacula, unum ſcilicet ſub gradibus baſilicæ beati Petri apoſtoli, alterum vero ſub Lateranenſis patriarchii domibus fabricavit.* Cantum planum & uniſonum B. Gregorius inſtituit, a quo denominationem accepit *cantus Gregoriani. Huic cantui*, ait cardinalis Bona lib. I. Rerum Liturgicar. cap. XXV. *quo hactenus uſa eſt eccleſia occidentalis, cum Galli & Germani nonnulla miſcuiſſent, religioſiſſimus Imperator Carolus Magnus ad primigeniam Sancti Gregorii harmoniam reſtitui curavit, ut idem Joannes Diaconus ibidem aſſeverat. In vita ipſius Caroli a monacho Engoliſmenſi conſcripta cap. VIII. inter ſcriptores hiſtoriæ Francorum prolixe narratur contentio habita Romæ inter Gallos & Romanos cantores, quis melius caneret, quam litem diremit Carolus pro Romanis lata ſententia, utpote qui a B. Gregorio inſtituti fuerant; petiitque ab Hadriano papa*

ad erudiendum communibus tradidit literis, & ut mellifluis inſtrueretur cantilenæ melodiis. Inſignis idem & ſolertiſſimus puer celeriter [a] omne literalis diſciplinæ ſumpſit ingenium, ut omnes ipſius [b] præcelleret ſcholæ puerulos.

III. His optimus auditis pontifex, inexplebili replebatur quotidie gaudio pro pueritiæ ejus benignis profectibus. [1] Tunc eum [a] acolytum in ſancta conſtituit Romana eccleſia. Viceſimo autem pontificatus ſui anno cum deceſſiſſet officio, Romanæ ſacerdotium Stephanus ſuſcepit eccleſiæ, quem etiam ipſe amplo cum cordis diligebat affectu: & cum eum [b] ſtrenue in divinis ſcripturis nobiliter contemplaretur velocem, [2] protinus illi ſubdiaconatus conceſſit officium. Parvoque

VARIANTES LECTIONES

II. *a* Baron. *omnis literatioris diſciplina eruditionem ſumſit ingenio*. *b* Idem *præcederet*.

III. *a* Vat. 1. *acolotum*. *b* Vulgati codices, *ſtrenui* pro *ſtrenue*, ut in Vat. 1. *ſtrenue* &c. *nobiliterque*) Cod. Reg. papyraceus, cujus epitome Variantes preferens Lectiones exſtat in Cod. Bibliothecæ Vallicellanæ ſignato I 44. ſi ſtrenui.

N O T Æ

papa cantores, quos miſit in Galliam, ut veram cantandi rationem docerent. Antiquam hanc conſuetudinem inſtituendi pueros in *cantu Gregoriano* eccleſia Romana conſtanter retinuit: & Concilium Tridentinum ſeſ. XXIII. de Reform. ubi formam erigendi ſeminaria clericorum tradit, præcipit, ut clerici adoleſcentes grammatices, *cantus*, computi eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinam diſcant. Et vetuſtiſſima erat in eccleſia conſuetudo tradendi ſcholæ cantorum nobiliores pueros, qui in eccleſiaſticis rebus erant inſtituendi, quod etiam legitur & de S. Leone II. in ejus vita num. 1. & de Sergio I. num. 1. Part. I.

III. 1. TUNC EUM ACOLYTUM IN SANCTA CONSTITUIT ROMANA ECCLESIA) Qui clericali tonſura inſigniti, & in cantorum ſchola inſtituti erant ad acolytatus ordinem promovebantur. Acolytus apud Græcos, ceroferarius eſt apud Latinos. Ejus munus eſt candelabrum deferre; urceolos aquæ & vini presbytero celebranti porrigere. Olim vaſa ſacra diaconi porrigebant; manutergium portabant, & aquam ad lavandas manus miniſtrabant. Alii erant Regionarii, qui presbyteris ſingularum urbis regionum adſiſtebant: alii Stationarii qui certæ eccleſiæ adfixi: alii Palatini Pontifici inſervientes.

2. PROTINUS ILLI SUBDIACONATUS CONCESSIT OFFICIUM) Quodnam fuerit ſubdiaconi officium Vid. in vita S. Fabiani num. 11. Part. I. De ſubdiaconis mentio habetur etiam in Cornelii papæ epiſtola, quam recitat Euſebius lib. VI. Hiſtor. Eccleſ. cap. XXXIII. ubi habetur: *in eccleſia catholica unum epiſcopum eſſe debere, ubi videbat eſſe presbyteros quadraginta & ſex, diaconos ſeptem, ſubdiaconos ſeptem &c.*

voque tempore post episcopatus sui administratum regimen, ecclesiæ gubernacula Paschalis suscepit: a quo idem vir per omnia prudentissimus vita, eruditione, moribusque adornatus [3] tituli beati Silvestri confessoris atque pontificis presbyter consecratur. Qui super omnes misericordia, studio, vigilantia, atque omnibus optimis institutionibus claruit.

IV. Paschale vero defuncto, præsulatus culmen accepit Eugenius. Igitur in pontificio cum tribus perdurasset ipse Eugenius annis, Valentinus sedis ipsius pontifex consecratur: cujus post casum ecclesiæ apicem suscepit Gregorius, a quo cum diligentius prædictus vir amaretur, [1] archipresbyterum eum in sancta ordinavit ecclesia. Qui vero cum per XVI. solertissime gubernasset ecclesiam annos ad extrema ductus occubuit. Tunc vero cum proceres & Romanæ urbis optimates, universusque ecclesiæ populus pro eligendo pontifice in unum coissent, atque alius de alio, ut fieri solet in talibus, conclamaret, subito per Dei providentiam divino nutu compuncti; de antefati Sergii archipresbyteri religione

NOTÆ

tem &c. Subdiaconi officia ex Romano Pontificali hæc sunt: aquam ad ministerium altaris præparare; diacono ministrare; pallas altaris & corporalia abluere; calicem & patenam in usum sacrificii diacono offerre; oblationes, quæ veniunt ad altare, suscipere, ut ex iis quantum satis est, in altari ponatur. *De legenda, ab illis epistola nihil legimus*, inquit card. Bona lib. I. Rer. Liturgic. cap. XXV. *in antiqua eorum ordinatione, nec apud veteres scriptores; hoc enim munere lectores fungebantur*.

3. TITULI BEATI SILVESTRI CONFESSORIS ATQUE PONTIFICIS PRESBYTER CONSECRATUR) Vide in vita S. Evaristi num. II. & in vita S. Marcelli num. item II. Part. I. Olim presbyteri non ordinabantur sine titulo, nempe sine adscriptione certæ ecclesiæ, in qua ordinatus *titulatus* dicebatur, ex Altesetta.

IV. 1. ARCHIPRESBYTERUM EUM IN SACRA ORDINAVIT ECCLESIA) Archipresbyter inter presbyteros eminet. Qui primus de archipresbyteris meminerit fortasse fuit S. Hieronymus in epist. ad Rusticum monachum: *singuli ecclesiarum episcopi, singuli* archipresbyteri, *singuli archidiaconi, & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur*. Officium archipresbyteri adsignat Concil. II. Carthagin. can. XVII. *ut nempe episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, & peregrinorum non per se ipsum; sed per* archipresbyterum, *aut per archidiaconum agat*. Obtinuit deinde usus, ut archipresbyter vicarias episcopi vices obiret, & in ecclesia cathedrali parochum ageret. De officio archipresbyteri alia plura vide in Decretal. Gregorii IX. libro I. tit. XXIV.

1N

ne diligentius confabulari cœperunt; ut omnes conclamarent: *quia dignus est pontificatus adipisci regimen*. Firmatoque in eumdem virum consilio, unusquisque in sua reversus est.

V. Tunc repente diaconus quidam ipsius ecclesiæ Johannes in tantum amentiæ erupit atque insaniæ, ut persuaso quodam satis imperito & agresti populo, collecta turbulentorum & seditiosorum manu, in patriarchium Lateranense, per vim fractis januis, bellicis telis ingrederetur, legis & ordinis traditionem transgressus. Quo ex facto omnes, qui intra patriarchii mœnia aderant, stupore & metu repleti sunt. Igitur cum per unius horæ momentum cum eo illa perdurasset ignobilis populi [a] concio, timore correpta, eo relicto, nusquam comparuit. Quibus ita gestis omnes Quiritum principes [b] dedignati sunt, & communi consilio universi pariter [1] in basilica beati Martini confessoris atque pontificis celeri cursu magnoque equitatu sunt congregati: & eumdem archipresbyterum Sergium, in omnibus probatissimum virtutibus virum, de quo superius memoriam fecimus, extrahentes de ecclesia, magno cum honore, magnaque populi comitante caterva, amplisque resonantibus laudibus, cum hymnis & canticis spiritalibus in patriarchium Lateranense electus atque perductus est. [2] Eodem vero die tanta nix in

urbe

VARIANTES LECTIONES

V. *a* Vat. 1. *contio*. Baron. *coitio*. *b* Idem Vat. 1. ut in contextu, codices editi, *indignati sunt*.

Cod.

NOTÆ

V. 1. IN BASILICA BEATI MARTINI CONFESSORIS ATQUE PONTIFICIS &c.) Hæc basilica, quæ simul erat & B. Martino & B. Silvestro dicata, titulus erat Sergii, ac propterea in ea convenere optimates, clerus & populus, ut ejusdem electionem in papam perficerent, Lateranensi patriarchio a seditiosis adhuc occupato, in quod paullo post perductus fuit.

2. EODEM VERO DIE TANTA NIX IN URBE EFFUSA EST &c.) Nix, quæ hiemali tempore tantum e cælo delabitur, & Romæ per quam raro, satis conjecturam firmat de electione Sergii, quæ finem versus mensis Januarii contigerit. Unde post undecim dies ejusdem ordinatio die decima Januarii, in qua anno octingentesimo quadragesimo quarto dies Dominica occurrebat, secuta est.

Quod

urbe effusa est, ut [c] omnibus candidata cerneretur. [3] Quod multi gaudii dicebant & claritatis esse indicium.

VI. Prædictum vero Johannem diaconem de patriarchio, magna cum turpitudine, hujus Romanæ urbis principes expulerunt, & arctius in claustra sub cautela tradi præceperunt pro eadem tantæ temeritatis impia & dira præsumptione, quam sæpefatus Johannes diaconus ausus est perpetrare. [1] Quem etiam concilio antistitum principes damnare, suoque voluerunt privari honore: nec non & alii ensibus membratim eum dilaniare ac interimere voluerunt. Sed hoc fieri benignus & solertissimus Sergius præsul prohibuit; nolens malum pro malo secundum evangelicam cuiquam reddere vocem.

VII. Tunc demum exultantibus omnibus sacerdotibus, proceribus & optimatibus, omnibusque ecclesiæ populis, idem sanctissimus vir in Apostolica beati Petri sacratissima sede ordinatus consecratusque est pontifex. [a] Erat enim origine insignis, fide purus, prædicatione liberior, Deo humilis, [b] hominibus clarus, vultu alacris, mente alacrior, ecclesiarum gubernator, plebium cultor, pauperum fautor, vidua-

VARIANTES LECTIONES

c Cod. Reg. *omnia candida cernerentur*.

VII. a Vat. vi. *Erat enim fide purus, alacris mente, alacrior ecclesiæ gubernator, plebium ultor, pauperum fautor, viduarum regimen & gubernator, vel consolator, dispersorum congregator, conservator* &c. b Baron. *hominibus charus* &c. *viduarum pater & tegmen, indigentium largitor, dispersorum congregator & conservator*.

NOTÆ

3. QUOD MULTI GAUDII DICEBANT ET CLARITATIS ESSE INDICIUM) *Sed fallitur*, inquit Baron. ad ann. Chr. 844. *mens humana, dum ex naturalibus eventis ventura prædicere fallaci divinatione curiose pertentat: Sergii enim Pontificatus brevis fuit & ærumnosus* &c. ut ex ipsa vita infra patebit.

VI. 1. QUEM ETIAM CONCILIO ANSTITITUM PRINCIPES DAMNARE &c.) Quod Auctor noster vocat *concilium antistitum* illud erat, quod *Consistorium* modo nuncupatur, ac etiam *collegium sacerdotale* alias dictum fuisse vidimus in vita S. Hadriani num. LIV. Par. II. ad quod nempe in gravioribus ecclesiæ negociis Cardinales a Pontifice convocantur, qui circa pontificale solium consisunt suam singuli sententiam pronunciaturi.

Hujus

viduarum tegmen, & consolator indigentium, largitor dispersorum, congregatorum conservator, inanium sæculariumque rerum contemptor, [c] solis sapientiæ divitiis avidus & amator.

VIII. [1] Hujus sacratissimæ consecrationis cum ad aures invictissimi Augusti Lotharii rumor pervenisset imperatoris, Drogonem videlicet [a] Metensis ecclesiæ archiepiscopum cum excellentissimo [b] Hludovvico filio suo,[c] magnoque cum Francorum exercitu, Romam direxit. cum quibus etiam archiepiscopos plurésque episcopos abbates & comites proficisci præcepit. [d] Ipsi vero a quo [e] in oras Bononiæ civitatis [f] cum teligeris suis exercitibus sunt ingressi, tantas cædes tantasque strages in populo peregerunt, ut qui per urbes & agros erant, tyrannica crudelitate perterriti, relictis propriis locis, per loca abdita & latebras se absconderent. Cum vero hæc per omnem locum, singulasque per urbes, atque vicos & agros

VARIANTES LECTIONES

vator. e Idem, *solius sapientiæ divitiarum avidus*, Vat.VI. *soli sapientiæ divitiis avidus, & amator*, libri editi, *solis in sapientiæ divitiis* &c.

VIII. *a* Vat. VI. *Mettensis*. *b* Vat. IV. *Lodoico*, sic deinceps, Vat.VI. *Ludovvico*. Vat.VII & Urbin. *Lodoico*, ut supra. *c* Editi, *magno*. *d* Sic Vat.IV. & VI. editio vulgata, *Ipse vero*, Vat.VI. *Ipsi vero tyrannice cuncta devastantes ad urbem velociter properabant*. *e* Vat. I. *in horas Bolonia*. *f* Idem ita, vulgati, *cum belligeris*. Baron.

NOTÆ

VIII. 1. HUJUS SACRATISSIMÆ CONSECRATIONIS CUM AD AURES INVICTISSIMI AUGUSTI LOTHARII RUMOR PERVENISSET &c.) Lotharius imperator audita electione in pontificem Sergii, ejusque consecratione, iratus sibi injuriam illatam, quod non præmissis nunciis electionis statim facta fuerit consecratio Papæ, Romam exercitum cum filio Ludovico direxit, postulans ut sine vel sui, vel suorum missorum præsentia, pontifex electus consecrari non posset. Sic habetur in Annalibus Bertinianis ad annum 844. *quo* (Sergio) *in sede apostolica ordinato, Lotharius filium suum Hludovicum cum Drogone Mediomatricorum episcopo dirigit acturus ne deinceps decedente Apostolico quisquam illic præter sui jussionem, missorumque suorum præsentiam ordinetur Antistes*. Huic postulationi visi sunt adsensum præbuisse Romani ea de caussa potissimum, ut præsentia Imperatoris, vel ejus missorum jurgia & rixæ impedirentur, quæ plerumque in Pontificis consecratione inter populum & optimates suboriebantur. Quem ritum nonnumquam tamen interruptum perdurasse usque ad Gregorium VII. credibile est.

agros fæva operarentur nequitia, [2] ad pontem pervenerunt Capellæ. Tantaque erat tunc cœli ferenitas, ut in toto aere nubes aut pluviæ fignum quifquam videre non potuiflet. Subito vero atrarum non modica denfitas nubium facta eft, nimbofifque procellis & corufcationibus circumdati quidam de primatibus Drogonis confiliarii fulminis ictu percuffi ac interempti funt. Hoc videntes horribile fignum nimio omnes [g] timore Franci correpti funt. Sed nullatenus mentis ferocitatem deponentes, atroci voluntate ad urbem velociter properabant.

IX. Quorum adventum antedictus beatiffimus papa Sergius fieri propius cum cognoviffet, in ejus excellentiffimi Hludovvici regis occurfum univerfos judices ad fere novem miliaria ab hac Romana urbe direxit. Quem cum fignis, & magnis refonantibus laudibus fufceperunt. Et dum urbi pæne unius miliarii fpatio appropinquaffet, [1] univerfas militiæ fcholas una cum patronis direxit, dignas nobiliffimo regi laudes omnes canentes: [a] aliafque militiæ fcholas & doctiffimos Græcos imperatorias laudes decantantes cum dulcifonis earumdem laudum vocibus ipfum regem [b] gloriofe fufceperunt; obviam illi ejus fanctitas [2] dirigens venerandas cruces, [c] item figna, ut mos eft imperatorem aut regem fufcipere. ita eum cum ingenti honore fufcipi fecit.

Ipfe

VARIANTES LECTIONES

g Baron. *timore fracti*.
IX. a Vat. IV. *aliafque militia fcholas & doctiffimos* &c. ut in contextu. b Idem, *gloriofce*. c Idem, *ideft, figna*.

Vat. IV.

NOTÆ

2. AD PONTEM PERVENERE CAPELLÆ) Intra fines Bononienfes, ut ex verbis fuperioribus conjicitur: fed ejus fitus hactenus incompertus mihi eft. De hac te Sigon. lib. 1. pag. 59.

IX. 1. UNIVERSAS MILITIÆ SCHOLAS UNA CUM PATRONIS DIREXIT) Schola militiæ dicebantur ordines militum, nunc vulgo *compagnie di foldati*: ut in vita Hadriani numero XXXVI. Tom. II.

2. DIRIGENS VENERANDAS CRUCES, ITEM SIGNA &c.) Idem cum Carolo Magno Romam adventante factum legitur in vita Hadriani eodem num. XXXVI.

TE-

X. Ipse vero [a] Hludovvicus rex qua hora sibi sacratissimas cruces ac signa obviam advenisse conspexit alacris factus, valde lætatus est. Tunc [b] cum universo populo, omnibus Romanis judicibus & scholis antecedentibus, ad beatum Petrum studuit properare. Quem antedictus almificus pontifex in gradibus ipsius Apostolicæ aulæ eumdem regem in ipso die Dominico post Pentecosten suo cum clero expectavit. Conjungente vero eodem rege, universosque gradus ejusdem sacratissimæ beati Petri ecclesiæ ascendente, ad prænominatum propinquavit pontificem: ubi in atrio super gradus juxta fores ecclesiæ cum universo clero & populo Romano [c] assistebat. Tunc mutuo se amplectentes [1] tenuit idem Hludovvicus rex dexteram antedicti pontificis, & in interius ingressi atrium, ad portas pervenerunt argenteas. In quo atrio unus de exercitibus a dæmonio arreptus, in conspectu Francorum omnium valde vexatus est.

XI. Tunc almificus præsul claudi faciens omnes januas beati Petri atque serari præcepit; & regi, [a] sancto Spiritu admonente, sic dixit: *Si pura mente & sincera voluntate, & pro salute reipublicæ ac totius urbis hujusque ecclesiæ huc advenisti, has mea ingredere januas jussione: sin aliter, nec per me, nec per meam* [b] *concessionem istæ tibi portæ aperientur*. Statim [c] rex illi respondens, dixit, quod nullo maligno animo, aut aliqua pravitate vel malo ingenio advenisset. Tunc eodem præsule præcipiente, [d] appositis manibus, prædictas januas patefecerunt. Et ita in eamdem veneran-dam

VARIANTES LECTIONES

X. *a* Vat. IV. *Lodoicus*. *b* Sic idem, editi cum Vat. I. *suo universo cum populo*. *c* Vat. I. & VI. *adsistebat*.

XI. *a* Urbin. *Spiritu sancto annuente*. *b* Idem, & Vat. IV. *jussionem*. *c* Sic Farnes. Vat. VI. *Ita tunc illi rex respondit*, alii, *rex ille*. *d* Idem Farnes. *oppositis manibus*.

Editi

NOTÆ

X. 1. TENUIT IDEM HLUDOVVICUS REX DEXTERAM ANTEDICTI PONTIFICIS) Ita se gessit Carolus Magnus cum Hadriano papa, ut in hujus vita num. XXXVIII. Part. II.

dam aulam beati Petri ingressi sunt, laudem Deo, & ejusdem excellentiæ decantantes universus clerus, & cuncti religiosi Dei famuli, extensaque voce adclamantes: [1] *Benedictus qui venit in nomine Domini*, & cetera. Sicque cum eodem pontifice ipse rex, simulque omnes episcopi, abbates, & judices, & universi Franci, qui cum eo advenerant, ad confessionem beati Petri adpropinquantes, sesesque pronos ibidem prosternentes, Deo nostro omnipotenti, & eidem apostolorum principi gratias reddiderunt. [2] Et data a prædicto almo pontifice super populum oratione, ab ecclesia pariter omnes [e] egressi sunt.

XII. Postea vero continuis diebus sequentibus omnia suburbana pestifera devastatione compresserunt, agrosque & segetes, atque prata quasi fulmineus impetus [a] decerpserunt. Dum hæc gerebantur, ipse vere a Deo protectus pontifex a quibusdam audierat, quod in hanc famosissimam urbem hospitalitatis causa introire voluissent: [1] sed munitis clausisque portis, ut fieret, minime concessit.

XIII. Dominico vero die sequente in eadem principis apostolorum basilica omnes [a] archiepiscopi, episcopi & abbates, & omnes, qui cum eo venerant Franci, sunt congregati, omnesque pariter Romanorum nobiles & præclari.

Tunc

VARIANTES LECTIONES

e Editi cum Vat. I. *regressi sunt*. Vat. IV. & VI. ut in contextu: ac sic infra.

XII. *a* Baron. *destruxerunt*.

XIII. *a Archiepiscopi episcopi & abbates*) ita Farnes. Vat. IV.

N O T Æ

XI. 1. BENEDICTUS, QUI VENIT &c.) Hisce ipsis lætitiæ verbis inter acclamationes exsultantis cleri exceptus fuit idem Carolus Magnus ab eodem Hadriano. Vid. loco mox citato.

2. ET DATA A PRÆDICTO ALMO PONTIFICE ORATIONE) Scilicet, benedictione, ut in Part. I. in vita Vigilii numero IV. & in Part. II. in vita Stephani III. numero III.

XII. 1. SED MUNITIS CLAUSISQUE PORTIS UT FIERET MINIME CONCESSIT) Vide adversus Pagium an urbis custodia & dominium esset penes Imperatores, an potius penes Pontificem, qui muniri portas jubet & claudi, & Francis hospitalitatis caussa introire petentibus ingressum negat.

RE-

Tunc almificus pontifex manibus suis ipsum [b] Hludovvicum Lotharii imperatoris filium oleo sancto perungens regali ac pretiosissima coronavit corona, [1] regemque [c] Langobardis præfecit; cui regalem tribuens gladium, illum subcingere jussit. Deinde missarum celebratione finita, ab ecclesia omnes cum rege lætantes egressi sunt.

XIV. [a] Deinde vero per dies singulos [b] conflictum summi certaminis cum sanctissimo præsule omnibusque episcopis, & optimatibus nostris atque proceribus ipse Drogo archiepiscopus Metensis ecclesiæ, de quo superius memoriam fecimus, commovebat tam ipse, quam omnes archiepiscopi & episcopi, qui cum eo contra hanc universalem & caput cunctarum ecclesiarum Dei, sine Metropolitani concessione atque vocatione convenerant: [1] id est, Gregorius archiepiscopus ecclesiæ Ravennensis, & Angelbertus archiepiscopus ecclesiæ Mediolanensis, Joseph episcopus ecclesiæ [c] Eporediensis, Aginus episcopus ecclesiæ [d] Bergomensis, Almaricus ecclesiæ

VARIANTES LECTIONES

b Vat. IV. & Urbin. *Lodoicum*, ut supra, Farnes. *Ludovvicum*. *c* Idem, *Lancobardorum perficit*.

XIV. *a* Vat. I. & VI. cum editis, *Deinceps*, Vat. IV. ut in contextu. *b* Idem Vat. IV. *& conflictum summi certaminis archiepiscopi, atque stantibus reliquis Sacerdotibus, & Romanorum ac Francorum optimatibus fidelitatem Lothario magno imperatori semper Augusto promiserunt*. Vat. VII. *Tunc tam ipse Drogo, quam plures archiepiscopi, & episcopi, qui contra universalem & caput cunctarum ecclesiarum venerant sine Metropolitani concessione atque vocatione constructum* (leg. *conflictum*) *adversus pontificem commovebant; sed nullo eum sermone constringere volunt* (leg. *possunt*) *& ab eo superati pudore & confusione operti cessarunt dies* X. *c* Editi perperam, *Eporediensis*. *d* Farnes. *Vergomensis*, editi, *Veronensis*.

Sic

NOTÆ

XIII. 1. REGEMQUE LANGOBARDIS PRÆFECIT) Sergius regali corona caput Ludovici cingit, & non Romanorum regem declarat, sed Langobardorum, quamvis jam antea imperator Lotharius pater renunciatum Langobardiæ regem Ludovicum in Italiam misisset. Idque ostendit per ea tempora quo jure Pontifex Romanus gauderet.

XIV. 1. ID EST, GREGORIUS ARCHIEPISCOPUS ECCLESIÆ RAVENNATIS &c.) Numerantur hic a Bibliothecario cum Drogone archiepiscopo Metensi duo alii archiepiscopi, Gregorius Ravennæ, & Angilbertus Mediolani, & viginti episcopi cum comitibus quibusdam, qui sine legitima convocatione Romæ convenerant cum Romano pro-

clesiæ [e] Cumensis episcopus, Nortchaudus episcopus ecclesiæ Vercellensis, Sigifridus episcopus ecclesiæ Regiensis, Toringarius episcopus ecclesiæ Concordiensis, Odelvertus episcopus ecclesiæ Aquensis, Ambrosius episcopus ecclesiæ Lucensis, Johannes episcopus ecclesiæ [f] Pisensis, Petrus episcopus ecclesiæ [g] Volaterrensis, Gausprandus episcopus ecclesiæ Pistoriensis, [h] Cancio episcopus ecclesiæ Senensis, Lupus episcopus ecclesiæ [i] Teatinæ, Sisimundus episcopus ecclesiæ Aprutiensis, [k] Picco episcopus ecclesiæ [l] Ascolanensis, Fratellus episcopus ecclesiæ Camerinensis, [m] Giso episcopus ecclesiæ Firmanæ, Racipertus episcopus ecclesiæ [n] Nuceriensis, Amadeus episcopus Pinnensis, Donatus episcopus ecclesiæ Fesulanæ, & ceteri. Cum quibus etiam Boso comes, [o] Adalgisis comes, Johannes comes, Vuldo comes, Vernardus comes, [p] Vuifridus comes, atque [q] Maurinus comes, [r] & ceteri pariter contendebant. Sed divina gratia inspirante nec sermones ipsius almi pontificis neque prudentiam superare valuerunt. Tantaque ei superna aderat virtus, [s] ut nullo sermone eum concludere vel constringere potuissent: Et ab eo superati pudore & operti confusione discesserunt. Quod videntes omnem iram atque ferocitatem, quam mentibus observabant, omnimodo deposuerunt. His

VARIANTES LECTIONES

e Sic Vat. 1. & Farnes. editi, *Camensis* &c. *f* Vat. 1. *Pinnensis*. *g* Idem, *Voloterrensis*. *h* Vat. 1. & Farnes. ita, vulgati, *Cantio*, Baron. *Lancio*. *i* Cod. Reg. *Reatinæ*, editi, *Textinæ*. *k* Ita Vat. 1. & Farnes. editi, *Pico*, Baron. *Kicco*. *l* Vulgati, *Scolanansis*. *m* Sic Farnes. editi cum Vat. 1. *Gisus*. *n* Vulgati, *Nucerinienssis*. *o* Farnes. ita, editi cum Vat. 1. *Adalgisus*. *p* Baron. *Vuinfridus*. *q* Idem, *Marinus*. *r* *& ceteri multi contendebant cum domno Papa)* Cod. Reg. *s* Editi, *nullus sermone* &c. *potuisset*. Vat. vet.

N O T Æ

pontifice disceptaturi. Quænam fuerit contentionis caussa, Bibliothecarius non recitat, unum hoc narrans Sergii prudentia & sermonibus superatos pudore & confusione opertos discessisse. Codex Biblioth. Vallicell. signatus C I. secundo pag. 234. in margine scholium hoc præfert: *Conatus multorum Episcoporum contra majoritatem Romanæ sedis*. Sed credibile est, controversiam in eo stetisse an Missorum Imperatoris præsentia necessaria esset Pontificis Romani consecrationi: qua de caussa Lotharius exercitum Romam direxerat, sua imperialia jura, ut ipse rebatur, vindicaturus. Leg. supra num. VIII. 51 C

XV. [a] His igitur peractis, a prædicto postulaverunt pontifice, ut omnes primates Romani fidelitatem ipsi Hludovvico regi per sacramentum promitterent. Quod prudentissimus pontifex fieri nequaquam concessit; sed [1] sic orsus est illis: *quia si vultis domno Lothario magno imperatori hoc sacramentum ut faciant, solummodo consentio, atque permitto. Nam Hludovvico ejus filio ut hoc peragatur, nec ego, nec omnis Romanorum nobilitas consentit.* Tunc demum in eadem ecclesia sedentes pariter tam beatissimus pontifex, quam magnus rex, & omnes archiepiscopi atque episcopi, stantibus reliquis sacerdotibus, & Romanorum ac Francorum optimatibus, fidelitatem Lothario magno imperatori semper augusto promiserunt.

XVI. [1] Post hæc vero Ebbo quidam & Bartholomeus archiepiscopi, qui pro criminibus suis [a] privati honore ab ecclesia fuerant expulsi, a sanctissimo pontifice postulabant, ut eos reconciliare, [b] ac pallium eis tribuere dignaretur. Quos

etiam

VARIANTES LECTIONES

XV. *a* Vat. VII. *His peractis postulatione postulabant pontificem, ut omnes primates Romani ipsi Ludoico fidem promitterent, quod præsul non permisit, nisi vellent Lotario patri ejus, quod actum est.*

XVI. *a* Editi, *privato honore*. Vat. VII. *pro criminibus suis privatis*. Urbin. *pro criminibus suis honore ab ecclesia expulsi. b ac pallium eis tribuere*) In Vat. I. ista desunt. Vat. I.

NOTÆ

XV. 1. SIC ORSUS EST ILLIS: QUIA SI VULTIS DOMNO LOTHARIO MAGNO IMPERATORI &c.) Postulabant Franci a Pontifice ut proceres Romani jurejurando fidelitatis se submitterent Ludovico imperatoris filio, regi Langnbardorum. Invicto animo restitit Pontifex consentiens quidem & permittens id Lothario imperatori fieri; negans vero id peragi Ludovico regi. Promissio autem fidelitatis in eo sistebat, Romanos non defecturos a fœdere & societate cum Imperatore Francorum, agnituros ut protectorem & defensorem Ecclesiæ, esse numquam conjuraturos cum Græcis adversus Francos.

XVI. 1. POST HÆC VERO EBBO QUIDAM &c.) Ebbo archiepiscopus Remensis ab episcopatu dejectus fuerat reus conjurationis adversus Ludovicum Pium imperatorem. Hic porro & archiepiscopus alter nomine Bartholomæus petierant a Pontifice reconciliationem, atque usum pallii. Utrumque negavit Sergius concedens duntaxat, ut possent cum populo, sed extra clerum communionem suscipere. Sergii exemplum secutus Nicolaus I. Guntherum archie-

etiam idem præsul [a] nec communionem inter clerum dignos esse suscipere dicebat: sed inter communem populum communicandi licentiam tantummodo haberent.

XVII. Per idem tempus cum rex ipse Ludovicus Romæ degeret [a] [1] Siconulfus Beneventanorum princeps magno cum exercitu Romam venit. Quem cum prædictus rex honorifice suscepisset, omnia, pro quibus venerat, ipsi indicavit. Cui rex gratanti animo quicquid [b] quæsierat, tribuit atque concessit. Et cum simul Franci, [c] Langobardi, ac Beneventani congregati fuissent, facta est ingens populi multitudo, ita ut ex omni parte Roma circumdata videretur. quorum multitudine omnia sata deleta sunt. Ipse vero Siconulfus ardenti pectore præcipuum desiderabat videre pontificem, & ab eo benedictionem recipere. Quem præsul cum suscepisset, [2] solo prostratus pretiosos ipsius pedes humiliter [d] osculatus est, & ab eo benedictione suscepta, ab ejus conspectu alacriter Deo gratias referens regressus est.

XVIII. His omnibus finitis, ipse excellentissimus [1] rex [a] Hlodovvicus ampla cum lætitia Papiam reversus est, ubi ab exor-

VARIANTES LECTIONES

XVII. *a* Vat. I. *Siconolfus*, in margine non eodem charactere, *Sico*, infra *Siconulfus*, ut in cod. Farnes. & in contextu, vulgata editio, *Siginolfus*. *b* Baron. *petierat*. *c* Farnes. *Lancobardi*. *d* Vat. I. *obsculavit*.

XVIII. *a* Vat. IV. *Lodoicus*, ut supra, Vat. VII. *Ludoicus*, Farnes. *Ludovvicus*, Vat. I. ut in contextu. a.

N O T Æ

archiepiscopum Coloniensem, & Thietgaudum archiepiscopum Joevinensem quod Thietbergam Lotharii uxorem illegitimam declarassent, episcopatu dejectos ecclesiastica communione privavit, laicali tantum concessa. Sigeber. ad annum 883.

2. NEC COMMUNIONEM INTER CLERUM &c.) Hæc citat Hincmarus Remens. in Concil. Suess. III. tom. III. Concil. Gall. pag. 32. & 289.

XVII. 1. SICONULFUS BENEVENTANORUM PRINCEPS) Mortuo Adelegeso Beneventi duce anno 840. successit Siconulfus, qui ducatum tenuit ad annum usque 874. Et hi duces ex gente erant Langobardorum.

2. SOLO PROSTRATUS PRETIOSOS IPSIUS PEDES OSCULATUS EST) Pari obsequio & animi demissione Justinianus junior imperator Constantinum papam regiam Urbem ingredientem humi prostratus pedum osculo excepit, ut in vita Constantini num. VI. Part. II.

XVIII. 1. REX HLODOVVICUS AMPLA CUM LÆTITIA PAPIAM REVER-

exordio principatus sui culmen regebat. Tunc vero læti omnes cum conjugibus ac liberis senatus populusque Romanus ingenti peste liberati, & jugo tyrannicæ immanitatis redempti, sanctissimum Sergium præsulem, velut salutis auctorem [b] ac restitutorem pacis venerabantur. Ille tamen non suæ virtuti rem gestam, sed divino muneri deputabat.

XIX. Jam quia lingua cuncta, quæ gessit, per ordinem explere non prævalet; transeamus ad ea, quæ in sanctis locis obtulit, & breviter enarrare inchoemus. In primo quidem pontificatus sui exordio superno amore exardescens, in basilica Salvatoris, quæ Constantiniana vocabatur, miræ pulchritudinis opus explevit. Nam [a] ambitum sacri altaris, qui strictim in ea fuerat olim constructus, largiorem proprio digito designans a fundamentis perfecit, pulchrisque columnis cum marmoribus desuper in gyro sculptis splendide decoravit: ubi nunc sacra plebs in administrationem sacri largiter consistit officii. Quo expleto, ipse almificus pontifex pro decore atque ornatu hujus præclari operis in eadem basilica obtulit vela alba holoserica [b] numero xx. ornata in circuitu de fundato. Similiter [c] & alia vela de fundato valde optima xx. ornata in circuitu de blatti. ubi etiam confessionem mirificam, Christo cooperante, construxit, & argenteis tabu-

VARIANTES LECTIONES

b ac restitutorem pacis venerabantur) Vat. IV. inde subdit: *Ipse itaque beatissimus pontifex ecclesiis quamplurimis innumerabilia contulit dona. Ecclesiam denique sanctorum Silvestri & Martini* &c. *quæ vetustate marcuerat, a novo refecit, atque ibi cum corporibus sanctorum pontificum Silvestri & Martini multa alia recondidit, videlicet Fabianum atque Stephanum, & Soterum martyres, & pontifices, simulque Asterium martyrem* &c. quæ num. XXXII. infra habentur.

XIX. *a* Vat. I. *amvitus* pro *ambitus*: leg. *ambitum*, ut in contextu. *b numero* XX.) Sic Farnes. *c & alia vela*) Idem ita.

Baron.

NOTÆ

VERSUS EST, UBI AB EXORDIO PRINCIPATUS SUI CULMEN GEREBAT) Papiam tenuerant reges Langobardorum, quæ a Carolo Magno in sui potestatem redacta, accessit juribus imperii. Cessit porro Ludovico ejus pater Lotharius imperator, quum illum regem Langobardiæ instituit.

tabulis auroque perfusis fulgide compsit, [1] quam propriis manibus consecrans [d] reliquias posuit. Et aliud quidem opus ante fores hujus venerandæ basilicæ valde optimum peregit; quia sacra, pridem quæ latebant populis, limina summo studio omnibus manifesta constituit, cum pulchre decoros ibidem arcus a fundamentis construeret, quos etiam variis picturis nitide decoravit.

XX. Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex pro remedio & futura animæ suæ retributione cameram præsepii Domini nostri Jesu Christi, quod [a] basilicæ beatæ Dei genitricis dominæ nostræ connectitur, quæ Major ab omnibus nuncupatur, argenteis tabulis ac deauratis, habentibus historiam [b] Dominicæ Incarnationis, atque Nativitatis beatæ Dei genitricis Mariæ magnifice atque præcipue perornavit. Quod nullus pontificum per tot annorum curricula ad tanti decoris speciem perducere [c] arbitratus est.

XXI. [a] Hic sanctissimus præsul [1] formam, quæ Jovia vocatur, quæ per evoluta annorum spacia demolita atque a ruinis plena exsistebat, prospiciens sicut benignus & pius pastor a noviter eam restauravit. & tanta aqua abundanter præfulsit, qui pæne totam civitatem satiavit.

XXII. [1] Hujus temporibus fluvius, qui appellatur Tiberis,

VARIANTES LECTIONES

d Baron. addit, *in ea*.

XX. *a* Idem Baron. *absidi*. *b* *Dominicæ Incarnationis atque Nativitatis beatæ* &c.) Cod. Farnes. *c* Idem, *arbitravit*, Baron. *cogitarat*.

XXI. *a* *Hic sanctissimus* &c. Hæc & reliqua usque ad num. XXIII. ex cod. Farnesiano suppleta sunt.

Dona

NOTÆ

XIX. 1. QUAM PROPRIIS MANIBUS CONSECRANS RELIQUIAS POSUIT) Confirmatur antiquissimus ritus in consecratione sive ecclesiæ, sive altaris collocandi reliquias in loculo mensæ altaris inexsistenti.

XXI. 1. FORMAM, QUÆ JOVIA VOCATUR &c.) In vita Hadriani papæ num. LXI. ea forma dicitur *Jobia* ex facili migratione b in v, ibique reputatum est, non *Jobiam* dicendum, sed *Juliam*. Vid. ad eum locum, & in Glossar. Part. II. verb. FORMA.

XXII. 1. HUJUS TEMPORIBUS FLUVIUS, QUI APPELLATUR TIBERIS, ALVEUM SUUM EGRESSUS EST &c.)

ris, alveum suum egressus est & per campestria dedit. Intumuit etiam inundatione aquarum multarum per Indict. VIII. mense Novemb. die XXII. quod agebatur Sabbatum natalis sanctæ Cæciliæ martyris. Et [2] ingressus est per posterulam, quæ appellatur sanctæ Agathæ, in Romanam urbem hora prima diei. Transcendit interea in aliquibus locis & muros urbis, & egressus est in ecclesiam beati Laurentii, quæ appellatur Lucinæ. Et exinde ingressus est ad beatam semperque virginem Dei genitricem, quæ posita est in via Lata, & inde transivit ad beatum Marcum. per plateas se extendit, agros desertavit, eradicans arbusta. Hujus hora noctis aquam amovit, & fluvius ad proprium suum regressus est alveum.

XXIII. Hic vero præsul cum de omnibus ecclesiis sollicite curam gereret, etiam [1] basilicam sancti Archangeli, quæ in cacumine Fajani montis est constituta, largiorem, quam pridem fuerat, a fundamentis perfecit, ac radiantibus picturis luculente pingi jussit; ac sarta tecta ejus noviter restauravit. ubi & obtulit [a] dona hæc: vestes [b] [2] de ymizino numero IIII. similiter & vela de ymizino numero IIII.

Ipse

VARIANTES LECTIONES

XXIII. *a Dona hæc*) ex eodem cod. Farnes. *b de ymizino numero III.*) ex eodem: sic inde. Baron. *de mizilo quatuor*,

jam

NOTÆ

&c.) Huic ferme similem Tiberis exundationem narrat Bibliothecarius in vita Hadriani papæ num. XCIV. Contigit illa mense Decembris, & hæc mense Novembris die 22. anno 845.

2. INGRESSUS EST PER POSTERULAM, QUÆ APPELLATUR SANCTÆ AGATHÆ) De hac ecclesia sanctæ Agathæ *in Posterula* hæc tradit Grimaldus: *hæc ecclesia vel est sancta Maria* in Posterula, *hodie de Urso, vel erat alia ecclesia sub Clemente VIII. profanata, & ad domum traducta paullo ultra hospitium Ursi sub nomine S. Blasii. Posterula* a postico facile derivata, significat viam retro positam.

XXIII. 1. BASILICAM SANCTI ARCHANGELI, QUÆ IN CACUMINE FAJANI MONTIS EST CONSTITUTA) Fortasse hic intelligi debet de ecclesia sancti Michaelis Archangeli in Monte Gargano exsistente, de qua Bibliothecarius in vita Gelasii papæ num. 1. *hujus temporibus inventa est ecclesia sancti Angeli in monte Gargano.*

2. DE YMIZINO) Et *de imizino*. Vid. Glossar. II. Part.

XXIV. Ipſe vero almificus & beatiſſimus papa [1] ſcholam cantorum, quæ pridem orphanotrophium vocabatur, quum præ nimia vetuſtate [a] jam emarcuerat, pæne & in ruina poſita atque confracta [b] a priſcis temporibus videretur; Dei annuente clementia a fundamentis in meliorem, [c] ut olim fuerat, ſtatum noviter reſtauravit. [d] Ceterum etiam & in oratorio beati Stephani protomartyris, quod poſitum eſt in ipſa ſchola, fecit velum de fundato unum cum periclyſin de Tyreo. Similiter ibi ipſum fecit patenam & calicem de argento puriſſimo, qui penſant ſimul libras II. & uncias II.

XXV. Nam & [1] baſilicam beati Romani martyris, quæ non longe ab urbe foris portam Salariam ſita eſt, [a] quæ a priſcis temporibus perſenuerat & pæne caſura erat, ſuo almo ſtudio [a] a fundamentis in ſignino opere conſtruxit. quam etiam titulo ſanctorum Silveſtri & Martini parochiam eſſe decrevit, [b] ubi & poſuit veſtem de fundato unam cum periclyſi de blattin. Hic a Deo protectus venerabilis & præclarus pontifex [3] fecit in patriarchio Lateranenſe, in oratorio beati

VARIANTES LECTIONES

XXIV. *a jam emarcuerat pæne & in ruina*) ex Farneſ. *b a priſcis temporibus*) ex eodem. *c* Baron. *quam olim fuerat*. *d Ceterum etiam*, & quæ hujus numeri reliqua ſunt ex Farneſ. ſupplevimus.

XXV. *a Quæ a priſcis temporibus perincuerat* (ſic) *& pæne caſura erat ſuo almo ſtudio* &c. *in ſignino opere conſtruxit*) ex eodem Farneſ. *b ubi & poſuit veſtem* &c. Hæc iridem uſque ad num. XXX. codex Farneſ. hoc loco ſupplenda exhibet.

NOTÆ

XXIV. 1. SCHOLAM CANTORUM, QUÆ PRIDEM ORPHANOTROPHIUM VOCABATUR &c.) Vocabulom ſcholæ hoc loci non ſumitur pro ſocietate, ſeu cœtu virorum; ſed pro loco, ſen domo, in quo orphani educabantur, & ad pſallendum & canendum inſtruebantur.

XXV. 1. BASILICAM BEATI ROMANI MARTYRIS, QUÆ NON LONGE AB URBE FORIS PORTAM SALARIAM SITA EST &c.) Hujus baſilicæ ſitus videtur ab Auctore noſtro determinatus. Hanc Sergius obnoxiam reddidit juribus paræciæ SS. Silveſtri & Martini. In præſentiarum nullum de ea ſupereſt veſtigium.

2. A FUNDAMENTIS IN SIGNINO OPERE CONSTRUXIT) Opus ſigninum illud eſt, quod ex teſtis tuſis & calce formatur. Ejus uſus eſt in pavimentis, aquæductibus, & ciſternis.

3. FECIT IN PATRIARCHIO LATERANENSI IN ORATORIO BEATI CASA-

beati Cæſarii martyris, qui poſitus eſt in veſtario, vela ſirica numero v. unum de blatti, ornatum in circuitu de quadrapulo, & alia duo de quadrapulo ornata de Tyreo, & alia duo de Tyrio ornata de blatti Byzantina.

XXVI. Idem vero ſanctiſſimus præſul ſancti Spiritus illuſtratione perfuſus fecit & in baſilica beati Petri principis Apoſtolorum [1] nutritoris ſui, in altare majore veſtem cum chryſoclavo, habentem hiſtoriam Salvatoris Domini noſtri Jesu Chriſti ſedentis in throno: & in circuitu ejus ſtantes angeli cum Apoſtolis.

XXVII. Idem vero præcipuus præſul fecit [1] in eccleſia ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ ponitur in Arrano, patenam & calicem ex argento puriſſimo deaurato; qui penſant ſimul libras II. unciam unam & ſemis. [2] Eccleſia etenim beatiſſimi Martini confeſſoris Chriſti atque pontificis, quæ quondam priſcis ædificata temporibus nimio jam laſſata ſenio, ita ut a fundamentis caſura, ruinam ſui minaretur; idem venerabilis pontifex illius ruinam ante prævidens, eidemque eccleſiæ curam adhibens, illic pervigil ſæpius exiſtens, in alio non longe demutans loco, in meliorem eam quam dudum fuerat, erexit ſtatum.

XXVIII. Hic enim beatiſſimus & præclarus pontifex multa corpora Sanctorum dirutis in cœmeteriis jacentia pia ea ſollicitudine ne remanerent neglectui, quærens atque inventa colli-

NOTÆ

Cæsarii martyrii &c.) De hoc oratorio mentio habetur in vita Sergii I. num II. & in Leone III. numero LXXX. quod exſtat in palatio Lateranenſi, diverſum ab eccleſia ſive oratorium ſancti Cæſarii juxta S. Sixtum, de quo in vita Leonis III. num. LXXXIX. Part. II. & infra in Leone IV. numero XXV.

XXVI. 1. Nutritoris sui) Vid. in S. Hadriano num. LVII.

XXVII. 1. In ecclesia sanctæ Dei genitricis MARIÆ, quæ ponitur in Arrano) Seu potius in *Atriano*, ut in vita ejuſdem Hadriani num. LXVI. quæ alio nomine deinde dicta eſt *S. Maria in Turri*.

2. Ecclesia etenim beatissimi Martini confessoris Christi, atque pontificis &c.) Hanc eccleſiam in regione Montium juxta thermas Trajani a papa Symmaco ædificatam Sergius in proximum locum tranſlatam a fundamentis extruxit, & pluribus ſanctorum corporibus e cœmeteriis collectis ditavit.

CUM

colligens magno venerationis affectu in jam dicti sancti Martini confessoris Christi atque pontificis ecclesiam, quam mirabiliter renovans construxerat, [1] cum omnium advotione Romanorum, presbyteris, diaconibus & clericis laudem Deo psallentibus, deportans recondidit.

XXIX. Quæ dum sanctissimi atque coangelici præsulis hæc intima cordis vigilantia gererentur, ut reconditorum quidem sanctorum corporum, Deo indesinenter super astra placentium, precibus apud omnipotentem Dominum juvaretur; in jam dicta vero ecclesia fecit in absidam fenestras, quas ex vitro & diversis coloribus decoravit. Sed & presbyterium ex marmoribus sculptis ornavit. Fecit autem in eadem ecclesia ciburium ex argento purissimo cum columnis porphyreticis IIII. quod pensat libras DCCCX.

XXX. Item venerabilis & præclarus pontifex [a] fecit & [1] in basilica sancti Theodori martyris, quæ in Coranis videtur finibus posita milliario ab urbe Roma plus minus XXX. quam etiam splendide picturis fulgentibus decoravit: ubi fecit vestem de fundato unam. Fecit autem in basilica beati Petri apostoli vestem de chrysoclavo, habentem in medio Salvatoris effigiem, & dextra lævaque ejus omnium sanctorum Apostolorum rutilantes figuras: quam etiam pretiosissimis gemmis prasinis & hyacinthinis perornavit.

XXXI. [a] His igitur summopere consummatis, ipse a Deo protectus & beatissimus papa pia devotione sollicitus pro desiderabili dilectione sanctorum Silvestri & Martini ecclesiam,

quæ

VARIANTES LECTIONES

XXX. [a] Baron. *Fecit autem & basilicam sancti Theodori* &c.
XXXI. [a] Cod. Reg. *Igitur his summopere constructis & consummatis*.

Libri

NOTÆ

XXVIII. 1. CUM OMNIUM ADVOTIONE ROMANORUM) Forsitan legendum est, *cum omni advocatione*, seu frequentia & consensu Romanorum, vel *cum omni devotione Romanorum*.

XXX. 1. IN BASILICA SANCTI THEODORI MARTYRIS, QUÆ IN CORANIS VIDETUR FINIBUS POSITA) Corani dicti a Cora veteri oppido Latii, prope Velitras tricesimo ab Urbe lapide.

ejus-

quæ ſancto eorum fuerat nomini conſecrata, quam ab exordio ſacerdotii ſui uſquequo ad pontificatus culmen deductus eſt, ſtrenue gubernavit, & per olitana tempora [b] defectu vetuſtatis marcuerat, ruiniſque confracta diu antiquitus lacerata manebat, Dei annuente clementia, in meliorem pulchrioremque ſtatum a fundamentis perfecit. Abſidam quoque ipſius aureis [c] muſivo perfuſo coloribus ingenti amore depinxit.

XXXII. Hic etiam beatiſſimus & ad honorem omnipotentis Dei, [1] ejuſdemque beatiſſimi Silveſtri præſulis corpus cum beatiſſimo Fabiano, atque Stephano & Sotere martyribus ac pontificibus, ſimulque Aſterio martyre cum ſacratiſſima filia ejus, ſanctoque Cyriaco & Mauro, Largo & [a] Smaragdo, atque Anaſtaſio & [b] Innocentio pontificibus, una cum ſancto Quirino ac Leone epiſcopis, pariter [c] Anthemio, [d] Siſiano, Pollione, Theodoro, [e] Nicandro, Creſcentiano martyribus; cum quibus beata Sotere, atque Paulina, nec non Memmia, Juliana, & Quirilla, [f] Theopiſte, Sophia virginibus atque martyribus, & beata [g] Quiriace vidua, cum aliis multis, [h] quorum nomina Deo ſoli ſunt cognita, [i] utroſque ſub ſacro altari dedicans collocavit.

His

VARIANTES LECTIONES

b Libri editi, *defecta vetuſtate*, Baron. *detecta vetuſtate*. c Idem *muſivo perfuſam coloribus*.

XXXII. a Vat. VI. *Maragdo*. b Idem, *Innocencio*. c Sic Vat. IV. vulgati cum cod. Urbin. *Artbemio*. d *Siſiano, Pollione, Theodoro*) ex cod. Vat. IV. & VI. expleta ſunt. e Urbin. *Necandro*. f Editi, *Theophiſte*. g Vat. I. ita Vat. IV. *Quinaſce vidua*, Urbin. *Quinaſte*. Vat. VI. *Cyriace*, editi, *Quiriaca*. h *quorum nomina Deo ſoli ſunt cognita*.) Poſt hæc uſque ad num. XXXIX. Vat. IV. itemque Vat. VI. uſque ad num. XLVIII. non legunt. i Baron. *eoſque*, cod. Reg. *omnes*.

Vat. I.

NOTÆ

XXXII. 1. EJUSDEMQUE BEATISSIMI SILVESTRI PRÆSULIS CORPUS CUM BEATISSIMO FABIANO &c.) Ut honori eccleſiæ ſanctorum Silveſtri & Martini conſuleret, cujus titulo ante pontificatum Sergius addictus erat, eam a fundamentis rejecit, eique plura Sanctorum corpora largitus eſt, & quorum nomina recitat Auctor vitæ; quæ in aliqua parte leguntur in antiqua tabula marmorea adhuc in porticu ejuſdem eccleſiæ exſiſtente, cujus exemplar initio I. Partis exhibetur.

QUOD

XXXIII. His igitur magnifice peractis, gratanti animo menteque sollicita obtulit in eadem ecclesia perenniter hæc permanenda: Regnum aureum valde pretiosissimum cum gemmis prasinis, [a] hyacinthinis, & albis, quod nunc usque super altare cernitur pendens; habens in medio crucem de auro purissimo cum gemmis similiter pretiosis. Item gabathas ex argento purissimo auroque perfusas IIII. pendentes ante vestibulum sacri altaris, atque gabathas interrasiles, [b] deauratas cum bullis, duas: similiter cruces aureas cum gemmis valde optimis duas. Et aliam similiter crucem de argento unam. Obtulit in eadem basilica thymiamateria aureo superinducta colore III. patenas de argento [c] purissimo ac deauratas II. colatorium de argento, [d] [1] quod in sacro utitur officio, deauratum unum: regnum de argento [e] purissimo cum tintinnabulis, habens in medio crucem cum palumba, unum.

XXXIV. Hic beatissimus papa superno amore exardescens obtulit ubi supra [a] aquæmanilia de argento; paria III. [1] item sextaria [b] de argento purissimo III. coronas majores de argento IIII. cum delphinis, pensantes libras . . . . . [c] Calices majores de argento purissimo ac deauratos II. [d] Similiter & patenam de argento majorem auroque perfusam, habentem in medio effigiem Domini nostri Jesu Christi: [e] cereostata desuper argentata; paria III. canistra de argento III. pate-

VARIANTES LECTIONES

XXXIII. *a* Vat. I. *Jaquinthinis*. *b deauratas cum bullis duas. Similiter cruces*) Ita cod. Farnes. Baron. *cum bullis duabus*. *c* Idem Farnes. *mundissimo*. *d* Baron. *quo in sacro utantur officio*, *e purissimo*) ex eodem Farnes.

XXXIV. *a* Farnes. *aquamanilium* &c. Baron. *aquamanilia de argento tria*. *b de argento purissimo*) Farnes. *c Calices majores* &c.) Idem. *d Similiter & patenam*) Idem. *e* Vat. I. ita, editi, *cerostata*. Cod.

NOTÆ

XXXIII. I. QUOD IN SACRO UTITUR OFFICIO) *Quod* pro *quo* sphalma scriptorisne, vel exscriptoris?

XXXIV. I. ITEM SEXTARIA DE ARGENTO PURISSIMO III.) *Sextarium*, vel sextarius genus est mensuræ liquidorum, & aridorum capiens sextam partem congii: intelligi hic debent vasa vel ad ornatum, vel ad opus ministerii certæ magnitudinis & figuræ.

patenam cum calice deaurato unam: scyphum argenteum unum, pensans [f] libras...... Obtulit vero ad honorem ipsius venerandæ basilicæ [g] canthara de aurichalco XII. rugas similiter de aurichalco; paria VI. Fecit autem hic præclarus ad gloriam atque honorem sanctorum confessorum, de quibus superius mentionem fecimus, ciborium ex argento purissimo cum columnis porphyreticis IIII. quod pensat libras DCCCX. Nam & confessionem sacri altaris argenteis tabulis, auroque [h] perfusis pensantibus libras....

XXXV. Obtulit vero [a] in jam sæpius dicta basilica vestem de chrysoclavo, habentem historiam Resurrectionis Domini nostri JESU Christi, cum gemmis prasinis, [b] hyacinthinis, & albis. Fecit etiam & aliam vestem de fundato valde pretiosissimam cum chrysoclavo, habentem in medio effigiem Salvatoris Domini nostri JESU Christi: dextra levaque ejus effigies sanctorum Silvestri ac Martini, similiter cum gemmis prasinis, hyacinthinis & albis. Immo vero obtulit sanctissimus præsul cortinas Alexandrinas pretiosissimo opere contextas [c] numero III. vela de fundato ornata in circuitu de blattin, quæ pendent in arcu ipsius [d] basilicæ, XXIIII. vela alia de fundato cum periclysi de blattin Byzantea numero XV. vela alba holoserica, ex quibus sacrum circundatur altare, numero IIII. unum ex eis habens in medio crucem & gammadias de chrysoclavo, & alia ornata in circuitu [e] de blatti Byzantea.

XXXVI. [a] Verum etiam ibi ipsum fecit vestem aliam olosericam rosatam cum chrysoclavo, habentem historiam Resur-

VARIANTES LECTIONES

f Cod. Reg. *libras quadraginta*. *g* Sic Farnes. editi, *cantaros*. *h* *perfusis* &c. adde ex eodem cod. Reg. *investivit*, Baron. *ornavit tabulis argenteis auro perfusis, ut per sacras eorum intercessiones æthereì regni gaudia possideret*.

XXXV. *a* Farnes. ita, editi, *superius*. *b* Idem Farnes. *hyacinthis*, *& aliis*. Sic infra. *c* *numero* III.) Farnes. *d* Vat. I. *vasilica*. *e* *de blattin Byzantea*) Idem.

XXXVI. *a* *Verum etiam*, & cetera, quæ inde occurrunt usque ad illa verba *ex argento purissimo*, extrema num. XXXVIII. ex pluries laudato vetustissimo cod. Farnes. suppleta sunt.

Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi: nec non & aliam vestem rubeam unam [1] cum caballo albo habente alas, cum periclysi de chrysoclavo & gammadias IIII. & crucem de chrysoclavo. Hic sanctissimus præsul fecit in antedicta ecclesia imagines ex argento purissimo deauratas numero III. unam quidem habentem vultum Salvatoris, & alias duas habentes vultus sanctorum confessorum Silvestri atque Martini, sedentes super vestibulum sacri altaris. Ibi ipsum fecit vela majora de fundato num. XXIIII. similiter & linea XXIIII.

XXXVII. Venerabilis quoque præsul fecit in ingressu jam dictæ ecclesiæ cortinam majorem Alexandrinam, cum diversis historiis compte decoratam. Fecit ibi ipsum cerostatos ex argento; paria III. Verum etiam coronas de argento purissimo numero IIII. similiter & [a] canistrum de argento purissimo numero unum. Fecit etiam in eadem ecclesia velum rubeum cum avicellis diversis & periclysi de blatti Byzantea: simulque coopertoria super iconas de serico porfyro numero III.

XXXVIII. Item beatissimus papa fecit in basilica sancti Martini confessoris confessionem de argento purissimo exauratam, cum imagine sanctæ MARIÆ cum decem virginibus, & in ipsa confessione evangelium de argento purissimo exaurato, & rugulas in prædicta confessione, paria I. & ante ipsam confessionem regularem ex argento purissimo cum columnis II. ex argento purissimo.

XXXIX. Hic insignis & beatissimus papa divina inspiratione protectus juxta latus ipsius basilicæ ad laudem Creatoris

VARIANTES LECTIONES

XXXVII. a Cod. ipse Farnes. legit *canestram*.

Vat. I.

NOTÆ

XXXVI. 1. CUM CABALLO ALBO HABENTE ALAS) Quod de Pegaso fabulantur poetæ. Veteres etiam Christiani poetarum figmentis paganorum oculis mysteria religionis tegebant. In cœmeteriis visitur Christus servator sub Orphei figura.

MONA-

ris [1] monasterium in honorem beati Petri ac Pauli apostoli Sergii & [a] Bacchi, sanctique Silvestri & Martini a fundamentis construxit. in quo monachorum Deo servientium congregationem pro quotidianis laudibus in prædicta ecclesia die noctuque domino Deo nostro [b] deprecantem constituit.

XL. [a] Cum enim esset idem pontifex imbecillis membris ob humorem podagricum, incessu pedum & pæne manuum officio carebat. attamen animosus, [1] ore incomptus & comitiis deditus, actu & sermonibus instabilis, leviter omnia faciens. unde & adnullabant ipsum optimates Romanorum. Erat denique illius pontificis frater quidam nomine Benedictus, brutus & stolidus valde, qui propter imbecillitatem illius pontificis curam ecclesiasticam & publicam immerito usurpaverat. Cum vero esset insulsus & operibus rusticis deditus, [2] curam ecclesiasticam & publicam necessitatem; omnia in muris parietum & ædificiis diversis expendere cœpit. in tantum ut diu noctuque incessanter laborando & vexando non deficeret.

XLI. Qui etiam ad dominum Imperatorem cum multis munerum copiis adiens, primatum & dominium Romæ ab eo petiit, & concessisse sibi gloriabatur. Post reversionem vero suam ad tantam perrupit contumaciam & vesaniam transcensis omnibus, ut monarchiam obtineret Romæ. deinceps vero

VARIANTES LECTIONES

XXXIX. *a* Vat. I. cum vulgatis, *Bacchii*. Vat. IV. ut in contextu. *b* Sic idem Vat. IV. editi, *deprecantes*.

XL. *a Cum enim esset* &c.) Hæc itidem usque ad num. XLVIII. codex Farnes. exhibet.

NOTÆ

XXXIX. 1. MONASTERIUM IN HONOREM BEATI PETRI ET PAULI &c.) Primum monachi, nunc moniales incolunt, quotidianas laudes Domino recitantes.

XL. 1. ORE INCOMPTUS ET COMITIIS DEDITUS) Legendum puto *conviciis deditus*; qui enim verbis rudis est & asper, pronus videtur in iram & convicia, nisi malles *conviviis deditus*: quæ duæ lectiones Textui magis convenire videntur.

2. CURAM ECCLESIASTICAM, ET PUBLICAM NECESSITATEM) videtur deesse *negligens*.

vero nullum dedit cuiquam adſenſum, ut dare aut accipere ſive lædi aut juvare potuiſſet, niſi per ipſum. Et cum eſſet moribus inconditis & libidini deditus, & mulierculatum ſectator, Albanenſem epiſcopatum uſurpare non metuit, ut ſecurius diabolo militaret. Dextruxerat namque initio ſuæ exaltationis eccleſiam jam dictam beati Martini, quæ fuerat opere mirabili antiquitatis conſtructa: ut ſub prætextu iſtius dejectionis & reædificationis liberius valeret deprædationes in eccleſiis & in populis peragere.

XLII. Sic & factum eſt infra triennium, quia non remanſit monaſterium nec infra Romam nec extra, quod non careret ſuis propriis facultatibus. Etenim vix fuit homo aut infra Romam aut extra, [1] quem non deprædaret aut per occaſionem, [2] aut per ſummiſſionem. Et hæc omnia ſive in monaſteriis, ſive in populis radicitus cum chartulis & præceptis Imperialibus aut molibus aut rebus [3] exterus. Fuit namque a priſcis temporibus inauditum ut quiſquam ſuo tantum ingenio iſtam famoſiſſimam urbem, & omnes urbes illi ſubditas & caſtella & maritima & finitiva illorum in tanto ſpacio devaſtare & ſubdole deprædare potuiſſet.

XLIII. Vigebat autem in iſtius pontificis tempore & fratris ejus, id eſt, per triennium, [1] hæreſis nefandiſſima Simoniaca: & in tantum viguit, ut publice venundarentur epiſcopia, & qui plus daret, ille ſuſciperet epiſcopatum. Et ad tantam aviditatem deducti ſunt, [2] ut duo millia mancuſos venundaretur epiſcopium, & eo amplius; ſi poſſent dan-

NOTÆ

XLII. 1. QUEM NON DEPRÆDARET) Activum pro deponente, ut ſupra in Valentino num. 1. ſic infra.

2. AUT PER SUMMISSIONEM) Videlicet, per ſubornationem. In Stephano III. num. XII. *ſubmiſſi a quibuſdam peſtiferis malorum auctoribus*.

3. EXTERUS) Fortaſſe *exercuit*, ſeu *exteris*, ſcilicet, aliunde petitis. & tunc opinor ſubintelligendum, *egit*, ſeu *patravit*.

XLIII. 1. HÆRESIS NEFANDISSIMA SIMONIACA &c) Vocat hæreſim ſimoniam ex vulgari more loquendi. Eſt enim malum & quidem graviſſimum; ſed non hæreſis niſi qui illam patrat, negaret & quidem cum pertinacia eſſe malum.

2. UT DUO MILLIA MANCUSOS) Subintellige *ſolidos aureos*, ut in vita Hadriani num. LXXVII. Vide Gloſſarium I. Partis in verbo SOLIDI.

ARBI-

dantis invenire copiam. Et nullum onus ecclesiasticum ab illis sine pretio dabatur. Cum vero hæc & cetera præmissa grassarentur in ecclesia, & in populis longe lateque personarent, & nullus fuit episcoporum orthodoxorum, nec quisquam ecclesiasticorum virorum, qui zelum pro Deo ferentes se obponerent aut agerent cum Imperatore aut cum rege, ut tantum nefas extingueretur, aut morti se ultro traderent. Quoniam melius esset feliciter mori, quam infeliciter vivere. Cum enim respiceret Dominus ecclesiam proprio sanguine suo redemptam naufragare, & nemo erat Christianorum idoneus, per quem tantum scelus corrigeretur, aut ad pœnitentiam auctores istius mali & consentientes revocaret; propterea placuit Deo, ut tantum opprobrium ecclesia sua non sustineret: & quod neglexerunt Christiani emendare, ultores misit Deus paganos.

XLIV. Hujus præfati pontificis tempore cum ista ita gererentur, [a] Adelvertus comes, vir strenuus; hic cum esset Marcensis, & tutor Corsicanæ insulæ, cognita necessitate reipublicæ, misit epistolam Romæ, continentem: quod multitudo gentis Sarracenorum ad XI. milia properantes venirent cum navibus LXXIII. ubi inessent equi D. & quod se dicerent Romam properare. & ut certarent liberare beati Petri apostoli & Pauli thesauros ecclesiarum. Et si fieri potuisset, ipsorum apostolorum corpora intra [b] inferrent Romæ: ne de tanta salute [c] tragens nefandissima paganorum exultare potuisset. quæ missa est X. die mensis Augusti. Quod leviter & quasi parvipendentes susceperunt, propter mutabilem & inefficacem prædictorum potestatem. quoniam & apud omnes tam inopinata res incredibile fieri posse [1] arbitrabatur:

tamen

VARIANTES LECTIONES

XLIV. *a Aldevertus*) leg. *Adelbertus*, & sic infra ob facilem conversionem v in b, & versa vice, ut supra in Notis numero XXI. *b* leg. *inferrent Romam*. *c tragens*) leg. *ea gens*, vel *atra gens*: infra in Leone IV. num. XIII. *sæva gentis* &c.

NOTÆ

XLIV. 1. ARBITRABATUR) In passivo sensu: alibi e contrario, ceu *ecclesia a Sarracenis deprædata*, infra in Leone IV. num. IV.

DIE

tamen prudentiores Romanorum consilio inito miserunt missos & epistolas ad subjectas civitates & adjacentiis eorum, simul cum epistola, quam Adelvertus miserat: ut omnes hostiliter festinantes venirent ad maritima littoralia custodienda. qui jussa contemnentes noluerunt venire nisi perpauci ex aliquibus civitatibus; qui sub more interrogandi venerunt.

XLV. Transacto vero duodecim dierum spatio [1] die mensis Augusti XXIII. feria I. Indict. VIIII. pervenerunt ipsi nefandissimi Sarraceni ad littus Romanum, [2] juxta civitatem, quæ dicitur Hostia. & exeuntes venerunt ad prædictam urbem, quam illi habitatores obstruserunt & effugerant, & ceperunt eam. Tunc vero cœperunt exploratores cum aliis illorum gyrantes circuire. & invadentes quicquid invenire poterant. Pervenientes namque [3] ad civitatem, quæ vocatur Portus, quæ juxta erat, invenerunt eam ab habitatoribus derelictam & subreptis inde victualibus, & ea quæ necessaria habebant, secunda & tertia feria Hostiam revertebantur.

XLVI. [1] Cognitis autem ista Romanis, consilium visum est eis, [2] ut mitterentur Saxi & Frisones, & schola, quæ dicitur Francorum, ad Portum. Qui venientes illuc feria II. & illic vigilantes illam noctem, in crastina vero, quæ est III. feria, & ex eisdem Sarracenis venientes propter prædam. qui fuga lapsi per quemdam pontem evaserunt, & occiderunt

NOTÆ

XLV. 1. DIE MENSIS AUGUSTI XXIII. FERIA I. INDICTIONE VIIII.) Anno Chr. 846.

2. JUXTA CIVITATEM, QUÆ DICITUR HOSTIA) Ostia quasi ostium, per quod Tiberis mare ingreditur, & olim civibus frequens, nunc infrequens; sed episcopatu, & sacri Collegii decanatu celebris.

3. AD CIVITATEM, QUÆ VOCATUR PORTUS) Portus, (cui nomen ab interiori recessu portus Ostiensis a Tiberio Claudio constructi) olim civitas, nunc humilis vicus & pene desertus, episcopatu gaudens, & subdecanatu.

XLVI. 1. COGNITIS AUTEM ISTA ROMANIS) *Cognitis*, hoc est, consciis, certioribus factis: *ista*, hellenismus, ut puto, ταῦτα ista.

2. UT MITTERENTUR SAXI ET FRISONES, ET SCHOLA, QUÆ DICITUR FRANCORUM) His nationibus sui erant vici, in quibus degerent, destinati: ex quibus milites legebantur ubi occasio & necessitas tulisset.

FRÆ-

runt ex eis XII. alii vero navigio evaſerunt. Ex quo autem Romani talia ſenſerunt, portas civitatis Romanæ non parum fatigabiliter vigilantes cuſtodiebant. Tunc demum cum non reciperent auxilio deſtinatos, & non erat, qui in tanta neceſſitate ſubveniret, confiſi auxilio Dei & Apoſtolorum in eadem III. feria exeuntes cum his, quos ſecum habebant, [3] præparati more exercitali venerunt ad Portum civitatem, ubi plures inerant prædones Sarracenorum. ex quibus occidentes VII. alii per ſupradictum peſſimum pontem fugientes evadere potuerunt. Tunc vero tota die in circuitu illius civitatis & intro equitantes & gyrantes, ut pugnam excommittere poſſent, laborabant. Cum enim cognoſcerent illorum multitudinem & ſuorum paucitatem, viſum eſt eis periculoſum illa nocte illic immorari. Recolligentes vero Saxones & Friſones & reliquos conſtituerunt, ut cuſtodirent & vigilarent civitatem, propter prædones. & reverſi ſunt Romam.

XLVII. In craſtina autem feria IIII. cum ſecuri eſſent præfati cuſtodes & ſedentes, ut cibum ſumerent, irruerunt repente ſuper eos Sarraceni, & circumdantes occiderunt eos, ut pauci ex eis remanſiſſent. Et inſecuti ſunt eos, qui evaſerant, [1] uſque Galeriam. & iter aſſumentes navigio & pedeſtres ſimul & equeſtres cœperunt Romam feſtinare. qui tota die ſimul cum navibus properantes, diluculo venerunt ad loca, ubi conſtituerant. Ibique ex navibus [a] examinantes equeſtres, eccleſiam beati Petri apoſtolorum principis nefandiſſimis iniquitatibus præoccupantes invaſerunt. Tunc omnes cœtus Romanorum ſine capite poſiti, campo, qui dicitur Neronis, [b] armatos obviati.

Qui

VARIANTES LECTIONES

XLVII. *a examinantes equeſtres*) leg. *exeuntes pedeſtres*. *b armatos obviati*) Poſt hæc vero quædam alia in cod. Farneſ. deſiderantur. Vat. IV.

NOTÆ

3. PRÆPARATI MORE EXERCITALI) parati veluti ad committendum prælium, vernacule *in ordine di battaglia*.

XLVII. 1. USQUE GALERIAM) ſuperius memoratam in Gregorio IV. num. XLII.

Qui

XLVIII. [a] Qui beatissimus pontifex postquam sedem Romanam & Apostolicam annis tribus gloriosissime rexit [a] ex hac luce subtractus ad æternam migravit requiem. Fecit autem ordinationem unam in mense Martio; presbyteros VIII. diaconos III. episcopos per diversa loca numero XXIII. [b] Sepultus vero est in basilica beati Petri apostoli, [c] & cessavit episcopatus ejus menses II. dies XV.

S. LEO

VARIANTES LECTIONES

XLVIII. a Vat. IV. ita, Vat. VI. *ab hac luce*, editi, *hac luce subtractus*. b Baron. *sepultus* &c. *die* XII. *mensis Aprilis*. c *& cessavit* &c.) ex eisdem codd. Vat. IV. & VI. itemque Urbin. *ista exscerpsimus*. Vat. VII. *Hic denique divina vocatione defunctus, & dies VI. cessavit episcopatus*: Postea addit: *hoc tempore ecclesias apostolorum Petri & Pauli Seraceni funditus depradantes, qui omnes demersi sunt in profundo gurgite*: qua de re infra in Leone IV. num. VII.

Ita

NOTÆ

XLVIII. 1. QUI BEATISSIMUS PONTIFEX POSTQUAM SEDEM ROMANAM ET APOSTOLICAM ANNIS TRIBUS GLORIOSISSIME REXIT &c.) Quum Sergius, quem diximus consecratum fuisse in pontificem die decima Februarii anni 844. sederit annis tribus, neglectis paucis diebus, sequitur, obiisse die XXVII. Januarii anni 847. ut notant Annales Bertiniani ad dictum diem: *Sergius Romanus pontifex VI. Kalendas Februarii defungitur, & Leo in ejus locum eligitur*. Si vero *sedem gloriosissime rexit* parum congruentia agnoscuntur ea, quæ num. XL. & seqq. ex Codice Farnesiano protulimus, ut historia in factis præsertim memorabilibus, quæ in aliis libris hactenus editis desiderantur, integra haberi posset. Verum mirari quisque desinet, si Præfationem, quam Vignolius noster Priori Tomo præposuit, hic iterum recolat, non unum nempe fuisse harum Vitarum scriptorem: ideo nonnulla inter se pugnantia non raro occurrere jampridem advertit quoque Baronius in suis Annalibus tom. I. pag. 676. *Hac accepta esse noscuntur*, inquit ille, *ex libro vulgato nomine Damasi de Romanis Pontificibus, sed a diversis auctoribus (ut verius puto) collecto; nam demonstrabimus pluribus locis continere repugnantia inter se fere in unoquoque Pontifice in annis cujusque consignandis; ut satis perspicue intelligi posset, e duobus saltem auctoribus librum illum esse consarcinatum, nulla habita a collectore ratione eorum, qua inter se pugnantia esse viderentur*.

SEDIT

CIII.

S. LEO IV.

An. Chr. 847. Lotharii Imp. 7. Michaelis Imperat. 5.

I. [a] LEo natione Romanus, ex patre [b] Radualdo [1] sedit [c] annos VIII. menses III. dies VI. [d] Hic a Deo electus, catholicus atque Apostolicus vir, multæ patientiæ multæque [e] humilitatis extitit: largus, pius, innocens sive benignus, amator justitiæ, & plebis ferventissimus gubernator: divinarum quoque scripturarum indeficiens perscrutator, vigiliis & orationibus semper intentus. In cujus etiam beatissimo [f] pectore, [g] juxta illud, quod in sancto evangelio legitur, & serpentis astutia & simplicitas [h] inhabitabat columbæ. [i] Erat enim totius sanctitatis decore repletus; amator enim religiosorum hominum, Deoque in omnibus assidue famulantium, nutritor pauperum, & contemptor sui.

II. Hic primum a parentibus ob studia literarum [a] [1] in monasterium beati Martini confessoris Christi, quod foris muros

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Ita MSS. Editi addunt, *IV.* Vat. VII. habet, *Lego*, pro *Leo*. *b* Urbin. *Redualdo*, editi, *Radoaldo*, Baron. *Rodoaldo*, Vat. IV. ut in contextu: desuper alia manu, *Radulpho*. *c* Vat. VI. *annos sex*, *menses* ..... *dies* ..... Vat. VII. *ann.* VIII. *mens.* V. *dies* VI. Vat. IV. cum Vat. 4985. & Urbin. *dies* VI. ut supra, & in contextu, editi, *dies quinque*. *d* Vat. IV. *Hic a Domino electus catholicus*, Urbin. *a Deo electus catholicus*, Vat. I. reticet eam vocem, *electus*, Vat. VII. atque editi, *Hic adeo catholicus* &c. *e* Baron. *germanitatis*. *f* Vat. IV. *corpore*. *g* Vat. I. *juxta illut*. *h* Urbin. *inhabitat*, *i* Vat. IV. *Erat enim omnibus bonis moribus exornatus. Gregorius præsul* &c. ut infra.

II. *a* Vat. I. & Vat. VI. *in monasterio*.

Sic

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANNOS OCTO, MENSES TRES, DIES VI.) Quot nempe dies decurrunt a die XI. Aprilis, qua coronatus fuit, ut infra num. VIII. ad diem XVII. Julii, qua obiit. Hunc creatum anno 847. recitat etiam Panvin. in Chron. Ecclef.

II. 1. IN MONASTERIUM BEATI MARTINI CONFESSORIS CHRISTI, QUOD FORIS MUROS &c.) Hoc monasterium situm erat juxta basilicam sancti Petri, quæ, ut alibi diximus, ultra Tiberim posita extra urbem censebatur, & eo in loco sita erat, ubi nunc est

muros hujus civitatis Romanæ juxta ecclesiam beati Petri apostoli situm est, [2] quousque sacras literas [b] pleniter disceret, [c] sponte concessit: ubi non solum literas didicit, verum etiam in studio sanctæ conversationis, non quasi puer, sicut tunc erat, sed velut perfectus monachus mansit. Cujus etiam piæ conversationis exemplo sub eodem [3] monachico degentes ritu omnipotenti Domino plus devote serviebant. Eratque [d] cum illis quasi unus ex illis.

III. Et quoniam civitas supra montem posita abscondi non potest, sic neque hujus rumor sanctissimi viri diu occultus existere potuit. [a] Fama illius sive sanctitatis opinio huc illuc luce clarius divulgata est, atque multorum relatione fidelium ad aures pontificales quondam beatissimi patris & papæ Gregorii mox festino relatu occurrit. cui cum tantæ fuisset castitatis dignæque conversationis magisterium enarratum, illico eum ex monasterio, quo pie degebat, exire jubens, ad sanctæ matris ecclesiæ gremium perduxit, atque ut in suo semper servitio familiariter permaneret, in Lateranensi patriarchio esse præcepit. Subdiaconum quoque eum ob suæ famam vitæ laudabilis fecit. Qui tamen quamvis locum muta-

VARIANTES LECTIONES

b Sic idem Vat. I. editi, *plenius*. c Idem Vat. I. *sponte concessus est*. d Baron. *cum eis*.

III. a *Fama illius* &c. Cod. Reg. *Sed fama illius* &c. Vat. IV. vero ita: *Gregorius præsul, qui tunc temporis hanc sanctam Romanam regebat ecclesiam, audita fama illius, subdiaconum fecit, atque juxta se manere præcepit. Defuncto autem* &c. ut infra insequenti num. IV. Urbin: *gerebat vel regebat ecclesiam* &c. concordans in reliquis cum Vat. IV.

Idem

NOTÆ

est capella sanctis pontificibus Leonibus dicata. In hoc monasterio & in aliis quatuor proximis recensitis a Grimaldo in Serie Archipresbyterorum Basilicæ Vaticanæ pag. 3. a tergo inhabitabant Canonici sancti Petri.

2. QUOUSQUE SACRAS LITERAS PLENITER DISCERET) Penes monachos erat per ea tempora professio literarum; idcirco illis tradebantur adolescentes præsertim nobiles in bonis moribus educandi, atque in literarum studiis instituendi, ut supra in Sergio II. num. 11.

3. MONACHICO DEGENTES RITU) Sic apud S. Gregor. lib. 4. epist. 18. legitur *monachicus habitus*, & lib. 5. epist. 12. *monachica conversatio*.

EIQUE

mutaret, vel ordinem; tamen vitam moresque suos plusquam prius in summi creatoris nostri servitio regulariter constrinxit, bonisque multiplicavit operibus.

IV. Defuncto autem hujus sacratissimæ sedis papa Gregorio, tunc Sergius, archipresbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ, præsul [a] effectus, hunc, de quo superius nonnulla retulimus, Leonem videlicet beatissimum papam, presbyterum consecravit, [1] eique titulum sanctorum Quatuor Coronatorum largitus est. In quo dum bonis polleret moribus, [b] ibique indigentibus necessaria ministraret; [c] peregrinos ac pauperes, minusque habentes non solum verbo, [d] immo etiam corporalibus alimoniis resoveret; is, qui tunc [e] præerat, Sergius Romanæ sedis antistes, ex præsenti vita [f] subtractus est. [g] Sub cujus etiam tempore ecclesiæ beatissimorum principum Petri & Pauli a [h] Sarracenis funditus deprædatæ sunt.

V. [a] Qua igitur calamitate sive miseria omnis Romanorum vigor elanguit atque contritus est. Hoc facto, [b] universa concio Romanorum ex duobus casibus vel periculis, [c] videlicet de repentina morte pontificis & de vastatione, quæ facta fuerat in ecclesiis sanctis, cunctorumque finibus Romanorum, fatebatur, se nullatenus evadere mortis periculum posse. Cumque pari devotione communique consilio universi Romani proceres de futuro cogitarent pontifice, ut

quis

VARIANTES LECTIONES

IV. *a* Idem Vat. IV. *effectus est, & beatissimum papam Leonem presbyterum* &c. *b* Idem, *sive indigentibus*. *c* Urbin. *peregrinosque*. *d* Idem, & Vat. IV. *verum etiam*. *e* Idem cum Urbin. *aderat*. *f* Iidem, *sublatus est*. *g* Vat. IV. *sub cujus tempore*. *h* Ita Codices MSS. ubique cum duplici *r*, editi, *Saracenis*.

V. *a* Vat. IV. *Qua calamitate*. *b* Vat. I. *universa contio*. *c* Vat. IV. *videlicet sive de* &c. *sive de vastatione* &c.

Idem.

NOTÆ

IV. 1. EIQUE TITULUM SANCTORUM QUATUOR CORONATORUM LARGITUS EST) Ecclesia hæc sanctorum Quatuor Coronatorum in monte Cœlio ab Honorio ædificata fuit. Vide in vita Honorii num. IV. Part. I. Adnexa ecclesiæ nunc est ædes, in qua puellæ orphanæ aluntur.

I 2 NEC

quis esset, [d] qui tam sanctum & inviolabilem locum cum omnipotentis Dei timore regere vel gubernare potuisset; confestim [e] fama beatissimi præsulis, simul & meritum, ab omnibus patefacta est, totamque per urbem diffusa. [f] [1] nec dum enim is, qui obierat, pontifex ad sepulturam debitam fuerat deportatus.

VI. Et ecce omnes a novissimo usque ad primum una voce unaque simul concordia Leonem venerabilem presbyterum [a] sibi futurum pontificem [b] flagitabant; & quod nullum super se alium habere vellent præsulem, nisi hunc, de quo crebro dictum est, multis conjurationibus ac vocibus fatebantur. Quorum incunctanter omnium credimus corda ad hunc expetendum [c] non aliud, nisi amor divinus & divinæ virtutis inflammavit & univit clementia. Tunc omnes, ut superius adnotatum est, pergentes cum gaudio multæque [d] aviditatis lætitia [e] ad ecclesiam, in qua degebat, beatorum Quatuor Coronatorum, eum coactum invitumque exinde abstrahentes, cum hymnis laudibusque præcipuis ad Lateranense patriarchium perduxerunt. [f] [1] cui morem servantes antiquum, [g] omnes ejus osculati sunt pedes. Quanta autem in

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *qui tam sanctum locum & inviolabilem*, Cod. Bibliothecæ Vallicellanæ signatus C 25. *sanctum locum, & immobilem*. e Vat. IV. *beatissimi fama præsulis*. *f* *Hic enim dum is*) Urbin.

VI. *a* Baron. *sibi dari*. *b* Libri editi, *flagitarunt*. *c* Vat. I. *non alius*. *d* Idem, *abiditatis*, cod. Vallicell. C 25. *multaque aviditatis lætitia*, Baron. *cum jucunditate*. *e* Vat. IV. *ad ecclesiam, qua dicebatur*. *f* Idem, *cui morem*, ut in contextu, Vat. I. *Cujus more*, Vat. VI. *cujus morem conservantes* &c. editi, *qui morem*. *g* *omnes ejus* &c.) Vat. IV.

Vat. VI.

NOTÆ

V. 1. NEC DUM ENIM IS, QUI OBIERAT, PONTIFEX AD SEPULCRAM DEBITAM FUERAT DEPORTATUS) Duobus malis oppressi Romani, & repentinæ mortis Sergii papæ, & depopulationis basilicæ sancti Petri, statim convolarunt ad electionem Leonis presbyteri, nondum sepulturæ tradito Sergio; nempe eadem die XXVII. Januarii ann. Christ. 847. electus est papa Leo IV.

VI. 1. CUI MOREM SERVANTES ANTIQUUM OMNES EJUS OSCULATI SUNT PEDES) Hinc discimus, antiquum

in ejus pontificali electione concordia vel unanimitas fuerit, nullus breviter enarrare hominum potest.

VII. [a] Quid autem electionis suæ tempore Apostolorum suffragiis suisque sanctis intervenientibus precibus, de Saracenis illis, qui tam nefarium scelus commiserant, divina virtus [b] peregerit, hoc inconveniens aut [c] reprehensibile esset, si ob futurorum sive timorem sive memoriam, præsentibus literis non adnotaremus. Omnes enim cum vellent, iniquitatis ac deprædationis scelere perpetrato, ad Africanam, qua venerant, regionem [d] revertere, vasto maris [e] pelago vi ventorum procellarumque, sicut certa relatione cognovimus, Deo permittente, demersi sunt. [1] antiquumque illud Ægyptiorum miraculum ecce noviter Apostolorum meruit oratio obtinere.

Roma-

VARIANTES LECTIONES

VII. a Vat. vi. *In cujus electionis tempore Apostolorum suffragiis suis precibus omnes Sarraceni* &c. b Vat. i. *peregit.* c Cod. Vat. 4985. ita, editi, *reprehensibile non est, sive* &c. *literis adnotare*, cod. Vallicell. C 25. *Hoc inconveniens* &c. *est si ob futurorum* &c. *non annotamus*, Vat. i. *adnotamus*, Vat. iv. *non annotamus*. d Idem Vat. iv. *reverti*. e Idem, *pelago ventorum procellarumque impulsu*. Vat. vii.

N O T Æ

tiquum fuisse morem osculandi pedes summi Pontificis statim ac electus erat pontifex: in argumentum adprobationis ejus electionis pedes electi osculabantur, ut supra in vita Valentini num vii. *in pontificali est positus throno: Cujus ovanter ab omni Romanorum senatu pedibus osculatis* &c.

VII. 1. ANTIQUUMQUE ILLUD ÆGYPTIORUM MIRACULUM &c.) Celebre in sacris literis miraculum in Pharaonem ejusque exercitum, renovatum fuisse videtur in improbos prædones Saracenos. Rem, utcumque evenerit, ex ordine narrat Leo Ostien. lib. i. cap. xxix. quam etsi longiusculam hic referre abs re non esse duximus: *Cumque patriæ proximi*, ait Leo, *vicinos jam intuerentur montes, & nautico more plausu inter se & gratulatione perstreperent: repente conspiciunt naviculam quamdam inter suas huc illuc crebro discurrere, duos tantum homines habentem, quorum unus pulchra canitie clerici speciem præseferebat, alter habitu monachus videbatur. A quibus solerter inquisiti, unde tam hilares, tamque festivi remearent, quidque gessissent? Ex Italia se atque ex Roma ipsa redire, ibique cædes ingentes, rapinas atque incendia patrasse fatentur: Petri, inquiunt, & Pauli ecclesias vastavimus, ad Benedicti vero prædandum monasterium, quoniam objectu amnis, ire nequivimus, cellas ejus secus ripam positas igne succendimus. Cumque vicissim & ipsi quærerent quinam & ipsi essent; hujusmodi ab eis accipiunt responsum: Nos, inquiunt, illi sumus,*

VIII. [a] Romani quoque, ut diximus, [b] de novi electione pontificis congaudentes, cœperunt iterum non mediocriter contristari, eo quod sine imperiali non audebant auctoritate futurum consecrare pontificem, periculumque Romanæ urbis maxime metuebant, [c] ne iterum ut olim, aliis ab hostibus fuisset obsessa. Hoc timore & futuro casu perterriti, [1] eum sine permissu principis præsulem consecraverunt; fidem quoque [d] illius sive honorem post Deum per omnia [e] & in omnibus conservantes.

IX. Jam quia humanus existimare non sufficit arbiter, [a] nec os referre prævalet quantæ bonitatis ac pietatis hic beatissimus extitit pontifex; redeamus ad ea, quæ fretus Dei amore Sanctorum ecclesiis obtulit: & a primo pontificatus sui exordio enarremus. Hic vero insignis & præclarus antistes superno amore exardescens obtulit in basilica beati Petri apo-

VARIANTES LECTIONES

VIII. *a* Vat. VII. *Romani vero, qui eum elegerunt, quamvis sine auctoritate temporali non eum auderent consecraee, tamen sine permissu principis eum præsulem sacraverunt, fidem quoque illi sive honores post Deum pee omnia & in omnibus conservantes.* *b* Vat. IV. ita. *c* Vat. VI. *Et ne iterum, ut olim aliis ab hostibus fuissent obsessi timore peeterriti eum sine peemissu principis peæsulem sacraveeunt.* Post hæc silet usque ad num. XII. *d* Cod. Reg. *illius Imperatoris sive* &c. *e* Vat. IV. *& in omnibus conservantes. Ipse vero a Deo amabilis & prudentissimus papa sedilia* &c. quæ infra num. XI. habentur.

IX. *a* Editi, *nec hoc referre prævalet*. Vat. I. *nec hos eeferre non prævalet*. Legimus, *nec os referre prævalet*, pro *valet*.

de

N O T Æ

sumus, quorum domos diripuisse ac succendisse gloriamini; verum quinam simus, continuo ex eventu discetis. His dictis, repente evanescunt, tantaque evestigio procella subsequuta est, ut naves omnes partim se collidentes, partim in montes & scopulos impulsæ, naufragium feceeint, vix pauci evaseeint, per quos exteris ista innotescerent. Hoc oedine Petrus apostolus suas injurias vindicavit, & Benedictus suum monasterium liberavit.

VIII. 1. EUM SINE PERMISSU PRINCIPIS PRÆSULEM CONSECRAVERANT) Diu hæserant Romani proceres dubii an citra imperialium missorum præsentiam fieri deberet Pontificis consecratio, quæ proinde dilata fuit ad duos menses & dies quindecim. Verebantur enim ex una parte offensionem Lotharii; ex altera novas adgressiones Saracenorum. Majus periculum fregit dubitationem; & die undecima Aprilis feria II. Paschatis Leo pontifex consecratus est.

ET

apoſtoli coronam ex argento puriſſimo unam, penſantem libras XXIIII. gabathas interraſiles II. penſantes libras II. vela VII. duo quidem de fundato, & alia duo de ſtauraci, [1] & tria [b] de ſpaniſco. Obtulit vero ibidem ad ſplendorem & gloriam ipſius venerandæ baſilicæ cortinam Alexandrinam miræ pulchritudinis unam, habentem [c 2] hiſtoriam pavonum portantium deſuper homines, & aliam hiſtoriam aquilarum, rotarumque, & avium [d] cum arboribus.

X. Ipſe vero egregius & prudentiſſimus papa obtulit in baſilica ſanctorum Quatuor Coronatorum, in qua ſacerdotii ſui ſolertiſſime [a] functus eſt officium, caniſtra de argento puriſſimo III. penſantia libras...... aquamanile ſimiliter de argento mundiſſimo; par unum: canthara cum thymiamaterio uno, penſantia libras.... vela de fundato, quæ ad decorem ipſius in arcu videntur eccleſiæ pendere, XII. Item vela ſerica alba XXXIIII. Fecit vero in eadem baſilica ad ſplendorem ſacri altaris veſtem holoſericam, habentem periclyſin de chryſoclavo, & aliam veſtem albam cum roſis, habentem rotas VII.

VARIANTES LECTIONES

b de ſpaniſco) inde adde ex cod Reg. *Obtulit vero in oratorio beati Andreæ, quod ponitur in dicta baſilica beati Petri apoſtoli, vela medica de fundato tria. Ibi ipſum in oratorio beati Leonis confeſſoris atque pontificis vela majora, de ſtauraci unum & aliud modicum. Obtulit in eadem baſilica beati Petri ad ſplendorem* &c. *c* Vat. 1. *ſtoriam pavonum*. *d cum arboribus*) Hic adde ex eodem codice Reg. *Hoc tempore miſit Ermengarda Auguſta in præfata baſilica beati Petri veſtem de auro puriſſimo; ex utriſque partibus auro contextam ex gemmis & albis habentem ex auro puriſſimo libras centum.*

X. *a* Vat. 1. *funxit*.

Cod.

N O T Æ

IX. 1. ET TRIA DE SPANISCO) Nunc *arabeſca* dici puto, quia Arabes tunc Hiſpaniam obtinebant. Verbum *ſpaniſcum* eſt varie interpretatum ſupra in Gregorio IV. num. XI. atque alibi. Intelligi etiam poteſt de panno in Hiſpaniis contexto ex vellere, quod præ ceteris regionibus in pretio habetur: quemadmodum dicuntur lintea ſeu vela Franeica quod in Francia texta fuerint.

2. HISTORIAM PAVONUM &c.) De iſtiuſmodi figuris in velis & pannis ſive intextis ſive pictis exſtat Lucretii verſus lib. 2. unde vetus mos repeti poteſt.

Aurea pavonum rident imbuta lepore.

Verum de his jam ſatis egimus ſupra in Gregorio IV. eod. num. XI.

HABEN-

tas VII. & in medio tabulam [b] de chryſoclavo, cum effigie hominis gerentis in capite gemmas praſinas V. item veſtem albam de chryſoclavo cum rotis VI. Fecit autem in jam dicta baſilica ad honorem & gloriam ſacri altaris vela, [1] habentia cruces & gammadias de chryſoclavo cum gemmis ac bullis aureis XXXIII. velum acupictile, habens hominis effigiem ſedentis ſuper [c] pavonem, unum: item vela habentia hiſtoriam ſanctæ Dei genitricis, III. item vela alia fundata XIIII. & alia cum veſte de blattin II.

XI. Ipſe quidem eximius & beatiſſimus papa fecit [1] in baſilica ſanctæ Dei genitricis, quæ ponitur in vico, qui nuncupatur Sardorum, veſtem de fundato, habentem hiſtoriam ſanctæ Dei genitricis, de chryſoclavo, cum prophetis. Ipſe vero a Deo amabilis & prudentiſſimus papa ſedilia in ingreſſu patriarchii marmoribus conſtruxit: quæ nullus pontificum ut perficeret [a] arbitratus eſt. [2] Nam & ſolarium, quod beatæ memoriæ Leo III. papa conſtruxerat, cum præ nimia vetuſtate, fractis trabibus, [b] in ruinis cerneretur everſum, noviter pulchrius in meliorem ſpeciem reſtauravit.

XII. Hic quidem inſignis & pius antiſtes in baſilica beati Pauli apoſtoli ſuperno fretus amore [1] veſpertinas [a] publice a cuncto

VARIANTES LECTIONES

b Cod. Reg. *de chryſoclavo* IV. *c* Vat. 1. *pavnem*.
XI. *a* Vat. 1. *arbitravit*. *b* Vat. 4985. *fractis trabibus, ruinis* &c.
XII. *a* Vat. 1. *publices*.

Cod.

NOTÆ

X. 1. HABENTIA CRUCES ET GAMMADIAS) De his item actum eſt in eodem Gregorio IV. citato loco.

XI. 1. IN BASILICA SANCTÆ DEI GENITRICIS, QUÆ PONITUR IN VICO, QUI NUNCUPATUR SARDORUM) Vicum Sardorum opinatur Grimaldus fuiſſe prope S. Mariam Majorem. Ejuſdem vici mentio facta eſt in Leone III. num LXXX.

2. NAM ET SOLARIUM &c.) Conſtructum, ſeu a novo inſtauratum ab eodem Leone III. ut in ejus vita numero XCII.

XII. 1. VESPERTINAS PUBLICE A CUNCTO CLERO ET SCHOLA CONSTITUIT DIE NATALIS EJUS PSALLI LAUDES) Veſperæ antiquitus decantari ſolebant adventante nocte lucernis accenſis, dictæ propterea *lucernarium*. Fortaſſe in dio ſeſto beati Pauli juſſit Leo decantari publice a clero & plebe ante ſolis occaſum: & quia hic *laudes veſpertinæ* nominantur, pſalmi ejus

cuncto clero & schola [b] constituit die natalis ejus [c] psalli laudes. Hujus beati præsulis tempore terræmotus in urbe Roma [d] per Indictionem factus est x. ita ut omnia elementa concussa viderentur ab omnibus. [e] Ipse jam sæpefatus & solertissimus pontifex secundum antiquam consuetudinem canonica auctoritate decrevit atque constituit, [2] ut dum sacra missarum solemnia in ecclesia celebrantur, nullus ex laicis in presbyterio [f] stare vel sedere, aut ingredi præsumat, nisi tantum sacra plebs, quæ in administratione sacri officii constituta videtur.

XIII. Ipse quidem beatissimus pontifex post cædem & deprædationem sævæ [a] gentis Agarenorum, quam in sanctorum Apostolorum ecclesiis peregerunt, ad restaurationem ipsarum quotidie animum prætendebat: quatenus omnia, quæ ab impiis manibus ablata fuerant, repararet, sperans æternæ futuræ retributionis mercedem. Quam ob rem obtulit

VARIANTES LECTIONES

b Cod. Reg. *constituit secundo die*. *c* Vat. IV. *psallere laudes*. *d* *per Indictionem factus est* x. inde codex Reg. subdit: *in mense Junio die* XXVII. *e* Vat. VI. *Hic secundum antiquam consuetudinem* &c. *canonica auctoritate decrevit atque constituit, ut dum sacra missarum solempnia* &c. Vat. VII. *Hic constituit canonica auctoritate & consuetudine, ut quando sacra mysteria missarum solemnia* &c. *f* Vat. IV. *aut sedere, aut stare*, Baron. *stare vel sedere* &c. *sed tantum sacra plebs, nempe clerus* &c.

XIII. *a gentis Agarenorum*) Vat. IV. deinde, *multa dona optulit ecclesiæ beati Petri apostoli, aliisque quamplurimis ecclesiis. Hic quoque prædictus præsul* &c. quæ sub initium num. XVI. habentur.

Vat. I.

NOTÆ

ejus diei erant quinque illi: *Laudate pueri*; *Laudate Dominum omnes gentes*; *Lauda anima mea*; *Laudate Dominum quoniam*; *Lauda Jerusalem*: quemadmodum certis quibusdam solemnioribus diebus in aliquibus ecclesiis ad vesperas decantabantur.

2. UT DUM SACRA MISSARUM SOLEMNIA IN ECCLESIA CELEBRANTUR, NULLUS EX LAICIS IN PRESBYTERIO STARE, VEL SEDERE, AUT INGREDI PRÆSUMAT &c.) Quod Leo statuit, ne laici ingredi possent presbyterium, dum sacra fierent, jam erat longe antea constitutum; sed fortasse abusus irrepserat, & sanctissimo Pontifici placuit antiquam restituere consuetudinem. Ex VI. synodo Trullana can. 69. uni Imperatori licuit sanctuarium ingredi quum dona oblaturus esset.

lit in basilica beati Petri apostoli [1] butronem de argento purissimo cum gabathis argenteis, pendentibus in catenulis VII. Fecit autem [b] ad illuminationem ipsius basilicæ rete [c] ahenum cum canistris argenteis XVII. Nam & farum miræ magnitudinis ad splendorem & gloriam sæpius memoratæ ecclesiæ reparavit: in qua etiam obtulit coronam de argento mundissimo, pensantem [d] libras .... vela de fundato, quæ in ambitu sacri altaris pulchriora pendent, XXV. Item vela, leonum habentia historias: quæ ante vestibulum sacræ confessionis cernuntur pendere X. & alia vela de fundato, quæ inter columnas ipsius venerandæ basilicæ dextra lævaque coruscant, XLVI. Item vela de fundato, quæ in arcu ad ornatum & decorationem presbyterii pendent, XXXIII. Verumtamen & alia vela de fundato, quæ in diversis ejusdem basilicæ locis ipse almificus papa constituit pendere, XVIII. & alia item vela, quæ ante januas sacræ basilicæ [e] pendent, IIII.

XIV. Hic vero insignis & prudentissimus præsul superno fretus amore fecit in basilica sanctorum martyrum Quatuor Coronatorum vestem de chrysoclavo, habentem historiam Resurrectionis Domini nostri JESU Christi, atque effigies prædictorum martyrum, & ipsius almifici præsulis. Hujus enim præfati almifici præsulis animus tantum divino fulgebat amore, ut ea, quæ pridem ex beati Petri apostoli ecclesia ab impiis manibus innumerabilia fuerant bona ablata, suo præcipuo tempore libente voluerit pectore omnia noviter restaurare. Idcirco ad decus & honorem ipsius prædictæ ecclesiæ fecit coronas ex argento purissimo, miro compositas opere, II. pendentes in catenulis argenteis cum gemmis & [a] bullis deau-

VARIANTES LECTIONES

[b] Vat. 1. *ad inluminationem*. [c] Baron. *aneum*. [d] Cod. Reg. *libras* LX. [e] Idem, *pendent de flaurati*.

XIV. [a] Vat. 1. *vullis*.

Sic

NOTÆ

XIII. 1. BUTRONEM DE ARGENTO PURISSIMO) de quo in Leone III. numero XXX. & infra numero LX.

CLA-

deauratis; pensantes, unam libras CXXXII. & aliam CXXX. habentes, unam [b] [1] clamasterios argenteos, subter pendentes, XXXVII. & aliam simili modo habentem XL.

XV. Et quia divino semper erat munere peroratus, dignamque de omnibus curam & sollicitudinem habere studebat feliciter, fecit [1] in oratorio sancti Andreæ apostoli ad sanctum Petrum vela majora de fundato II. & alia minora V. ornata in circuitu de blattin. Ipse vero a Deo protectus venerabilis & præclarus pontifex fecit [2] in monasterio sancti Anastasii pro æterna animæ suæ redemptione vestem sericam de fundato unam, habentem historiam aquilarum. Similiter & vela de fundato II. compta in circuitu de blattin. Simili modo fecit in monasterio sanctæ Praxedis vestem de fundato unam.

XVI. Hic quoque prædictus præsul a die, qua divina fretus potentia sacram apostoli Petri sedem omni benignitate conscendit, mox de priscis vel antiquis sacri palatii usibus atque ordinibus, qui sub prædecessorum suorum pontificum tempora erupti, atque diversa consuetudine fuerant deleti, ad suæ memoriam sanctitatis universos reducere, vel in meliorem statum, quam nuper fuerant, omnia libenti animo ordinare avide conatus est. [1] Nam [a] & accubitum, quod domnus Leo bonæ memoriæ III. papa a fundamentis construxerat,

VARIANTES LECTIONES

b Sic idem, libri editi. *clamacterios*, Baron. *clamisterios*, cod. Reg. *habent unaquaque asticos argenteos*.

XVI. *a* Vat. IV. *accubitus*, *quem*. Idem.

NOTÆ

XIV. 1. CLAMASTERIOS ARGENTEOS SUBTER PENDENTES XXXVII. &c.) Ex coronis argenteis pendebant *clamasterii*, seu clamacterii, videlicet, tintinnabula argentea ornatus caussa. Ducangius interpretatur bullas vel alios ornatus ex lychnis dependentes, atque legendum putat *cremasterios* a græco *κρεμαστῆρες*.

XV. 1. IN ORATORIO SANCTÆ ANDREÆ) cujus meminimus in Leone III. numero LXXXIII.

2. IN MONASTERIO SANCTI ANASTASII) de quo in eodem Leone III. numero LXXVI.

XVI. 1. NAM ET ACCUBITUM, QUOD DOMNUS LEO &c.) *Accubitum* seu accubitus proprie est sedes instar lectuli

rat, & omnia ornamenta, quæ ibi paraverat, [b] præ nimia vetustate & oblivione antecessorum pontificum deleta sunt: & in die Natalis Domini nostri JESU Christi secundum carnem, tam domnus Gregorius, quam & domnus Sergius sanctæ recordationis ibidem minime epulabantur. Isdem vero beatissimus & summus præsul Leo IIII. [c] cum nimia delectatione & gaudio omnia ornamenta, sive alimenta, quæ inde deleta fuerant, noviter reparavit, & ad usum pristinum magnifice revocavit.

XVII. Nec non & [a 1] crucem ex auro purissimo gemmis ornatam, quam Carolus piæ memoriæ imperator Francorum & Romanorum in basilica Salvatoris Domini nostri JESU Christi, quæ Constantiniana nuncupatur, temporibus domni Leonis sanctæ recordationis III. papæ obtulerat: [b 2] quæ mos erat, ut in litaniis ante sacratissimum pontificem ipsa præcederet. & sic permansit usque ad tempus sanctæ recordationis domni Paschalis papæ; unde diabolica suggestione atque instigatione a malis extorta est, & exinde [c] a latronibus nocte per furtum ablata est. Et nullus deinceps [d] prædecessorum

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *tunc præ nimia*. *c* Idem ita, editi, *cum gaudio, & nimia delectatione*.

XVII. *a* Vat. VI. *Isdem præsul crucem ex auro purissimo & gemmis ornatam, quam Carolus imperator in basilica Salvatoris tempore domni Leonis III. papæ obtulerat, furtim ablatam, quam nullus deinceps prædecessorum pontificum tam domnus* &c. *restauraverat, ex auro purissimo & miræ magnitudinis margaritis mirifice reparavit*. *b* Vat. IV. *quæ, ut mos erat, in letaniis* &c. *c* Sic idem, cod. Reg. *a malis exorta a latronibus nocte furtim ablata est*. *Et nullus* &c. *d* vulgata editio *præcessorum pontificum tam domnus* &c. Vat. I.

NOTÆ

aulì strata, cui convivæ accumbunt dum epulantur. In Leone III. num. XXXIX. habemus: *itemque fecit in patriarchio Lateranensi triclinium miræ magnitudinis* &c. *in quo loco & accubita collocavit*.

XVII. 1. CRUCEM EX AURO PURISSIMO CUM GEMMIS, QUAM CAROLUS PIÆ MEMORIÆ IMPERATOR &c.) Inter cetera dona a Carolo Magno post sui inaugurationem & coronationem quatuor basilicis patriarchalibus oblata, recensetur & pretiosa ista crux basilicæ Salvatoris dono data. Vid. in Leone III. num. XXV.

2. QUÆ MOS ERAT, UT IN LITANIIS ANTE SACRATISSIMUM PONTIFICEM IPSA PRÆCEDERET) Petitioni ejusdem Imperatoris obsecundans ipse Leo III. id constituit. Vid. num. eodem.

rum suorum pontificum, scilicet tam domnus Paschalis, quam domnus Eugenius, [e] sive domnus Valentinus, seu domnus Gregorius, nec non & domnus Sergius recordatus fuit ut eam restauraret, & ad usum sanctæ Dei Romanæ ecclesiæ repararet. Sed isdem præfatus & magnificus præsul [f] fecit eam ex auro purissimo, & miræ magnitudinis margaritis & gemmis hyacinthinis & prasinis utiliter ornavit, & ad usum pristinum sanctæ Dei Romanæ ecclesiæ mirifice [g] reparavit.

XVIII. Hic vero præcipuus & insignis præsul divinarum scripturarum in scientia & eruditione probatissimus extitit prædicator: qui fama tantæ beatitudinis atque sanctitatis claruit, ut in conspectu universi istius in Christo fundatæ ecclesiæ populi miracula [a] operaretur. In primo quidem pontificatus sui anno juxta basilicam [b] beatæ Luciæ martyris, quæ in Orfea sita est, [1] in quibusdam tetris abditisque cavernis diri generis serpens, qui basiliscus Græce, Latine regulus dicitur, ortus est: qui flatu suo ac visione omnes, qui ad easdem properabant cavernas, celeriter necabat, mortisque tradebat periculo: itaut omnes stupor ac timor invaderet, serpentis virtutes mirantes [c] & cladem.

XIX. Ipse vero beatissimus & præclarus pontifex hanc populi necem [a] audiens & perniciem, [b] ad orationes se convertit

VARIANTES LECTIONES

e Vat. I. *sibe* pro *sive*. *f* editi, *fecit ex auro*, Vat. IV. ut in contextu. *g* Idem ita, libri editi, *decoravit*.

XVIII. *a* Vat. I. *operaret*. *b* Vat. VI. *Qui tanta beatitudinis fuit, ut per eum Dominus miracula operaretur*. Vat. IV. *sanctæ Luciæ virginis*. *c* Vat. I. *&* *gladium*.

XIX. *a* Libri editi, *audiensque perniciem*, Vat. IV. ut in contextu. *b* Idem, *in orationibus se convertit, atque jejuniis*, Baron. *ad orationem se convertit ac litanias*. Vat. IV.

NOTÆ

XVIII. 1. IN QUIBUSDAM TETRIS ABDITISQUE CAVERNIS DIRI GENERIS SERPENS, QUI &c.) Divina fiducia fretus & B. MARIÆ virginis auxilio populum Romanum sanctissimus Pontifex a gravissimo metu liberavit eidem incusso a venenosis serpentibus, qui locis quibusdam confragosis & inviis circa sanctæ Luciæ in Orphea insederant, iisdem in fugam actis, vel extinctis. Basiliscum dicunt anguem ceteris venenosiorem, & veluti imperitantem.

IN

vertit cum jejuniis, Dominum deprecari non cessans, ut ab hujusmodi omnes interitu liberaret. Dum hæc [c] agebantur, præclarus & celeberrimus dies advenit, [1] in quo beatæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ [d] Assumptio celebratur. Tunc præfatus & universalis papa a patriarchio cum hymnis & canticis spiritualibus, [2] sancta præcedente icona, ad basilicam sancti Hadriani martyris, sicut mos est, propriis pedibus cum omni clero perrexit. de qua regressus cum omni fidelium cœtu ad basilicam beatæ genitricis Dei & Domini nostri JESU Christi, quæ ad Præsepe dicitur, cum Dei laudibus magna comitante caterva populi properabat. Qui cum pervenisset ad locum, in quo ipse [e] mortifer basiliscus tetris, ut jam superius diximus, jacebat cavernis, [f] omnem clerum & populum stare præcepit, atque juxta easdem cavernas properans, super foramen, [g] unde ipsius pestiferi flatus egrediebatur serpentis, intrepidus stetit, & oculos ad cœlum pariter tetendit & palmas: Christumque, qui est super omnia [h] Deus, profusis lachrimis deprecatus est, ut ab eodem loco diri serpentis genus sua potentia effugaret. Et data super populum oratione, Dei laudes ad basilicam, quam superius memora-

VARIANTES LECTIONES

c Vat. IV. ita, editi, *agerentur*, Baron. *aguntur*. *d* Vat. I. *Adsumptio*. *e* Sic idem, vulgati codices, *sævissimus*, *f* Vat. IV. & Vat. VI. *omni clero & populo stare* &c. *g* Editi, *ipsius*, *ubi pestiferi*, Vat. VII. *unde pestifer flatus egrediens omnes, ad quos venire poterat, inficiabat intrepidus stetit, erectusque ad cœlum cum profusis lacrimis Deum deprecatus est, ut ab hoc loco diri serpentis genus sua potentia effugaret, profectoque præsule nulla ejus læsionis macula ultra apparuit*, Vat. VI. *ad cœlum pariter tendens Christum deprecabatur, ut ab eodem loco* &c. *ita effugatus est, ut ultra* &c. *nulla* &c. *macula pateret*. *h* Baron. *Dominus*. Vat. IV.

NOTÆ

XIX. 1. IN QUO BEATÆ DEI GENITRICIS SEMPERQUE VIRGINIS MARIÆ ASSUMPTIO CELEBRATUR) Festum *Assumtionis*, quod & Dormitionis ac Emigrationis dicitur, institutum in ecclesia fuit desinente sæculo sexto a Sergio I. ut in ejus vita numero XIV. Tom. I. & jam sæculo octavo viguisse notavimus in vita sancti Hadriani numero XLVIII. Tom. II.

2. SANCTA PRÆCEDENTE ICONA) Icon græce, latine imago. Fidelium cœtum ab ecclesia Lateranensi egredientem præcedebat Salvatoris imago,

moravimus, profectus est exhibere. Ab eodem vero die ipse pestifer basiliscus ita effugatus atque ab ipsis projectus est antris, ut ultra in illis locis nulla læsionis ejus macula appareret.

XX. Et aliud miraculum ipse almificus papa perfecit, quod enarrare breviter inchoemus. [a] In ipso, quod superius memoravimus, pontificii sui exordio, [1] Saxonum vicum validus ignis invasit, qui flammarum [b] virtute cuncta comburere cœpit validius: ubi populorum multa congregata sunt agmina, quæ hujus incendii flammas volebant extinguere: sed ventorum flatibus altius extendebatur ignis in aere, cuncta comburens atque comminuens; ita ut propius beati Petri principis apostolorum basilicæ [c] perveniret, Saxonum [d] Langobardorumque domos, ac porticum concremans atque diripiens. Quo audito ipse beatissimus pontifex anxius illuc celeri cursu profectus est, & obvius ante ignis impetum se præparavit, ac Dominum deprecari cœpit, ut ipsius incendii flammas extingueret, & crucis propriis faciens signaculum digitis, amplius ignis extendere flammas non potuit: sed beati virtutem ferre non valens pontificis, [e] extinctus flammas redegit [f] in cinerem.

Ipse

VARIANTES LECTIONES

XX. *a* Vat. IV. *In ipso vero*, Vat. VI. *In ipso anno*, Baron. *Ipsius*. *b* Vat. IV. *virtutibus*, Baron. *violentia*. *c* Male in editis, *proveniret*, Baron. *ita ut propius ad beati Petri Apostolorum principis positas perveniret Saxonum, & Longobardorum domos, porticum concremans*. *d* Ita Vat. IV. editi, *Langobardorum*. *e extinctus*) Vat. VI. paucis rem narrat: *Saxorum vicum validus ignis invasit, quem populorum multa agmina non valebant extinguere. Iste crucis signaculum propriis faciens digitis extinxit*, Vat. VII. breviori compendio: *Ipse per objectionem sanctæ crucis propriis scilicet digitis flammas incendii extinxit*. *f in cinerem*) quæ inde subsequuntur usque ad illa verba, *Nam octavam Assumptionis* &c. quæ numero XXVI. continentur Vat. IV. & Vat. VI. non legunt.

Ita

N O T Æ

go, & hæc forsan illa *acheropita* dicta exstans in Sancta Sanctorum, quæ in urgentioribus populi calamitatibus gestari solebat, sicuti factum legimus in Stephano II. num. XI. Tom. II.

XX. 1. SAXONUM VICUM VALIDUS IGNIS INVASIT) Exteris quibusdam gentibus inhabitandos concessere summi Pontifices quosdam in urbe vicos, qui ab eisdem denominationem sum-

XXI. Ipse vero a Deo amabilis & prudentissimus papa fecit in basilica beati Petri apostoli vela de fundato in circuitu [a] compte de blattin numero XLV. Fecit autem isdem egregius pontifex in monasterio sancti Martini, quod beati Petri basilicæ cohæret, ad laudem & gloriam ipsius beati Martini [b] oraculi miræ pulchritudinis vestem habentem historiam superius memorati sancti jacentis in lectulo, cum effigie Salvatoris Domini nostri Jesu Christi. Simul effigiem sanctæ martyris Agathæ, [1] habentis ad pedes effigiem ipsius almi pontificis, habentem gemmas hyacinthinas XVII. Item in eodem oratorio fecit vela IIII. & unum quidem habens rotas de chrysoclavo III.

XXII. [1] Fecit idem in basilica sanctorum [a] quatuor Fratrum vestem de fundato unam, habentem historiam ipsorum sanctorum martyrum, & effigiem ipsius almi præsulis, habentem gemmas XII. Similiter & vela de fundato IIII. Hic vero venerabilis & præclarus pontifex fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui canistrum [b] interrasilem de argento purissimo pensantem [c] libras.... Ubi supra obtulit coronas de argento mundissimo, pensantes [d] libras... Hic vero beatissimus

VARIANTES LECTIONES

XXI. *a* Ita cod. Vat. 1. editi, *compta de blattin*, Baron. *compta de blatta num.* XLVI. Cod. Reg. addit, *quæ pendent in presbyterio*. *b oraculum miræ pulchritudinis, & vestem de chrysoclavo* &c.) Idem.

XXII. *a quatuor Fratrum*) Cod. Reg. addit, *quæ ponitur in Silva Candida*. *b* Editi, *interrasile*, Vat. 1. ut in contextu. *c* Cod. Reg. *libras nonaginta*. *d* Idem, *libras ducentas*. *bimi-*

NOTÆ

sumserunt, ut vicus Sardorum, Saxonum, Frisonum, Corsarum &c. de quibus alibi verba fecimus, & præsertim in vita Leonis III. numero LXXVIII. Vicus Saxonum situs erat non procul a basilica principis Apostolorum: onde dictum etiam Xenodochium sancti Spiritus *in Saxia*, in vico nempe Saxonum.

XXI. 1. HABENTIS AD PEDES EFFIGIEM IPSIUS ALMI PONTIFICIS) Passim per ea tempora iis eisdem tabulis, in quibus Sanctorum imagines referebantur, subjiciebantur effigies Pontificum, quod eorumdem sanctitatis famæ minime officere censebant.

XXII. 1. FECIT IDEM IN BASILICA SANCTORUM QUATUOR FRATRUM) Sancti hi Quatuor Fratres, nisi iidem sint ac sancti Quatuor Coronati, qui alii fuerint ignoramus.

LU-

mus & præclarus papa superno fretus amore obtulit beato Petro apostolo ad splendorem & gloriam ipsius sanctissimæ basilicæ [a] lucernam [e] binixyn de argento purissimo, pensantem libras XLV.

XXIII. Isdem beatissimus præsul fecit [1] in ecclesia beati Silvestri confessoris atque pontificis, qui ponitur in monte [a] Soracte, vestem de fundato unam, habentem [b] angulos IIII. [c] duos quidem Tyrios, & duos fundatos. Fecit etiam isdem sanctissimus & beatissimus præsul in ecclesia beati Petri principis Apostolorum vela, quæ pendent [d] in arcu presbyterii, ex auro texta habentia historiam beati Petri apostoli, [e] numero XVIII. Nec non in oratorio beati Leonis confessoris atque pontificis, quod est situm infra prædictam ecclesiam, vestem de fundato unam, habentem historiam aquilarum: [f] Obtulit quoque ubi supra coronam de argento unam, pensantem libras . . . . . [g] Tam etiam fecit ibi ipsum vela de fundato, ornata ex utraque parte de blattin, numero XX.

XXIV. Obtulit etiam beato Petro apostolo calices de argento, qui sedent super circuitu altaris, numero XVI. pensantes

VARIANTES LECTIONES

[a] Vat. 1. *bimixyn*, Baron. *bimixem*.

XXIII. *a* Vat. 1. *Sirapti*. *b* Cod. Reg. *angelos* IIII. *c* Baron. *duos de tigrin*. *d* Vat. 1. *in arcos*. *e numero* XVIII.) Cod. Reg. addit inde: *Nec non & oratorium beati Leonis confessoris atque pontificis, in quo prius sanctum altare fundatum inerat, atque sacratissimum corpus ejusdem beati Leonis sepultum fuerat, tulit. Et non longe ab eo aliud noviter construens infra ecclesiam beati Petri apostoli cum summo honore perduxit, & oratorium suum suo nomine titulavit; absidamque ei desuper aurato musivo depinxit; & ciborium, sicut sanctum altare, ex marmoribus exculptis perornavit. Ambonem vero atque presbyterium cum columnellis marmoreis, sculptis atque lapidibus decoravit. Fecit etiam in jam dicto oratorio vestem* &c. *f* Vat. 1. *Optulit*. *g* Idem ita, codices vulgati, *Jam etiam fecit ibi*.

Cod.

NOTÆ

2. LUCERNAM BINIXYN) quid significet hujusmodi lucerna explicavimus in Leone III. num. LIX. De eadem infra num. XCIII.

XXIII. 1. IN ECCLESIA BEATI SILVESTRI CONFESSORIS ATQUE PONTIFICIS, QUI PONITUR IN MONTE SORACTE) Eo in loco, in quo, Maxentio tyranno Romam tenente, se occuluit papa Silvester, in ejus honorem ecclesia ædificata est, quæ exstat adhuc.

ſantes [a] libras ... Verum etiam & calicem [b] pendentem cum catenulis & delphinis, penſantem [c] libras .... [d] Item ſanctiſſimus & coangelicus præfatus præſul poſt deprædationem Sarracenorum iſtius eccleſiæ fecit & [e] in corpus beati Petri apoſtoli imagines [f] argenteas, rotaſque numero III. & unam quamdam in medio, habentem effigiem Salvatoris Domini noſtri JESU Chriſti cum gemmis in capite per crucem ornatam hyacinthinis & praſinis. Item aliam quamdam poſitam ad dextram partem Salvatoris, habentem vultum beati Petri apoſtoli & beatæ [g] Petronillæ: aliam quamdam poſitam ad partem lævam [h] depictam vultu beati Andreæ apoſtoli, ſimul & vultu prædicti ſummi præſulis; [i] penſantem [k] lib. CIIII. Fecit ubi ſupra ſara ærea, quæ ſedent ſuper veſtibulum ſacri altaris, numero XII.

XXV. Sæpe vero hic beatiſſimus papa omnia Sanctorum, quæ deſtructa fuerunt, loca reædificare magnopere cupiebat. [1] Nam monaſterium Corſarum, quod juxta baſilicam beati Sixti martyris atque pontificis ſitum eſt: quod quorumdam malorum hominum fuerat operibus deſolatum, & ad ſæcularem habitationem perductum, pro ſalute ac futura retributione animæ ſuæ perfectius reſtauravit. In quo etiam ancillarum Dei congregationem munivit ad perſolvendum Dei omnipotentis [a] quotidie laudes, muneribus auxit, divitiis

VARIANTES LECTIONES

XXIV. *a* Cod. Reg. *libras centum quadraginta*. *b* Baron. *pendulum*. *c* Idem cod. *libras ſexaginta ſeptem*. *d* Vat. I. *Ideo ſanctiſſimus*. *e* Sic idem, vulgati, *ſuper corpus*, Baron. *ad corpus*. *f* Cod. Reg. *argenteas deauratas*. *g* Vat. I. *Petronellæ*, ut alibi. *h* Idem ita, editio vulgata, *depictam vultum habentem* &c. *i* Baron. *penſantes omnes*. *k libras* CIIII.) in cod. Reg. hæc adduntur: *Fecit in eadem baſilica rete argenteum ſuper trabem majorem a ſinſlar illius, quod prius ante ibi erat ante devaſtationem Saracenorum, habens gabathas & caniſtra argentea pendentia numero decem. Renovavit etiam & regularem per columnas in circuitu.*

XXV. *a* Vat. I. *cottidie*, ſic infra & paſſim. Vat. VI.

NOTÆ

XXV. 1. NAM MONASTERIUM CORSARUM, QUOD JUXTA BASILICAM BEATI SIXTI MARTYRIS, ATQUE PONTIFICIS SITUM EST) Ubi eccleſia ſancti Cæſarii. Vid. ſupra in Sergio II. num. XXV.

NAM

vitiis perornavit, & omnia sacris præceptis, quæ exinde ablata fuerant, restaurans, suis sanctis digitis plenius ea confirmavit.

XXVI. Is sæpius memoratus & beatissimus papa prædicationis suæ alloquio multos ad cognitionem veritatis perduxit, & salutiferas omnibus operationes quotidie demonstravit. [a] [1] Nam octavam Assumptionis beatæ Dei genitricis diem, [b] quæ minime Romæ antea colebatur, vigiliis sacris, matutinisque cum omni clero pernoctans laudibus in basilica ejusdem semper virginis Dominæ nostræ, [c] quæ foris muros juxta basilicam beati Laurentii martyris sita est, [d] celebrari præcepit. In quam etiam magna populi multitudo convenerat, novæ festivitatis cupiens celebrare [e] solemnitatem. Hoc ipse magnanimus cum videret antistes, [f] [2] omnibus, qui aderant huic celebritati, [g] plures argenteos erogavit.

XXVII. Fecit vero isdem beatissimus in ejusdem Dei genitricis semperque virginis MARIÆ ecclesia vestem [a] de fundato unam. Nec non fecit ibidem vela numero XLV. Et

VARIANTES LECTIONES

XXVI. *a* Vat. VI. *Hic præsul octavam Assumptionis beatæ genitricis diem, quæ minime Romæ antea celebravatur, celebrare præcepit*. Post hæc silet usque ad numerum XLI. *b* Baron. *quam minime Roma antea colebat*. *c* Vat. IV. *quæ foris est*. *d* Baron. *celebrare*. *e* Vat IV. *solempnitatem*, cod. Reg. *festivitatem*. *f* Editio vulgata, *omnes, qui aderant*, Vat. I. ut in contextu, *g* Baron. *plenius*.

XXVII. *a de fundato unam*) Post hæc Vat. IV. *& multa alia obtulit illi dona. Fecit isdem benignissimus crucem* &c. quæ num. insequens XXVIII. exhibet.

Ita

NOTÆ

XXVI. 1. NAM OCTAVAM ASSUMPTIONIS BEATÆ DEI GENITRICIS DIEM, QUÆ MINIME ROMÆ ANTEA COLEBATUR, VIGILIIS &c.) Primus institutor octavæ Assumtionis B. MARIÆ virginis fuit Leo IV. *nam*, inquit Bibliothecarius, *in basilica ejusdem semper virginis Dominæ nostræ, quæ foris muros juxta basilicam beati Laurentii martyris sita est, celebrari præcepit*. Hujus basilicæ ruinæ ipsæ periere.

2. OMNIBUS, QUI ADERANT HUIC CELEBRITATI, PLURES ARGENTEOS EROGAVIT) Præter rogam, de qua in Part. I. & in II. dictum est, quæ clero distribui a Pontificibus solebat, largitiones aliæ, & quidem in denariis numeratis fieri consuevere a Pontificibus in quibusdam extraordinariis solemnitatibus: quarum fortasse primum exemplum a Leone IV. datum est. Durat etiamnum consuetudo in die consecra-

[a] Et infra in ipsius ecclesiæ oratorium, quod vocitatur beatæ Barbaræ, obtulit vestem de fundato unam. Ipse adeo præcipuus antistes [2] & in oratorio sanctæ Eugeniæ fecit vestem de fundato unam. Et hic solertissimus, Deo opitulante, sanctissimusque, & in omnibus præclarus atque præcipuus pontifex magno animo & pura voluntate [3] donavit in ecclesia beati protomartyris Stephani, quæ ponitur foris muros juxta ecclesiam beati Laurentii martyris, vestem de fundato unam. Et infra hujus mœnia ecclesiæ in oratorio beati Leonis martyris fecit vestem de fundato unam.

XXVIII. Et ipse mitissimus pontifex atque acutus in omnibus bonis obtulit in ecclesia beatæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ, [1] quæ ponitur infra dictum monasterium, quod vocatur Corsarum, vestem de fundato unam. Ubi supra obtulit in oratorio sancti Cæsarii vestem de fundato unam. Fecit isdem benignissimus crucem auream [a] a noviter. [b] [2] & ipsa crux, ut mos antiquitus, a subdiaconibus manibus ferebatur ante equum prædecessorum

suo-

VARIANTES LECTIONES

XXVIII. *a* Ita Vat.1. ac passim, editi, *noviter*. *b* Vat.1v. *& ipsam crucem, qua ut mos antiquitus, ferebant* &c. Vat.1. ut in contextu.

Idem,

N O T Æ

secrationis Papæ, seu, ut dicitur, coronationis, inque ejusdem diei annua solemni celebratione, largiendi pauperibus nummos.

XXVII. 1. ET INFRA) Frequens est apud Auctorem Vitarum usurpatio vocis *infra* pro *intra*, ut alibi quoque adnotavimus.

2. ET IN ORATORIO SANCTÆ EUGENIÆ) De oratorio sive ecclesia sanctæ Eugeniæ vid. in Leone III. numero XLVI.

3. DONAVIT IN ECCLESIA BEATI PROTOMARTYRIS STEPHANI, QUÆ PONITUR FORIS MUROS &c.) In ecclesia sancti Laurentii sub ara maxima reposita sunt beata corpora sanctorum martyrum Stephani protomartyris, & Laurentii levitæ, vel simul ibi collocata in prima sacræ basilicæ ædificatione, vel si forte corruerit quæ proxima fuerat sancti Stephani, in eam, quæ superfuit & superest, sancti Laurentii, corpus beati Stephani translatum fuit.

XXVIII. 1. QUÆ PONITUR INFRA DICTUM MONASTERIUM, QUOD VOCATUR CORSARUM) Et monasterium & sacra ædes proxima monasterio sancto Cæsario dicata *Corsarum* cognomine a Bibliothecario indicantur.

2. ET IPSA CRUX, UT MOS ANTIQUITUS, A SUBDIACONIBUS MANIBUS

ſuorum Pontificum, quam Deo juvante, in auro & argento, ac gemmis melius [e] renovavit.

XXIX. Obtulit vero in eccleſia beatæ Nymphæ martyris, quæ eſſe videtur in civitate Portuenſi, veſtem de fundato unam. Similiter fecit in eccleſia beatorum martyrum Coſmæ & Damiani, quæ in Silva candida eſſe videtur, veſtem de fundato unam: nec non ubi ſupra obtulit vela de fundato III. ornata in circuitu de blattin. Hic vero beatiſſimus papa ſacratiſſimorum Martyrum ſepulchra devota mente ardentique aſſidue pectore viſitabat: quos vigiliis ſacriſque orationibus cuncto pro orthodoxæ fidei populo exorabat.

XXX. Die autem quadam cum ad ſepulchrum beati Laurentii martyris perveniſſet, & ſolito more orationem expleret, diligentius inquirere cœpit, ac dicere: *Quanti* [a] *quotidianas hic monachi Deo omnipotenti* [b] *referunt laudes?* Tunc omnes qui aderant, beato Pontifici protulerunt, quod a quibuſdam Pontificibus duo monaſteria ibidem fuiſſent conſtructa; ſed pro magna paupertatis inopia [c] in deſolationem redacta ſunt. Mox autem ipſe almificus pontifex ſuperno nutu compunctus [1] monaſterium, quod nunc ſancti vocatur Ste-

VARIANTES LECTIONES

e Idem, *renovabit*, pro *renovavit*, Vat. IV. deinde: *Fecit quidem in oratorio ſancti Hadriani* &c. quæ habentur infra num. XXXVII.

XXX. *a* Vat. I. *cottidianas*. *b* Idem ita, editi, *referant laudes?* c Iidem, *in deſolationes reducta ſunt*, Baron. *redacta ſint*. Vat. I. ut in contextu.

Cod.

NOTÆ

BUS FEREBATUR ANTE EQUUM PRÆDECESSORUM PONTIFICUM) Diximus longe antiquiorem ſæculo IX. fuiſſe morem præferendi crucem Romano Pontifici quocumque ſe contulerit. Pontificiis denariis crux pariter præfixa eſt per ea præſertim tempora, quibus cœpit ſignari moneta Romani Pontificis nomine. Hinc Angel. de Nuce in Not. ad Leon. Oſtienſ. lib. 2. cap. 2. ubi de annulis ſignatoriis & ſigillis num. 845. *& ſane antiquitus in monetis Sanctorum effigies nullas impreſſas cernimus, ſed interdum crucem*. & S. Joann. Chryſoſt. in Homil. de Venerat. Crucis: *Signaculum crux appellata eſt, quod teſtamenta & ſtatuta divina omnia, quæ accepimus, hoc quaſi ſigno quodam regio & annulo obſignamus*.

XXX. 1. MONASTERIUM, QUOD NUNC SANCTI VOCATUR STEPHANI ET CASSIANI &c.) In hoc monaſterio,

Stephani & Cassiani, restaurans, muneribus ac divitiis locum [d] plenissime perornavit. In quo etiam sanctæ conversationis plures Græcos genere instituit monachos, qui Deo omnipotenti eidemque martyri die noctuque laudes persolverent.

XXXI. Ipse quidem a Deo protectus, & venerabilis præsul intra basilicam beati Petri apostoli [1] oraculum miræ pulchritudinis, summique decoris construxit, quod [a] pulchris marmoribus circumdans splendide compsit, absidamque ejus ex musivo aureo superinducto colore glorifice decoravit. in quo etiam venerabile corpus beati Leonis confessoris, atque pontificis recondens, sacrum desuper construxit altare, & ciborium cum cruce exaurata ad laudem, & gloriam Christi nominis hoc fretus amore perfecit, ut sibi dignum in æthere conquireret locum.

XXXII. [a] Patratis itaque omnibus, atque perfectis operibus, quorum jam sigillatim superius nomina scripta, vel memorata sunt, confestim isdem pastor & pater egregius quamvis universarum proficuam ecclesiarum Dei curam, dignamque solicitudinem gereret, & ad omne opus bonum præ omnibus intentus existeret, ex intimo cordis sui longa trahens suspiria, cum quotidie beatissimi Apostolorum principis Petri sacratissimum altare cerneret violatum, & ad tantam inhonestatem a Sarracenis perfidis Deoque contrariis, & [b] vilitatem perductum, etiam & quod dolentes mœrentesque dicimus,

VARIANTES LECTIONES

d Cod. Reg. *locupletissime*.
XXXI. a Baron. *pulchris marmoribus circumdatum*.
XXXII. a Idem, *Peractis*. b Var. 1. *bilitatem*.

Baron.

NOTÆ

rio, quod erat juxta ecclesiam sancti Laurentii, instaurato & muneribus aucto monachi græci a Leone constituti sunt, qui ritu suo divina officia nocte dieque persolverent.

XXXI. 1. ORACULUM MIRÆ PULCHRITUDINIS) Oraculum pro oratorio sæpe occurrit. Vid. in I. Part. in Martino num. 11. & in Agathone numero IV. In illo collocavit Leo corpus sancti Leonis confessoris & pontificis, in quo colitur etiam hodie cum aliis ejusdem nominis Pontificum corporibus.

mus, ipse undique christianum populum [c1] ad jam fati principis sacratissima orationis causa, vel gratia limina [d] destinari cerneret, & ob hoc vota sua, ut olim, perficere non pleniter satagebat, ideo omnipotentis Domini fretus auxilio, atque consilio, & virtute munitus, aureis simulque argenteis tabulis, non tantum confessionem sacram, verum etiam frontem sæpedicti altaris satis decenter, & honorifice perornavit, ut præsens per omnia opus ibidem dedicatum luce clarius manifestat.

XXXIII. Quamobrem venerandi altaris frontem præcipuam tabulis auro optimo noviter [a] dedicavit, una cum gemmis quamplurimis valde optimis ac pretiosis totam circumdedit, & in meliorem, ut prius, statum decoremque perduxit. In quibus scilicet aureis, ut dictum est, tabulis non solum Redemptoris nostri forma depicta præfulget, verum & ejus Resurrectio veneranda, atque [b] indicium sacræ ac salutiferæ crucis. Petri quoque, Paulique pariter vultus, atque Andreæ in prænominatis tabulis similiter splendent, atque coruscant, inter quos sanctissimi IIII. Leonis præsulis, nec non & [c] spiritalis filii sui domni imperatoris [d] Hlotharii propter futuram memoriam, sive mercedem, personæ Deo caræ, per cuncta sæcula venerandæ, depictæ sunt.

XXXIV. [a1] Fecit denique tabulam de smalto, opus

CCXVI.

VARIANTES LECTIONES

c Baron. *ad jam fati principis Apostolorum sacratissima limina orationis causa convocavit, qui vota sua perficere pleniter satagebat*. d Vat. 1. *destinavit ob hoc*.

XXXIII. a Baron. *exornavit, & eam gemmis quamplurimis valde optimis acoretisiit totam circumdedit*. b Baron. *judicium*. c Editi, *specialis*, Vat. 1. *spālis*, hoc est, *spiritalis*, ut in contextu. d Sic idem Vat. 1. vulgati, *Lotharii*.

XXXIV. a Baron. *Quod denique in tabula opus de smalto*, cod. Reg. *Quod denique tabularum opus* &c. Idem.

N. O T Æ

XXXII. 1. AD JAM FATI PRINCIPIS SACRATISSIMA ORATIONIS CAUSA, VEL GRATIA LIMINA DESTINARI CERNERET). Ad limina Apostolorum christiani populi concursus devotionis caussa etiam tunc temporis notari meretur, quod vidimus etiam in Gregorio II. num. IX.

XXXIV. 1. FECIT DENIQUE TABULAM DE SMALTO) Ex vitro in pulverem

[b] ccxvi. auri obrizi pensan. libras. Confessionem vero crebro dicti altaris tabulis ex argento [c] patratis purissimo simili modo tota animi devotione ad antiquum decus, & statum perduxit. In quibus Salvatorem in throno sedentem conspicimus pretiosas in capite gemmas habentem, & a dextris illius Cherubin, a læva quoque ejus vultus Apostolorum, ceterorumque depictos. Immo & rugas sacræ confessionis ex argento constructas vultus habentes beatissimi Petri, & Pauli pensantia omnia libras ccviii.

XXXV. Ipse vero a Deo amabilis, & prudentissimus pontifex fecit in basilica beati Petri apostoli vela ex auro texta pendentia [a] in arcubus compte in circuitu de blattin numero xi. Nec non & in oratorio sancti Leonis pontificis intra ecclesiam beati Petri apostoli fecit vestem sericam albam sigillatam cum gammadiis & periclysi de blattin unam, & vela similiter alba majora ii. minora viii. Et [1] in monasterio sancti Cæsarii, quod ponitur in Palatio, fecit vestem de fundato unam, & [b] vela viii. Ipse vero a Deo protectus, & venerabilis pontifex propter retributionem, & mercedem animæ

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *ducentas sexdecim pensat*, Vat. I. *ducentas sedecim*. *c* Vat. I. ita, editi, *paratis*, Baron. *compactis*.
XXXV. *a* Vat. I. *in arcora*. *b* Baron. *vela* iv.

Idem,

NOTÆ

verem contrito & vehementi flamma sollicitato & liquato opus picturæ conficitur instar splendidæ crustæ laminis æreis vel aureis superinductæ: idque opus encausticum dicitur, vulgo *smalto*.

XXXV. 1. IN MONASTERIO SANCTI CÆSARII, QUOD PONITUR IN PALATIO) Idem cum eo, quod dictum est Corsarum. *In Palatio* autem dicitur, seu juxta palatium, hoc est, juxta thermas Aurelii Antonini Caracallæ. Vulgus ædificia quæcumque ingentia *palatia* vocabat, ut testatur etiam Nardin. lib. vii. cap. vi. pag. 446. *essendo stata solita la rozza antichità moderna dir* Palazzi *i residui dell' antiche fabriche grandi, come del Palazzo di Trajano, e del Costanziano disse nella 7. Regione: è anche facile, che Palazzo Antoniano fossero alcuni secoli fa dette Terme di Caracalla; donde il nome della Chiesa di* S. Cesario, *che gli è appresso, e l'opinione del Palazzo dell' Imperator medesimo potè derivare*.

IN

mæ ſuæ fecit [c] [2] in cimiterio beatæ Agathæ martyris, quod ponitur foris portam beati Pancratii martyris, veſtem de fundato unam, & vela VIII.

XXXVI. Quiſnam dicere valeat, vel narrare ſufficere poſſit, quanta ipſe a Deo protectus, & ſolertiſſimus Papa ſanctis locis devota obtulit mente dona? Nam in oratorio, quod Pauli dicitur papæ, miræ pulchritudinis obtulit [a] veſtem aquilarum habentem hiſtoriam cum cruce de chryſoclavo, & gammadiis, unam. [1] Fecit autem in oratorio ſanctorum Proceſſi & Martiniani ſplendoris non modici [b] veſtem cum rotis & hominibus, & hiſtoriam cum cruce ſimiliter de chryſoclavo, & gammadiam unam. Aliam vero [c] veſtem fulgidæ viſionis [2] in baſilica ſanctæ [d] Petronillæ perfecit, habentem rotam, aquilamque cum cruce de chryſoclavo & gammadiis unam.

XXXVII. Obtulit vero [1] in oratorio ſanctæ Dei genitricis ſemper virginis Dominæ noſtræ MARIÆ, quod in Mediana conſiſtit, veſtem ſimiliter cum rotis, aquiliſque & cruce de chryſoclavo cum gammadiis, unam. Fecit quidem in oratorio ſancti Hadriani veſtem cum rotis, [a] hominumque effigies,

VARIANTES LECTIONES

c Idem Baron. *in monaſterio*.

XXXVI. *a* Baron. *veſtem de fundato aquilarum habentem imagines*. *b* Idem, *veſtem cum rotis, aquilis, & cruce de cryſoclavo cum gammadiis*, cod. Reg. *veſtem habentem hiſtoriam hominum una cum cruce & gammadiis*. *c* Idem, *veſtem de fundato*. *d* Vat. 1. *Petronellæ*, ut alibi.

XXXVII. *a* Cod. Vallicell. C 25. *hominumque effigiis*.

& gam-

NOTÆ

2. IN CIMITERIO BEATÆ AGATHÆ MARTYRIS) exſtat extra portam ſancti Pancratii, vocatum etiam cœmeterium ſanctorum Proceſſi, & Martiniani.

XXXVI. 1. FECIT AUTEM IN ORATORIO SANCTORUM PROCESSI, ET MARTINIANI) Juxta eccleſiam beatæ Agathæ, ut in ſuperiori numero dictum eſt.

2. IN BASILICA SANCTÆ PETRONILLÆ) In via Ardeatina indicat Arringhius Rom. Subterran. lib. III. cap. XVIII.

XXXVII. 1. IN ORATORIO SANCTÆ DEI GENITRICIS SEMPER VIRGINIS DOMINÆ NOSTRÆ MARIÆ, QUOD IN MEDIANA CONSISTIT) Mediana eſt navis magna baſilicæ, media inter duas minores. Vid. in Leone III. num. LV. & CI.

figies,crucem similiter de chrysoclavo,[b] & gammadiis, unam. Ipse vero sæpius memoratus & beatissimus papa obtulit [1] in basilica sancti Sebastiani martyris, quæ in Frascata consistit, vestem pretiosissimæ claritatis cum cruce [c] de chrysoclavo, & gammadiis, unam. Qui summus, & præcipuus præsul fecit in basilica beati Petri apostoli cortinam holosericam cum historiis multis claritatis immensæ ad decorem, & gloriam ipsius sacratissimæ basilicæ, unam.

XXXVIII. Cum vero hæc, & [a] cetera, quæ retroscripta sunt, Leo vir beatissimus Quartusque præsul, Domino [b] solaciante, amoris ac desiderii gratia per diversa piorum loca sanctorum perfectius contulisset, tunc de Romanæ urbis statu, ac restauratione murorum, qui longo jam senio atque vetustate nimia fracti, dirutique funditus videbantur, cœpit cum Jesu Christi domini tractare consultu, ne si diu sub hac [c] negligentia, sive oblivione [d] consisterent, aut Domino permittente, facilius [e] ab hostibus aut capi, aut forsan expugnari potuissent: ideo ne hoc in futurum malum fieret, omnes prænominatæ [f] muros civitatis Romanæ, [1] duodecima [g] siquidem instante Indictione renovare, atque ad priorem cultum decusque tota mentis alacritate reducere [h] curavit. [i] Et non solum muros, quos diximus, celeri fieri agilitate præcepit, sed & por-

VARIANTES LECTIONES

b & gammadiis unam) Cod. Vat. IV. subdit inde: *Cum vero hæc & cetera, quæ* &c. ut in numero insequenti XXXVIII. *c* Cod. Vallicell. C 25. *de crisoclavo & margaritis*.

XXXVIII. *a* Ita Vat. IV. & cod. Reg. *b* Idem Vat. IV. *solatiante*. *c* Vat. I. *neglegentia*. *d consisterent*) Baron. addit, *esset*. *e* Vat. IV. *ab hostibus capi aut forsitan* &c. *f* Vat. VII. *Hic quoque mœnia urbis Romana reparavit*. *g* Vat. I. *Siquidem instante* &c. *h* Idem, *reducere curavit*, ut in contextu. *i* Vat. IV. *Et non solum muros, verum etiam omnes portas lignis renovare præcepit. Insuper etiam* XV. *turres ab ipso solo dirutas novis fabricis restaurare præcepit: quarum duas* &c. ut mox infra. Baron.

NOTÆ

1. IN BASILICA SANCTI SEBASTIANI MARTYRIS, QUÆ IN FRASCATA CONSISTIT) *Frascati* nunc dicimus antiquum Tusculum, post cujus excidium nova hæc urbs surrexit in paullo humiliori loco.

XXXVIII. 1. DUODECIMA SIQUIDEM INSTANTE INDICTIONE) anno Christi DCCCXLIX.

IPSAS

portas, quibus omnis ſæpe clauditur civitas, novo cultu lignisque [k] prævalidis ob inimicorum metum, ſive terrorem reædificari feſtinantius juſſit.

XXXIX. Quæ denique omnia, ut cito fierent, & ad effectum, decoremque eſſent perducta, præfatus vir apoſtolicus [a] indifferenter non ſolum equo reſidens, [b] verum tamen ſine pedibus propriis per muros, vel portas cum ſuis fidelibus diſcurrebat, quatenus in reſtauratione eorum mora nulla, aut dilatio fuiſſet exorta. Quapropter, ut ante jam dictum eſt, [c] inter cetera maximam de Romana urbe curam, ac ſolicitudinem venerandus Pontifex gerens [d] undique ad meliorem, novumque cultum cuncta noviter deduxit, [e] vel noviter dedicavit, & quindecim ab ipſo ſolo turres, quas funditus dirutas per circuitum urbis [f] reperit, novis fabricis reſtaurari præcepit: [g] quarum duas juxta Portuenſem portam ita ſapienter ac prudenter venerabilis Præſul ad ipſam oram Tiberis, id eſt, [h] juxta litus fluminis ædificari diſpoſuit, ut nullus prius hominum vel cogitare, vel conſiderare valebat. Et quia per hunc locum non ſolum naves, verum etiam homines ante [i] facile ingrediebantur, nunc autem vix unquam per eum parvæ naviculæ introire valebunt, & hoc [k] propter futurum Sarracenorum periculum, & ſalutem Romanæ urbis [l] factum eſt.

XL. [a] [1] Ipſas igitur turres non ſolum lapidibus, ſed etiam fer-

VARIANTES LECTIONES

k Baron. *prævalide.*

XXXIX. *a* Idem Baron. *indeſinenter*. *b* Idem, *verum etiam*. *c* Ita cod. Reg. Vat. I. *inter cera maximam*, leg. *inter cetera*, editi, *inter curas*. *d* Baron. *undique ad novum melioremque cultum per cuncta deducens*. *e vel noviter dedicavit*) iſta ex Vat. I. *ſuppleta ſunt*. *f* Cod. Vallicell. C 25. *repperit*. *g* Libri editi, *quarum denique duas*, Vat. IV. ut in contextu. *h* Baron. *juxta ripam ædificare*. *i* Idem, *pedibus*, Vat. IV. *facilius*. *k* Sic idem, editi, *propter futurum teſtimonium Saracenorum periculum* &c. Baron. *hoſtium Saracenorum*. *l* Vat. I. *actum eſt*.

XL. *a* Cod. Reg. *Ipſas etiam*. Vat. I.

NOTÆ

XL. 1. IPSAS IGITUR TURRES NON SOLUM LAPIDIBUS, SED ETIAM FERREIS MUNIRI CURAVIT CATENIS &c.) Ad firmiorem urbis

 ſecu-

ferreis muniri curavit catenis, quatenus, si necessitas fuerit, per eumdem locum nulla valeat [b] navis transire. Quod noviter opus constructum, & Romanæ urbis defensionem præstat, & videntibus non modicum, sed grande miraculum, quia cum magna sapientia, subtili prudentia & [c] honestate patratum est.

XLI. [a] Ipse quoque a Deo protectus, & beatissimus Papa multa corpora Sanctorum, quæ diu [b] inculte jacebant, summo studio, summoque cordis affectu ad honorem omnipotentis Dei infra hujus almæ urbis mœnia mirifice congregavit. [1] Nam & corpora sanctorum martyrum Quatuor Coronatorum solerti cura inquirens reperit. Pro quorum desiderabili amore basilicam, [c] quæ Sanctorum fuerat nomini consecrata, quam ipse [d] usque dum ad pontificii deductus est apicem, prudentissimo moderamine rexit, quæ per olitana curricula temporum quassata vetustatis defectu, & [e] pæne ruinis confracta [f] diu antiquitus [g] videbatur, & convulsa, supernæ virtutis annuente clementia in splendidiorem, [h] pulchrioremque cultum & statum a fundamentis construxit, & ad laudem omnipotentis Dei, eorum sacratissima corpora, [i] id est, Claudii, Nicostrati, [k] Sympronlani, atque Castorii, & Simplicii, necnon

VARIANTES LECTIONES

b Vat. I. *nabit*, pro *navis* &c. Vat. IV. hæc inde: *Nam ipse beatissimus corpora sanctorum Quatuor Coronatorum* &c. quæ insequenti numero recitantur. *c* Baron. *sedulitate peractum est*.

XLI. *a* Ita Vat. IV. editi, *Ipse dum*. *b* Baron. *occulta*. *c* Idem, *quæ in honorem Sanctorum fuerat Domino consecrata*. *d* Idem, *ante quam*. *e* Idem, *penitus*. *f* Idem, *diuturna antiquitate*. *g* Vat. I. *videlatur conbulsa*. *h* Vat. IV. *pulchrioremque cultum ac statum*. *i id est, Claudii, Nicostrati* &c.) Sic idem, libri editi, *cum Claudio, Nicostrato* &c. *k* Cod. Vallicell. C 25. *Simproniani*, Baron. *Symphoriani una cum Symplicio* &c. Vat. VI.

N O T Æ

securitatem jussu Pontificis extructæ sunt ad portam Portuensem hinc inde turres, ex quibus catena ferrea protenderetur ad impediendum navibus ingressum Tiberis.

XLI. 1. NAM ET CORPORA SANCTORUM MARTYRUM QUATUOR CORONATORUM SOLERTI CURA INQUIRENS REPERIT &c.) Non solum corpora sanctorum martyrum Quatuor Coronatorum in ecclesia eis dicata collocavit, sed aliorum plurium, quorum nomina hoc in loco recitat Bibliothecarius.

nec non [l] Severi, Severiani, Carpophori & Victorini, [m] quatuor Fratrum: [n] Deinde [o] Marii, Audifacis & Abacuc, Feliciffimi & Agapiti, [p] Hippolyti [q] cum fuis familiis numero decem & octo, [r] Aquilini, Aquilæ & [s] Prifcæ, [t] Arfæque, [u] Aquini, [x] Narciffi & Marcellini, Felicis, Simetrii, [y] Candidæ atque Paulinæ, Anaftafii & Felicis, Apollionis & Benedicti, Venantii atque Felicis, Diogenis & Liberalis, Fefti, & Marcelli, atque Superantii, Pudentianæ & Benedictæ, Felicis & Benenati: nec non caput fancti Proti, fanctæque Cæciliæ, fancti Alexandri, fanctique Sixti, & fancti Seba-

VARIANTES LECTIONES

l Vat. VI. *filicet Severi, Severiani, Carpofori, & Victorini cum Claudio, Nicoftrato* &c. *m quatuor Fratrum*) Hæc Vat. IV. & Vat. VI. non legunt. Vat. I. cum vulgatis, *quatuor Fratribus*. *n* Vat. IV. & cod. Vallicell. C 25. ita Vat. I. *Verum tamen*, Baron. *Verum etiam*, editi, *Item*. *o* Iidem editi, *Marius, Audifax, & Abacum cum Feliciffimo* &c. Vat. I. *Marius, Audifax, Abbacum, Feliciffimo* &c. præpofitione *cum* omiffa. Vat. IV. *Marii, Audifax, Abbacuc, Feliciffimi*, &c. reliquis nominibus in cafu genitivo prolatis, ut in contextu. Vat. VI. *nec non Mario, Audifax, & Albacucb, Feliciffimo* &c. Cod. Vallicell. C 25. *Martii, Audifacis, & Abbacuæ*, Baron. *Marthæ, Marii, & Abacum*. *p* Vat. I. *Ipoly*, hoc eft, *Ipolyti*, Vat. IV. *Ipoliti*, Vat. VI. *Ypolito*, cod. Vallicell. C 25. *Ipolyti*, Baron. *Hippolyti*, ut in contextu. *q* Vat. I. *cum fuis f.* (*familiis*, fcilicet, aut *famulis*, ut mox infra) *num.* XVIIII. Vat. IV. *cum fua familia numero decem & novem*, ita quoque cod. Vallicell. C 25. Vat. VI. *cum fuis famulis numero* &c. Baron. *cum fuis famulis numero viginti novem*. *r* Vat. I. & VI. *Aquila*, Vat. IV. *Aquilæ*, Baron. *Aquilina*. *s* Vat. I. & Vat. VI. *Prifca*, Vat. IV. *Prifcæ*, Baron. *Prifco*. *t* Vat. I. cum Vat. VI. *Arfeo*, ita etiam Baron. Vat. IV. *Arfæque*, ut in contextu, cod. Vallicell. C 25. *Arfequi*. *u* Idem, *Aquitii*, Vat. I. & Vat. VI. *Aquino*, Vat. IV. *Aquini*. *x* Vat. I. *Narcifo, & Marcellino, Felice, Simetrioque*, Vat. IV. *Narciffi & Marcellini, Felicis Simetriique*, Vat. VI. *Narciffo & Marcellino, Simetriaque*, cod. Vallicell. C 25. *Felicis, Symetriique*, Baron. *Narciffo, Marcellino, Symmetrio*. *y* Vat. I. *Candida atque Paulina, Anaftafio, Felice, Apollione & Benedicto, Venantio, atque Felice, Diogene & Liberali, Fefto & Marcello, atque Superantio, Pudentiana, & Benedicto, Felice & Venenato*, pro *Benenato*, *nec non capise fancti Proti* &c. Vat. IV. *Candidæ atque Paulinæ, Anaftafii, & Felicis, Apollionis & Benedicti, Venantii, atque Felicis, Diogenis & Liberalis, Fefti & Marcelli, atque Superantii, Pudentianæ, & Benedictæ, Felicis, Bennati; nec non caput fancti Proti* &c. Vat. VI. *Candida atque Paulina* &c. *Venancio* &c. *Superancio, Prudentiana, & Benedicto, Felice & Venenato* (leg. *Benenato*, ut fupra) *nec non cum capite fancti Proti* &c. Cod. Vallicell. C 25. *Candidæ, Venantii atque Felicis, Benenati, nec non caput fancti Protbi*, Baron. *Candida* &c. *Exuperantio* &c. *& Benenato* ..... Editi, *Candido, atque Paulina, Anaftafio* &c. *Diogene & Siberali* &c.

Vat. IV.

Sebastiani, atque [z] sacratissimæ virginis Praxedis pariter [aa] sub sacro altari recondens collocavit, [bb] & aliorum, quorum nomina Deo sunt cognita.

XLII. Super quod etiam ad gloriam Creatoris miro opere, miræque pulchritudinis cyborium ex argento purissimo aureo [a] superinductum colore cum gemmis prasinis, & hyacinthinis pensan. libras trecentas tresdecim & semis. Ubi supra obtulit in eadem ecclesia vela rubea, quæ pendent in circuitu altaris, numero quatuor. Idem quoque sanctissimus Præsul fecit in oratorio prædictæ beatæ Barbaræ, quod constructum est infra ecclesiam sanctorum Quatuor Coronatorum, coronam de argento pens. libras duodecim. Necnon in eodem oratorio obtulit gabathas de argento decem pensan. libras...... Verum etiam in suprascripto oratorio fecit vestes de fundato tres, habentes in medio cruces cum gammadiis, & vela duodecim.

XLIII. Prædictus etiam venerabilis Pontifex fecit in basilica beati Stephani pontificis via Latina milliario tertio vestem de fundato unam cum cruce in medio, & vela sex. Ubi obtulit patenam, & calicem sanctum modicum de argento pens. lib. unam & semis. Obtulit etiam beatissimus Præsul in ecclesia beati principis Apostolorum thuribulum de argento exaurato apostolatum [1] legente *nomen* DOMNI LEONIS QUARTI PAPÆ pens. libras quatuor. Ubi etiam in oratorio beati Gregorii confessoris, atque pontificis fecit vestem de fundato cum gammadiis, & crucem ex argento texto unam. Simi-

VARIANTES LECTIONES

z Vat. IV. *sanctissimæ*. aa Idem, *sub sacro altari recondens collocavit*, Vat. I. *sub sacro altare recondens conlocavit*, Baron. *sub sacro altare recondidit*. bb Vat. I. & *alii multi*, Vat. IV. & *aliorum*, *quorum* &c. Vat. VI. & Baron. *cum aliis multis*, *quorum* &c. editi, & *alia multa* &c.

XLII. a Baron. *superinducto colore*.

Idem,

NOTÆ

XLIII. 1. LEGENTE NOMEN DOMNI LEONIS QUARTI PAPÆ) Hoc idem supra in Gregorio IV. numero XVI. & infra num. LVI. & LXV.

Similiter ibi ipſe in oratorio beati Paſtoris martyris veſtem pari modo fecit unam. Nec non & in oratorio beatæ Dei genitricis, quæ ponitur [a] ad ambonem, eodem modo fecit veſtem unam. Et in oratorio ſanctæ & [b] ſuperexaltatæ Crucis fecit [c] veſtem ſimili modo unam. Nec non & in oratorio, quod ponitur [d] ad fontem, fecit ſimiliter veſtem unam, & vela de quadrapulo.

XLIV. Ipſe vero venerabilis, & præclarus Pontifex fecit in eccleſia ſanctorum Quatuor Coronatorum ſuper altare majori veſtem de fundato [a] cum cruce in medio, & gammadias, & in gyro liſtam de fundato unam. Ubi ſupra in oratorio ſanctæ Barbaræ ſimiliter fecit veſtem de fundato unam. Et in oratorio ſancti Sixti eodem fecit veſtem unam. Et in oratorio ſancti Nicolai ſimiliter fecit veſtem cum aquila una. Nec non & in eccleſia eadem fecit cortinam lineam cum cruce in medio, & in gyro liſtam de fundato miræ magnitudinis. Piis moribus his, ſacriſque perornatus operibus Papa obtulit in ſæpius memorata, quam fretus amore fundaverat, aula patenam ex argento puriſſimo aureo ſuperinductam colore, cum crucis [b] tropheo, Salvatoriſque effigie, ſanctæque Dei genitricis, & ſanctorum Apoſtolorum pulchro ſchemate decoratam penſan. libras ſeptem. Similiter calicem ſanctum auroque perfuſum, Evangeliſtarum habentem iconam, & crucem penſan. libras quatuor.

XLV. Nec non ex argento puriſſimo cantharum exauratum, in quo ſignaculum in circuitu [a] expreſſum cernitur crucis cum Prophetarum [b] effigiebus, beatiſſimique Stephani primi martyris icona. Verumtamen & thuribulum ex argento mun-

VARIANTES LECTIONES

XLIII. *a* Idem Baron., *in Ambone*. *b* Cod. Reg. *ſuperexaltatæ vivificæ*. *c* Idem, *veſtem de fundato unam*. *d* Idem, *in circuitu fontis vela de quadrapulo decem*. Hæc inde: *Fecit in oratorio beati Cæſarii, quod ponitur in Cæſarum, vela de fundato viginti*.

XLIV. *a* Codex idem Reg. *cum crucibus in medio*. *b* Vat. 1. *tropeo*.

XLV. *a* Baron. ita, editi, *depreſſum*. *b* Idem & Vat. 1. *effigiis*: ſic infra.

Idem

mundissimo [c] apostolatum unum. Gabathas ad nitorem ipsius venerandæ basilicæ exauratas quatuor pensan. pondus duarum semis librarum. His omnibus ita gestis confessionem cum sacro altari argenteis tabulis pensan. libras nonaginta & tres decoravit, Sanctorumque effigiebus perornavit. Super quod etiam obtulit regnum de argento purissimo pretiosissimis gemmis habens in medio crucem, quod usque nunc super eodem pendere altari conspicitur. Ubi etiam obtulit vela de fundato quadraginta [d] & tria.

XLVI. Ipse vero sæpius memoratus, & præclarus Antistes superno inflammatus amore [1] obtulit in monasterio sancti Silvestri, sanctique Benedicti, & sanctæ Scholasticæ, quod nuncupatur [a] Sublacu, vestes de fundato tres, & vela similiter de fundato septem. Fecit etiam idem beatissimus Præses post deprædationem Sarracenorum in ecclesia beati Petri apostoli Crucifixum miræ magnitudinis constructum cum gemmis hyacinthinis de argento purissimo exauratum pens. libras septuaginta, & alias gemmas albas septem, [b] majorem unam.

XLVII. [a] Ea item, quæ inter cetera per sanctissimi Præsulis assiduas preces ac lachrimas [b] a Domino exauditas duodeci-

VARIANTES LECTIONES

c Idem ita, editi, *apostolicum*. d *& tria*) adde ex laudato codice Reg. *ibi ipsum fecit cantharos de auricalcho num. tredecim*.

XLVI. a Ita Vat. 1. vulgati, *sub Lacu*. b *majorem unam*) adde ex eodem cod. Reg. *ibi ipsum fecit arcoras de argento purissimo duas cum columnellis de argento sex pensantes libras octuaginta. Nec non & in oratorio sancti Gregorii fecit vela de quadrapulo numero quatuor*.

XLVII. a Baron. *Sic igitur*. b Idem, *a Domino exaudiente*.

iisdem

NOTÆ

XLVI. 1. OBTULIT IN MONASTERIO SANCTI SILVESTRI, SANCTIQUE BENEDICTI, ET SANCTÆ SCHOLASTICÆ, QUOD NUNCUPATUR SUBLACU &c.) Celebre est monasterium Sublacense hodie dictum *sanctæ Scholasticæ*, quod monachi Cassinenses inhabitant. Paullo supra monasterium specus est, ubi sanctus Benedictus prima fundamenta jecit monastici ordinis. Magna veneratione colitur, eoque plures accedunt religione loci acciti.

PRE

decima [c] insistente Indictione mirabiliter acta, vel gesta sunt, non inutiliter [d] agemus, si ob æternam memoriam [e] huic operi clarius inserere [f] studeamus. Ut quantæ sanctitatis in hac ærumnosa vita vir iste [g] extiterit, præsentes, atque futuri facilius agnoscant. Denique post nefandam, & lugubrem, omnique plenam miseria Sarracenorum deprædationem, quam in primo ecclesiarum omnium capite, sancta scilicet Romana ecclesia hortatu diabolico peregerunt, voluerunt iterum ipsi Satanæ filii similia in Romanos fines, & ecclesiam beatissimi apostoli Petri, ut olim, damna inferre, & deinde victores ad loca, quibus egressi fuerunt, [h] destinare; sed cura ac studio summi præfulgente atque vigilante Pastoris, hæc minime perficere potuerunt.

XLVIII. Tamen ut fideles in Domino amplius fideliores [a] jure existant, & illius signa, ac veneranda miracula ex veteribus noviter emanasse non dubitent: a principio [b] retinendum est, quid de eis divina eodem tempore misericordia mirabiliter egit, quantisque miseriis atque calamitatibus gens illa pestifera merito protrita, dilapsa est. Quamobrem [1] pristinum reminiscentes lucrum, vel prædam, quam fecerant, [c] multiplicata iterum perversorum [d] hominum manu, multisque cum navibus [e] ad urbem expugnandam Romanam duo-

VARIANTES LECTIONES

c itidem insistente) idem, Vat. I. *siquidem insistente*. *d* Idem, *non inutiliter agimus*. *e* Idem, *opericulæ*. *f* Idem, *studemus*. *g* Idem, *extitit*. *h* Baron. *remeare*.

XLVIII. *a* Baron. *vere*. *b* Idem, *nunc recensendum est*. *c* Idem, *quam fecerant multiplicatam*. *d* Vat. IV. *omnium*. *e ad urbem expugnandam*) Idem Vat. IV. *Post hanc denique deprædationem & aliam facere putaverunt: sed Deus omnipotens precibus Apostolorum facere non permisit. Gens itaque illa sæva iterum ceperunt Romam veniendi* (deest fortasse *consilium*) *reminiscentes pristinum lucrum.* Vat. VI. rem paucis indicat. *Istis* (an *istius*?) *quoque precibus adjutorio Roma de manibus Saracenorum ad expledandum venientium liberata est*.

Vat. I.

NOTÆ

XLVIII. 1. PRISTINUM REMINISCENTES LUCRUM) Ex sacrilega deprædatione ecclesiarum SS. Apostolorum Petri, & Pauli, quam Auctor testis oculatus identidem deplorat.

In

duodecima Indictione vigente venire crudeliter decreverunt. Multisque etiam diebus [a] in loco, qui [f] Tozarum dicitur, juxta Insulam Sardiniæ [g] demorati sunt. A qua digressi [h] Romanum portum, Deo illos non adjuvante, [i] inire conati sunt. Quorum iniquus ac nefandus adventus [k] Romanos non mediocriter terruit.

XLIX. Sed Deus omnipotens, qui Ecclesiam suam semper inviolatam custodivit, & deinceps custodire non desinit, excitavit tunc inter ceteros omnium Neapolitanorum, [a] Amalphitanorum, Cajetanorumque corda, ut una cum Romanis contra eos insurgere, ac dimicare fortiter debuissent. Mox etenim a locis propriis egressi ante Sarracenos inutiles, ipsi eum suis [b] manibus conjunxerunt, [c] suumque repentinum adventum beatissimo Leoni IIII. pontifici notum fecerunt. Et quod se ob nullam rem venisse aliam sunt professi, nisi ut de paganis, Domino auxiliante, victores existerent.

L. Tunc demum venerabilis Papa aliquantos ex eis prius ad se Romam venire præcepit, [a] volens specialiter scire ab eis, si eorum pacificus esset adventus, [b] vel non, sicuti & factum est. Inter quos tunc filius Sergii magistri militum, qui erat ordinatus super exercitum, nomine Cæsarius, advenit, quos benigne in palatio Lateranensi suscipiens, causam, pro qua [c] venerunt, [d] inquisivit. Illi autem [e] ob aliud non venisse testati

VARIANTES LECTIONES

f Vat. I. *Torarum*, Vat. IV. & cod. Vallicell. C 25. *Toracum*, Baron. *Torar*... *g* Vat. IV. *commorantes*. *h* Baron. *ad Romanum portum venire conati sunt*. *i* Vat. IV. *exire nullo modo potuerunt*. *k* Baron. *Romanis non mediocri terrori fuit*.

XLIX. *a* Vat. I. *Amalfitanorum, Gajetanorumque*; sic etiam Vat. IV. *b* Baron. *navibus*. *c* Vat. I. *suumque repente*.

L. *a* Vat. I. & Vat. IV. *volens ab eis*. *b* Idem Vat. IV. *aut non*: *sicque* &c. *c* Idem, *venerant*, Baron. *advenerant*. *d* Cod. Vallicell. C 25. *inquirit*. *e* Vat. IV. *se non ob aliud, nisi ut superius*. Baron.

NOTÆ

1. IN LOCO, QUI TOZARUM DICITUR, JUXTA INSULAM SARDINIÆ DEMORATI SUNT) Geographis ignotus hic locus *Tozarum* dictus: nisi velles cum Baronio legere *Torar*, & intelligere insulam *Boariam* dictam, nunc *il Toro*, de qua Cluver. in Sardinia Antiqua pag. 18. lit. B.

testati sunt, nisi ob hoc, quod superius legitur exaratum. Quorum pius Apostolicus [f] credulus verbis [g] cum magno armatorum procinctu, [h] mox ad civitatem Ostiam properavit, [i] omnesque Neapolitanos grandi, atque eximia devotione suscepit.

LI. [a] Qui ut summum præsulem conspexerunt, pedes ejus [b] humo prostrati [c] venerabiles sunt osculati, [d] gratiasque omnipotenti altithrono [e] retulerunt, qui ad se confortandos talem dirigere decrevit Antistitem. Qui ut meliores de Belial filiis victores existerent, summopere deprecati sunt, ut de suis sacris manibus corpus Dominicum percipere meruissent. Quibus ore suo Missam in ecclesia beatæ Aureæ decantavit, atque universi ex illius, ut dictum est, manibus communionem sumpserunt. Et antequam hæc fierent, usque ad præfatam ecclesiam cum hymnis, ac letaniis, canticisque præcipuis simul [f] cum ipso Neapolitano, Christo auxiliante, profectus est. In qua etiam flexis genibus Altissimum deprecatus est, quatenus orationibus [g] suis ipse Christianorum hostes in manus resistentium tradere dignaretur. Super quos etiam multis cum lachrimis hanc orationem obtulit dicens: *Deus, cujus dextera beatum Petrum apostolum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, [h] & coapostolum ejus Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit, exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis horum fidelium [i] tuorum brachia contra inimicos sanctæ ecclesiæ tuæ dimicantia, omnipotenti dextera tua corroborentur, & convale-*

VARIANTES LECTIONES

f Baron. *edens*. *g* Vat. IV. *cum magno exercitu, & armorum procinctu*, editi. *procinctum*. *h* Cod. Vallicell. sæpe laudatus, *mox civitatem Hostiam*. *i* Vat. IV. *omnesque cum gaudio suscepit*.

LI. *a* Idem Vat. IV. *Illi autem videntes summum præsulem, omnes osculari cœperunt pedes ejus. Summus autem præsul missam in ecclesia beatæ Aureæ celebravit, omnibusque corpus Dominicum tradidit, atque orationem post perceptum corpus super eos donavit*: Deus, cujus &c. *b* Baron. *humi*. *c* Vat. I. *venerabile* (leg. *venerabiliter*) *sunt obsculati*. *d* Baron. *gratiasque omnipotenti Deo altithrono* &c. *e* Vat. I. *redtulerunt*. *f* Baron. *cum ipsis Neapolitanis*. *g* Idem, *sanctis*. *h* Vat. I. *quoapostolum*, Baron. *B. Paulum*. *i* Farnes. & cod. Reg. ita, editi, *vestrorum*.

 Baron.

valescant, *ut* [k] *de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus appareat gloriosum*. [l] *Per Dominum nostrum &c.*

LII. Die vero altera postquam a jam dicta Civitate venerabilis [a] reversus est Præsul, ipsi sceleratorum socii, sive [b] participes juxta litus maris Ostiensis multis [c] cum navibus apparuerunt. [d] Contra quos Neapolitani impetum facientes dimicare fortiter voluerunt, etiam aliquantos vulneraverunt ex illis, & deinde triumphum [e] accepissent, si unum non citius impedimentum accidisset. [f] Nam dum adinvicem attentius dimicarent, subito tam validus [g] ac supereminens excitatus est ventus, qualem quis his temporibus meminisse non valeat, qui [h] utrasque naves confestim divisit. [i] Tum Sarracenorum naves primo veniebant usque ad oram maris, deinde vento [k] flante, marique elevato procellis dispergebantur, & iterum post aliquantulum confractis viribus revertebantur. Deus enim omnipotens, pro certo credimus, hunc ex thesauro suo produxerat ventum, qui eos ad nocendum foris minime [l] permisit exire.

LIII. Super his [a] novis [b] mysticisque miraculis, quæ nostris [c] licet non meritis [d] divina ostendere ac demonstrare nostris dignata est temporibus, semper glorificanda, & conlaudanda est veri Dei nostri clementia, qui eos ad locum, quem desiderabant, permisit aspicere, & tamen ne capere potuissent, virtutis suæ potentia longius expulit, multosque postea non tantum per intercessiones & merita beatissimorum Petri, ac Pauli

VARIANTES LECTIONES

k Baron. *de percepto*. *l* Idem, *Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum* &c.

LII. *a* Vat. IV. *prædictus Pontifex reversus est a jam prædicta civitate*. *b* Cod. Reg. *participes diaboli*. Baron. *& participes*. *c* Vat. I. *cum navibus paruerunt*, pro *apparueruut*; sic etiam cod. Vallicell. *d contra quos*) Vat. IV. *præfati autem homines super illos facientes impetum, omnes superaverunt orationibus Apostolorum, & sancti præsulis, ex quibus* &c. ut num. proximo. *e* Vat. I. *acceperant*. *f* Idem *Quamobrem dum* &c. *g* Idem, *ac superlmineus*, Baron. *vehemens*. *h* Idem, *utrorumque*. *i* Vat. I. *Tamen*. *k* Baron. ita, editi, *flante*. *l* Idem, *permitteret illis*.

LIII. *a* Vat. I. *nobis*, pro *novis*, ut alibi. *b* Baron. *mirificisque*. *c* Idem. *licet immeritis*. *d* Idem, *divinitas*.

Vat. I.

Pauli principum, maris profunditas, verum etiam fames & gladius indesinenter [e] extinxit. Ex quibus per quasdam insulas nostras [f] famis laborantes penuria, plurimi a nostris hominibus interfecti sunt. Ceteros autem vivos causa veritatis, ac testimonii comprehendentes Romam duxerunt.

LIV. Quorum Romani proceres ne multiplicatus numerus videretur, multos prope portum nostrum Romanum in ligno suspendi jusserunt. [a] Aliquantos etiam nos ferro constrictos vivere jussimus, [b] per hanc solummodo causam, ut & spem nostram, quam in Deum habemus, & illius ineffabilem pietatem, nec non & propriam tyrannidem luce clarius scire [c] valuissent. [d] Et post hæc ne [e] otiose, aut sine angustia [f] apud nos viverent aliquando ad murum, quem circa ecclesiam [g] beatissimi apostoli Petri incœptum habebamus, [1] aliquando per diversa artificum opera quicquid necessarium videbatur, per eos [h] omnia jubebamus deferri.

LV. [a] Pro his igitur beneficiis, ut jam enarratum est, beatus Pontifex, [b] obtulit in basilica beati Petri principis Apostolorum post deprædationem gentis Agarenorum, [c] arcus de argento mundissimo numero tredecim. Ex quibus duo, quos posuit a parte dextra, seu sinistra in presbyterio, miræ magnitudinis pensan. libras .... Isdem quoque beatissimus Præsul fecit in ecclesia beati Petri principis Apostolorum

VARIANTES LECTIONES

e Vat. I. *extincxit*. *f* Baron. *fame*.

LIV. *a* Vat. I. *Aliquantos etenim nos*. *b* Idem, *pro hac solummodo causa*, Vat. IV. *causa misericordiæ, quam in Dominum habemus, & post hac* &c. *c* Baron. *valeant*. *d* Idem, *Qui post hac*. *e* Vat. IV. *ociose*. *f* Vat. I. *apud nos*. *g* Vat. IV. *beati*. *h* Baron. *onera*.

LV. *a* Vat. I. *Pro his ideo beneficiis, ut jam enarratum est, nos fecimus reservari*. *b* Idem, *optulit in basilica*. *c* Idem, *arcora*.

Idem,

N O T Æ

LIV. 1. ALIQUANDO PER DIVERSA ARTIFICUM OPERA QUICQUID NECESSARIUM VIDEBATUR, PER EOS OMNIA JUBEBAMUS DEFERRI) Captivorum Saracenorum opera usi sunt Romani in constructione murorum, quibus urbem munirent adversus eorumdem adgressiones.

FECIT

rum vestem unam auro textam habentem historiam, qualiter beatus Petrus [d] prædicavit ad sanctam Romanam ecclesiam, cum gemmis albis, id est, margaritis septem, & cum gemmis prasinis undecim, nec non & gemmis hyacinthinis viginti & septem. Fecit & in ecclesia beati Andreæ apostoli cyborium super altare ex marmore, nec non & calicem de argento cum coronis pendentibus in eodem cyborio numero duodecim pensan.... libras. [1] Fecit etiam ibi ipsum [e] campanile, & posuit campanam cum malleo æreo, [f] & cruce exaurato. Nec non & in ecclesia beati Petri apostoli obtulit thuribulum ex auro purissimo ex diversis gemmis ornatum.

LVI. Et in ecclesia beatæ Dei genitricis, semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ, quæ ponitur ad sanctum Laurentium foris murum, fecit vestem unam habentem historiam Resurrectionis Domini nostri JESU Christi, & imaginem almifici prædicti Præsulis. Fecit etiam in ecclesia sanctorum Quatuor Coronatorum canistra de argento undecim pensan. libras viginti quatuor. Obtulit & in ecclesia beati Petri apostoli crucem ex auro purissimo ex diversis gemmis hyacinthinis, albis, & smaragdis miræ magnitudinis ornatam, quæ stat parte dextra juxta altare majus. In qua etiam noviter renovavit virgam, & deargentavit eam, in qua prædicta crux continetur, pensan. libras argenti undecim [a] & semis, legente *de nomine* DOMNI LEONIS IIII. PAPÆ.

Obtu-

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *prædicavit sanctam Romanam ecclesiam*. *e* Idem, *campanilem*, Vat. IV. *campanarium*. *f* Idem, *& crucem exauratam*) Cod. Vallicell. C 25. pergit inde: *Post victoriam denique sævæ gentis Agarenorum ædificavit Civitatem, quam suo nomine vocari præcepit, atque super portam, quæ respicit ad sanctum Peregrinum, orationem istam descripsit*: Deus &c. Quæ habebimus infra num. LXXII. & seqq.

LVI. *a & semis*) supple ex cod. Reg. *in qua prædicta cruce continentur literæ*: DOMNUS LEO QUARTUS PAPA HOC OBTULIT. *Fecit & arcoras de argento num. sexdecim cum columnis suis* &c. Vat. I.

NOTÆ

LV. 1. FECIT ETIAM IBI IPSUM CAMPANILE, ET POSUIT CAMPANAM CUM MALLEO ÆREO) Turris campanariæ prima hic mentio occurrit. Fortasse tunc primum excitata est turris, ex cujus fastigio ceu ex editiori loco, sonus campanæ longius exaudiretur.

SU-

LVII. Obtulit & in ecclesia beati Stephani protomartyris vestem ex auro texto cum gemmis hyacinthinis quatuor. [a] Isdem prædictus almificus, & summus Præsul nimio amore ductus, & bonis moribus affectus fecit in ecclesia beati Christi martyris Laurentii, sita foris murum civitatis Romanæ, vestem de serico mundo cum aquilis habentem tabulas auro textas tres ex utraque parte habentes martyrium prædicti martyris depictum, & imaginem prædicti Præsulis. Nec non fecit in ecclesia sanctorum martyrum Quatuor Coronatorum imagines de argento exauratas tres, unam quidem habentem vultum Salvatoris, & alias duas habentes vultus sanctorum Claudii, & Nicostrati pensan. libras quinquaginta & duas & semis. Et in eadem ecclesia obtulit coronam de argento unam pensan. libras viginti quinque. Et in pergula ejusdem ecclesiæ, quæ est ante altare majus, [1] suspendit [b] lilium de argento habens mala de crystallo, & ranunculum. Fecit etiam ubi supra canistra de argenro septem pensan. libras duodecim.

LVIII. Fecit ipse mitissimus in æde propria, quam ipse a fundamentis fieri disposuit, & ex jure [a] parentum suorum ipsi accessisse videbatur, [1] monasterium ancillarum Dei in honorem sanctorum [b] Simitrii & Cæsarii, [c] ubi & [d] dona largitus est, patenam, & calicem sanctum de argento exauratum haben-

VARIANTES LECTIONES

LVII. *a* Var. 1. *Tamen isdem prædictus*. *b* Idem, *gilium*, pro *lilium*.
LVIII. *a* Idem Vat. 1. *parentorum suorum*. *b* Baron. *Symmitrii*. *c* Idem, *cui*. *d* Idem, *bona*. Idem,

NOTÆ

LVII. 1. SUSPENDIT LILIUM DE ARGENTO HABENS MALA DE CRYSTALLO, ET RANUNCULUM) Conjectarem describi vas argenteum in formam lilii cum appensis malis ex crystallo succrescentibus herbarum foliis. Nunc ranunculum vocamus speciem quamdam florum, quos non odor, sed colorum varietas commendat.

LVIII. 1. MONASTERIUM ANCILLARUM DEI IN HONOREM SANCTORUM SIMITRII, ET CÆSARII) Convertit in monasterium monialium S. Pontifex propriam ædem dicavitque in honorem SS. Simetrii & Cæsarii. De loco silet Biographus, neque alius est qui doceat: de monasterio mentio fit apud Floravantem in Roma ex ethnica Sacra cap. XII. de Templis Sanctorum obsoletis pag. 351.

habentes diversas gemmas pensan. libras . . . . . Ubi supra obtulit [e] thymiamateria cum canthara una pendentia libras . . . Nec non & ipse [f] vere almificus Pontifex obtulit in suprascripto monasterio canistra de argento mundissimo tria, & gabathas saxiscas pensan. in unum libras duodecim & semis. [g] Ibidem fecit propter retributionem, & mercedem animæ suæ vestes de fundato tres, habentes unam quidem tabulam acupictilem interclusam. Fecit autem ibidem regnum ex auro mundissimo cum gemmis prasinis, & hyacinthinis, quod pendet super altare, pensan. libras . . : . .

LIX. Ipse vero a Deo protectus, & venerabilis Pontifex superno amore exardescens obtulit in basilica sanctæ Dei genitricis, semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ, quæ ponitur foris muros istius civitatis Romanæ juxta beatum Laurentium, vestem de fundato unam, habentem in medio tabulam exauratam cum effigie nativitatis Domini nostri JESU Christi, & ipsius almifici Pontificis. Et in ecclesia beati Laurentii martyris, quæ ponitur foris muros, obtulit [a] thuribulum argenteum cum cooperculo suo exauratum, habens catenulas & bullas per gyrum [b] pensan. libras [c] sex.

LX. [a] At vero in ecclesia beatæ Dei genitricis, semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ trans Tiberim absidam, quæ præ nimia vetustate ruitura eminebat, [b] prænominatus Præsul restauravit. Et in ecclesia beati Petri principis Apostolorum propter honorem, ac vigorem ipsius ecclesiæ fecit butronem ex argento purissimo, qui pendet in presbyterio ante altare majus, pensan. libras centum quadraginta & novem. Simul etiam fecit in ecclesia beati Sebastiani martyris, quæ ponitur in Frascata, [c] canistrum de argento mundissimo pens. libras duas, legente nomen almifici Præsulis, & beati Sebastiani. His

VARIANTES LECTIONES

e Idem, *nec non thymiamateria, & canthara, & canistra*, Vat. 1. *cum cantra* 1.
f Idem, *vero*, ut in editis. g Idem, *ibi ipsum*; sic infra, & passim.
LIX. a Vat. 1. *turabulum*; b Baron. *pendentes*. c Idem, *septem*.
LX. a Vat. 1. *Ad vero*, pro *At vero*. b Idem, *tunc prænominatus præsul*. c Vat. 1. *canistrum exasoti*. Baron.

LXI. His denique decentius consummatis atque peractis post flebilem & iniquam Sarracenorum deprædationem, catholicus, & per omnia laudabilis Præsul ad decorem, & laudem ecclesiæ Apostolorum principis apostoli Petri, fecit miræ magnitudinis ac pulchritudinis super illius venerandum altare cyborium,[a] & columnas, ac lilia exaurata ex argento purissimo pens. libras mille sexcentas & sex.[b] Nam & super cyborium obtulit coronas quatuor,[c] & calices sexdecim ex auro mundissimo pensan.[d] libras.... Et de argento, ut supra, ad honorem & gloriam[e] ipsius cyborium fecit, calicesque, & coronas numero quadraginta sex pensan. libras viginti duas & uncias septem. Nec non & super columnas ipsius cyborii[f] propter amplam pulchritudinem ex argento purissimo[1] fecit[g] cophinos numero quatuor pens. libras quadraginta & duas. Fecit etiam ibidem ante altaris circuitum vela alba holoserica sigillata numero quatuordecim,[h] listas habentia de fundato.[i] Obtulit inibi & alia vela linea numero quatuordecim, listam habentia[k] per circuitum de serico albo sigillato. Ubi supra fecit arcus duos ex argento purissimo pensan. libras quinquaginta.

LXII. [1] Fecit in oratorio sancti Silvestri infra palatium Lateranense vestem de fundato unam, habentem in medio tabu-

VARIANTES LECTIONES

LXI. *a* Baron. *cum columnis & liliis deauratis*, *b* Idem, *Sed &*. *c* Idem, *cum calicibus*. *d* Cod. Reg. *libras sexaginta*. *e* Cod. Flor. *ipsius cyborii*. *f* Vat. 1. *propter amplam pulchritudinis*, leg. *pulchritudinem*, Baron. *ob amplam*. *g* Idem, *del. binos*. *h* Idem, *listam*. *i* Vat. 1. *Optulit adeo inibi*, *k* Cod. Reg. *de fundato in circuitu*.

& vela

NOTÆ

LXI. 1. FECIT COPHINOS NUMERO QUATUOR) Vasa quædam argentea eorum adinstar, quæ ex viminibus texta parantur ad usum.

LXII. 1. FECIT IN ORATORIO SANCTI SILVESTRI INFRA PALATIUM LATERANENSE &c.) Intra episcopium Lateranense oratorium sancti Silvestri constructum fuit a Theodoro papa. Vid. in ejus vita Part. I.

tabulam de chryſoclavo modicam, [a] & vela de fundato quatuor. Fecit & in eccleſia Hieruſalem veſtem de fundato unam, & vela ſimiliter de fundato quatuor. [2] Fecit etiam & in diaconia ſanctæ MARIÆ virginis, quæ ponitur in Cyro, regnum ex argento intrinſecus, bullis aureis circumdatum. Verum etiam & in eccleſia ſanctæ Dei genitricis, ſemperque virginis MARIÆ dominæ noſtræ, quæ ponitur in Fraſcata, obtulit veſtem de fundato unam habentem in medio tabulam modicam exauratam intercluſam, & vela de fundato quatuor. [3] Nec non & in eccleſia ſanctæ genitricis Dei MARIÆ, quæ ponitur [b] in Morenico Narrano, fecit veſtem de fundato unam, & vela ſimiliter de fundato quatuor. Pari modo obtulit & [4] in eccleſia beati Petri apoſtoli, quæ ponitur [c] in Maruli, fecit veſtem de fundato unam habentem in medio tabulam exauratam modicam intercluſam, & vela de fundato quatuor.

LXIII. Ipſe vero a Deo protectus, & venerabilis Pontifex

VARIANTES LECTIONES

LXII. *a & vela de fundato quatuor*) ſubjicit idem cod. Reg. *In eccleſia beatæ Petronillæ fecit cyborium ſuper altare ex marmore cum columnis porphyreticis: nec non & calices de argento cum coronis penden. in eodem cyborio. Obtulit in eadem eccleſia beati Petri Apoſtoli vela de fundato numero ſexaginta quinque. Pari modo &c.* b Vat. I. *in Morent qū narrano*. c Cod. Reg. *in Merulo*.

Vat. I.

NOTÆ

2. FECIT ETIAM ET IN DIACONIA SANCTÆ MARIÆ VIRGINIS, QUÆ PONITUR IN CYRO) ſancta Maria in Cyro diaconia eſt, quæ dicta etiam eſt S. Archangeli, & Abbacyri: cujus ſæpe mentio in II. Parte, & præſertim in Leone III. num. LXX.

3. NEC NON ET IN ECCLESIÆ SANCTÆ GENITRICIS DEI MARIÆ, QUÆ PONITUR IN MORENICO NARRANO) *Perperam*, inquit Alteſerra, *Morenicum legitur*, pro *Marenico*. *Marenicum eſt regio maritima Latii*, vulgo *Maremma*. *Narranum dicitur qua Nar amnis influit in Tiberim*. Sed puto Alteſertam falli; Nar etenim fluvius eſt ex apennino deſcendens, qui Interamnam inter & Narniam defluens, ad Hortam in Tiberim labitur in magna a maris litoribus, ubi *maremma*, diſtantia. Crederem potius locum urbi proximum, ſic dictum, nempe *Marino*.

4. IN ECCLESIA BEATI PETRI APOSTOLI, QUÆ PONITUR IN MARULI) In vita Adeodati numero IV. Tom. I. legitur loco *Maruli*, *Meruli*, hoc eſt, in maſſa Merulana, hodie *Campo Merlo*. Vide quæ Cl. vir ibi adnotaverat ad præſentem locum reſpiciens. De eadem maſſa in S. Hadriano numero LXXVI. Part. II.

IN

ſex obtulit in baſilica beatæ Dei genitricis, ſemperque virginis MARIÆ Dominæ noſtræ, quæ ponitur ad ſanctum Laurentium foris muros, fecit cortinam lineam unam habentem in gyro liſtam de fundato, & in medio cruces ſimiliter de fundato. Et [1] in eccleſia ſanctorum Coſmæ & Damiani, quæ in ſilva Candida eſſe videtur, obtulit veſtem rubeam unam habentem in gyro liſtam de argento, & crucem in medio, & vela cum aquilis quatuor.

LXIV. Obtulit etiam in eccleſia beati Petri principis Apoſtolorum coronam ex argento cum hiſtoriis a foris circumdatam, & exauratam penſan. libras ſeptem. Ipſe quoque a Deo protectus, & beatiſſimus Papa ſuperno fretus amore obtulit in baſilica beati Petri apoſtoli ante confeſſionem ſacri altaris a dextris, ſeu a ſiniſtris ad decorem ipſius baſilicæ angelos ſex ex argento mundiſſimo penſantes libras ſexaginta quatuor. Et [a] ſuper illud cyborium [b] [1] fecit oleas, quæ pendent in circuitu altaris, [c] habentes tabulas quatuor exauratas, nec non & gammadias numero quatuor. Ubi ſupra [d] fecit arcus quatuor, qui ſtant in presbyterio, ex argento mundiſſimo penſ. libras centum.

LXV. Ipſe vero beatiſſimus Pontifex obtulit [1] in monaſterio ſanctorum Coſmæ & Damiani, quod ponitur in loco, qui

VARIANTES LECTIONES

LXIV. *a* Vat. 1. *ſupraſcriptum*, Baron. *ſuper dictum*. *b* Cod. Reg. *fecit arbores quatuor argenteas, nec non & gammadias* &c. *c* Baron., *habentis*. *d fecit arcus*) cod. Reg. *cum columnis ſuis numero quatuor*.

Vat. 1.

NOTÆ

LXIII. 1. IN ECCLESIA SANCTORUM COSMÆ ET DAMIANI, QUÆ IN SILVA CANDIDA ESSE VIDETUR) Non ſemel de ſilva Candida mentio occurrit ſupra in Stephano III. num. XXIV. in Hadriano num. LXXVI. infra num. LXVI. atque alibi.

LXIV. 1. FECIT OLEAS, QUÆ PENDENT IN CIRCUITU ALTARIS) Videlicet, olivarum ramos folia cum baccis hinc inde circa altare ſpargentes.

LXV. 1. IN MONASTERIO SANCTORUM COSMÆ ET DAMIANI, QUOD PONITUR IN LOCO, QUI VOCATUR SUBLACUS, MILIARIO AB URBE ROMA PLUS MINUS QUADRAGESIMO) Sublacus oppidum eſt ad fontem

qui vocatur [a] Sublacus, miliario ab urbe Roma plus minus quadragesimo, vestem de fundato unam, & vela de fundato similiter tria. [2] Fecit etiam isdem prædictus Præsul in ecclesia beati Christi martyris Gervasii & Protasii, quæ ponitur infra civitatem, quæ vocatur Fundana, vestem de fundato habentem in medio crucem ex auro texto unam, & velum de fundato unum. Obtulit etiam isdem prædictus Præsul in ecclesia beati Christi martyris Cæsarii, quæ ponitur intra [b] civitatem, quæ vocatur Terracina, vestem de fundato unam habentem in medio [c] crucem cum gammadiis, [d] & periclysin de blattin [e] legente *de nomine* DOMNI LEONIS IIII. PAPÆ, & vela similiter de fundato [f] numero quinque. Nec non obtulit in basilica beati Petri apostoli arcus ex argento mundissimo numero quatuor, pens. libras octuaginta & quatuor.

LXVI. [1] Fecit autem in basilica beatæ Rufinæ martyris in silva Candida vestem de fundato habentem in medio crucem

VARIANTES LECTIONES

LXV. *a* Vat.1. *Sub lacu*: secus supra num. XLVI. ut vidimus. *b* Baron. *in civitate Tarracina*. *c* Idem, *crucem & gammadias*. *d* Idem, *& periclisim de blatti*. *e* Idem, *legentem nomen* DOMINI LEONIS &c. *f numero quinque*) supple ex eodem Baron. *& vestem de quadrapulo habentem in medio crucem de chrysoclavo cum nomine ejusdem Leonis*.

Vat. 1.

NOTÆ

tem Anienis versus Sabinos ab urbe distans passibus quadraginta quatuor mille. Juxta Sublacum positum est monasterium sanctæ Scholasticæ, de quo superius num. XLVI.

2 FECIT ETIAM ISDEM PRÆDICTUS PRÆSUL IN ECCLESIA BEATI CHRISTI MARTYRIS GERVASII ET PROTASII, QUÆ PONITUR INFRA CIVITATEM, QUÆ VOCATUR FUNDANA &c.) Præter dona a Leone papa collata ecclesiæ Sublacensi, alia pariter contulit extra urbem ecclesiis & Fundorum & Terracinæ, olim Anxuris & Portus, ut pergit describere Bibliothecarius.

LXVI. 1. FECIT AUTEM IN BASILICA BEATÆ RUFINÆ MARTYRIS IN SILVA CANDIDA) In actis sanctorum Petri & Marcellini legitur: *quæ prius silva Nigra, in honorem sanctorum martyrum silva Candida appellata est*. Vid. supra num. LXIII. & adi Glossar. I. Partis verb. RUFINA pag. 376. ubi per Grimaldum notatur: *Episcopus silvæ Candidæ habebat potestatem ecclesiæ S. Petri. Dicebatur etiam episcopus sanctæ Rufinæ; nam in silva Candida non longe a Buceja erat ecclesia S. Rufinæ. Fuit postea unitus episcopatus S. Rufinæ, sive silvæ Candidæ cum episcopatu Portuensi*.

TRES

cem de periclysi, & in circuitu de blattin, legente *de nomine* DOMNI LEONIS IIII. PAPÆ. Fecit etiam isdem beatissimus Præsul in ecclesia beati Clementis martyris, atque pontificis gabathas de argento purissimo numero sex: [a] tres quidem filopares signo Christi, & duas etiam similitudines palmarum, & unam interrasilem, quæ est saxisca, pensan. simul libras quatuor. Isdem beatissimus, & præclarus Pontifex fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui arcus cum columnis, [a] & liliis de argento purissimo tres pens. insimul libras centum & duas. Ipse quidem venerabilis Pontifex fecit in basilica sancti Cæsarii, quæ ponitur in Terracina, vestem de quadrapulo ornatam in circuitu de blattin, habente in medio crucem de chrysoclavo, legente *de nomine* DOMNI LEONIS IIII. PAPÆ. Nec non & in basilica beati Petri apostoli fecit arcus de argento purissimo cum columnis, & liliis numero tres pens. libras sexaginta.

LXVII. Fecit & in ecclesia sanctæ Dei genitricis MARIÆ, quæ ponitur in civitate Portuensi, vestem de spanisco unam ornatam in circuitu de fundato, & in medio crucem de argento. Similiter vela de spanisco ornata in circuitu de fundato numero tria. [a] Sed & tabulas de argento exauratas in gradu ante confessionem beati Petri apostoli numero quatuor, & agnos duos, qui pens. libras insimul quadraginta & quatuor. Obtulit ubi supra coronas porphyreticas miræ magnitudinis, ornatas ex auro purissimo [b] cum delphinis duodecim, legente de nomine ipsius almifici Præsulis pens. auri libras tres & semis. Nec non & arcus de argento purissimo numero

ro

VARIANTES LECTIONES

LXVI. *a* Vat. 1. *& giliis*, pro *liliis*, ut alibi.
LXVII. *a* Idem Vat. 1. *Nam & tabulas*. *b* Cod. Reg. *cum catenulis quatuor & delphinis*. Vat. 1.

NOTÆ

a. TRES QUIDEM FILOPARES SIGNO CHRISTI ET DUAS ETIAM SIMILITUDINIS PALMARUM) Tres fecit patenas, seu patellas magnitudine pares cum insculpto monogrammate Christi ☧ & duas cum palmis insculptis.

ro decem, qui pensan. simul in unum libras centum octuaginta & unam. Et vela linea, quæ pendent [c] in arcubus ubi supra, ornata in circuitu de fundato numero quadraginta octo.

LXVIII. Dicere nunc post universa, quæ retroscripta sunt, libet, æternæque memoriæ præsentibus literis enodare, quæ vel quanta permaximus, ac venerabilis Præsul solerti, pioque studio pro defensione universæ matris Ecclesiæ, zelo scilicet compunctus divino infra paucorum spatia temporum perhoneste ac nobiliter dedicavit. Quamobrem dum universa Romanorum nobilitas pro illa, quam jamdudum deprædationem nefandi ac malevoli Sarraceni intulerant, in nimia lamentatione consisteret, ne deinceps (nisi ecclesia beati Petri apostoli muris undique munita citius foret) pejora valuissent committere, isdem amabilis Pontifex magnam pro Romanis omnibus cœpit habere angustiam; & quo modo, vel ordine ab eorum cordibus tantum potuisset [a] rancorem, sive timorem auferre, anxius cogitare.

LXIX. Cumque in his diuturnis [a] crebro laboribus desudaret, Deo revelante, hujusmodi protinus consilium sumpsit, ut hoc ipsum suo dilecto, ac [b] spiritali filio domno Lothario luce clarius indicaret Augusto, quatenus per illius, [c] Domino annuente, adjutorium atque consilium civitatem illam, quam prædecessor ejus Leo papa III. erga ecclesiam prænominati Apostoli ædificare cœperat, & cujus multis jam in locis fundamenta posuerat (licet post suum transitum a quibusdam ablata fuissent hominibus, ita ut nec [d] aditus appareret, ubi [e] prius inchoationem [f] præfatus habuerat murus) si vita

VARIANTES LECTIONES

c Vat. I. *in arcora*.

LXVIII. a Baron. *mœrorem*.

LXIX. a Idem Baron. *curis & angoribus*. b Vat. I. *spali filio domno Illothario*, Vat. VI. *Hic præsul cum consilio & auxilio Lotharii imper, & fratrum suorum circa ecclesiam beati Petri anno præsulatus sui secundo novam civitatem ædificare cœpit, quam in VI. consummavit, & cum clero, & populo cum hymnis & psalmis & tribus orationibus dedicavit*. c Baron. *Deo annuente*. d Idem, *altius*, e Idem, *post*. f Idem, *præfatus missus erat murus*.

Vat. I.

[g] si vita comes adesset, desideratum opus,[1] Christo solaciante, ad effectum [h] posset perducere. Hoc denique piissimus, ac serenissimus Cæsar agnoscens, magna est illico lætitia, & exultatione repletus, rogansque jam fatum summopere Præsulem, patremque per omnia spiritalem, ut quantocyus tanti operis fabricam sedulo labore perficeret: [2] Ad quam ipse cum suis fratribus non modicas argenti libras direxit, ut, sicut dictum est, tam proficuum opus indeliberatum minime remaneret.

LXX. [a] Ex quo nuncio præoptato Præsul præcipuus ultra modum hilaris est effectus. Cœpit autem ex tunc de prædicto negotio valde esse solicitus convocansque cunctos sanctæ Dei fideles ecclesiæ [b] petens ab eis ore suo consilium, qualiter [c] tanta murorum cito valuisset fabrica consummari. [1] Tunc omnibus ita visum est, ut de singulis civitatibus, massisque universis publicis, ac monasteriis per vices [d] suas generaliter advenire fecisset, sicut & factum est. [e] Quamobrem secundo præ-

VARIANTES LECTIONES

g Vat. 1. & cod. Reg. *Quod si vita comes*. *h* Vat. idem, *velletperducere*.

LXX. *a Ex quo satis nuncio*) Idem Vat. 1. *b* Cod. Reg. *petiit*, Baron. *petivit*. *c* Idem, *tantorum murorum*. *d generaliter advenire*) idem Baron. legit, *homines venire*. *e Quamobrem secundo præsulatus illius anno* &c. quæ rursus recitantur infra num. LXXIII.

Vat. IV.

NOTÆ

LXIX. 1. CHRISTO SOLACIANTE) Christo juvante, auxilium & solatium ferente. Idem verbum usurpatum a S. Gregor. lib. 1. epist. 13. *huic nos solatiari, quo sibi necesse fuerit*, & lib. 17. epist. 68. in fin.

2. AD QUAM IPSE CUM SUIS FRATRIBUS NON MODICAS ARGENTI LIBRAS DIREXIT) Cum basilica sancti Petri ultra Tiberim posita obnoxia esset latronum adgressionibus & rapinis, cogitaverat jam antea Leo III. mœniis munire, regionemque illam omnem vallare muro, ut ab hostium incursibus tuta esset. Fundamenta ille jacere cœperat, sed mors inceptum opus abrupit. Leo IV. divino instinctu magnum opus suscepit secundo pontificatus anno & sexto absolvit. Suam & Lotharius imperator symbolam contulit, & non modicam pecuniæ quantitatem Romam transmisit.

LXX. 1. TUNC OMNIBUS ITA VISUM EST, UT DE SINGULIS CIVITATIBUS, MASSISQUE UNIVERSIS PUBLICIS, AC MONASTERIIS &c.) Ad murorum constructionem & civitates pontificiæ ditionis, & massæ, & monasteria operas ministrarunt, quibus & sumtus levarent, & rem ad exitum citius perducerent.

UT

præsulatus [f] sui anno præfata civitas ædificandi sumpsit exordium. Et in sexto consecrationis [g] suæ anno, utpote magnis, ac mirabilibus [h] fabricis, omnis civitas undique consummata est. Cumque per multos labores, atque certamina beatissimi Præsulis totum, ut desiderabat, murorum opus completum, deliberatumque fuisset, cœpit omnipotenti Deo multimodas, sive innumeras gratias agere, qui suas quotidianas preces pro nova ædificatione murorum exaudire, & adimplere dignatus est.

LXXI. Nam quantam, qualemque curam, vel studium, simulque solicitudinem pius, ac laudibilis Pastor, quousque construeretur, diebus singulis ac noctibus habuit, nullius hominis lingua breviter enarrare potest, & quia nihil aliud post debita sacrorum mandatorum officia agebat, præter id, quod superius exaratum est, revera non frigus, neque flatus ventorum, vel pluviæ, aut aeris grandis vel modica conturbatio pigrum in eundo de die in diem quolibet modo facere potuit. Sed [a] modo hic, modo illic per diversas murorum fabricas vigil ac sollicitus discurrebat, ut suum bonum propositum, ac desiderium per apostolorum pia Petri Paulique suffragia, Redemptor noster omnipotens præpropere adimplere decrevisset, atque modo omnes conspicimus.

LXXII. Tunc demum consummatis simulque perfectis, ut crebro retulimus, novæ civitatis universis operibus, Papa beatissimus, & per omnia & in omnibus semper laudabilis, [1] ut prædicta civitas, quæ a proprio Conditoris sui nomine

VARIANTES LECTIONES

f Vat. IV. ita, editi, *illius anno*. *g* Sic idem Vat. IV. & cod. Reg. *h* Vulgati, *omnis est fabricis*, Baron. ut in contextu.
LXXI. *a* Idem, *modo huc*, *modo illuc*. Vat. I.

N O T Æ

LXXII. 1. UT PRÆDICTÆ CIVITAS, QUÆ A PROPRIO CONDITORIS SUI NOMINE LEONIANA VOCABATUR, UT PERPETUALITER &c.) Hæc nova regio mœnis vallata dicta est urbs Leoniana. Describit hic Bibliotheca-

ne [a] Leoniana vocabatur, ut perpetualiter firma ac roborata consisteret, jussit cum magna animi devotione, cordisque lætitia, ut omnes cum eo episcopi pariter, ac sacerdotes [b] incolæ urbis, & universi ordines clericorum sanctæ catholicæ, & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, post letanias, & psalterium decantatum, cum hymnis & canticis spiritalibus per totum murorum ambitum nudis pedibus cinerem portantes in capite circuirent, & inter cetera ab episcopis Cardinalibus aquam fieri benedictam præcepit, ut inter orationum officia, aquam ipsam transeuntes per murum sanctificationis gratia jactare omnimodis studuissent, qui, ut ab eo jussum fuerat, humiliter peregerunt.

LXXIII. Ipse autem venerabilis Pontifex ore suo tres super eumdem murum orationes, multis cum lachrimis ac suspiriis dedit, rogans ac petens, ut sæpedicta civitas, & Christi conservaretur in ævum auxilio, & Sanctorum omnium, Angelorumque præsidio ab universo inimicorum secura & imperterrita perduraret in cursu. [a] Primam denique orationem fecit super portam, quæ respicit ad sanctum Peregrinum, [b] cujus finis, & principium tale est: ✠ ✠ ✠

Deus, qui apostolo tuo Petro collatis clavibus regni cælestis ligandi, atque solvendi pontificium tradidisti, concede, ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus libe-

VARIANTES LECTIONES

LXXII. *a* Vat. I. ita, Vat. VII. *construxit etiam civitatem juxta ecclesiam beati Petri ne ab hostibus, sicut jam fuerat, caperetur, quæ ex suo nomine Leoniana vocatur. Ipse fecit orationes: Qui beatum Petrum ap. & Deus, qui Apostolo tuo collatis & cetera.* quæ statim infra occurrunt. *b* Cod. Reg. cum Baron. *immo & levitæ.*

LXXIII. *a* Baron, *Primam itaque orationem dixit.* *b* Vat. VI. *cujus tale est principium.* Idem.

NOTÆ

thecarius ritum omnem, quo sanctissimus Papa voluit novam urbem quodammodo consecrare, & Sanctorum, atque Angelorum præsidio communire. Ipse cum omni clero nudis pedibus omnem murorum ambitum circuivit, aqua lustrali consparsit, precesque ad tres urbis portas adposite recitavit. Qui hæc scribit fuisse testem oculatum ex contextu dignoscitur.

liberemur, & hanc civitatem, quam noviter, te adjuvante, [c] *fundavimus, fac ab ira tua in perpetuum* [d] *manere securam, & de hostibus, quorum causa constructa est, novos,* [e] *ac multiplices* [f] *habere triumphos.* [g]

[h] Secundam quoque isdem pius Papa [i] dedit orationem super posterulam, [k] [1] ubi mirum in modum castellum præeminet, [l] quæ vocitatur sancti Angeli: cujus orationis talis est textus:

Deus, qui [m] *ab ipso hujus mundi exordio, hanc sanctam catholicam, & apostolicam Romanam ecclesiam ab hostibus custodire & conservare dignatus es, iniquitatis nostræ chyrographum propitiatus emunda, & civitatem hanc, quam tuo sancto nomini* [n] *per Apostolorum tuorum Petri & Pauli suffragia noviter* [o] *dedicavimus, ab omnibus inimicorum insidiis securam semper, atque imperterritam manere permitte.* [p] *Per.*

Tertiam vero orationem [q] cecinit [2] super [r] posterulam aliam,

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *fundamus.* d Baron. *permanere.* e Idem, *multiplicatos.* f Vat. VI. *habere triumphos. Per D.* g Baron. *Per Dominum nostrum* &c. h Cod. Bibliothecæ Barberinæ signatus num. 2017. *Secundam vero scripsit super posterulam, quæ sita est juxta Castrum S. Angeli: Deus, qui* &c. i Vat. VI. *dixit.* k Baron. *in loco, ubi*, cod. Reg. *ubi murus in modum castelli præeminet*, Vat. VI. *proeminet.* l Idem, *quod vocatur.* m *ab ipso hujus mundi exordio*) Vat. VI. vocem, *hujus non agnoscit*, Baron. *ab ipso Christianitatis exordio.* n Idem Vat. VI. *per Apostolorum tuorum nomina.* o Idem, *dedicamus.* p Baron. *Per dominum nostrum* JESUM *Christum.* q Vat. IV. *scripsit.* r Vat. VI. *super posterulam, quæ appellatur Saxonum posterula.* Baron.

N O T Æ

LXXIII. 1. UBI MIRUM IN MODUM CASTELLUM PRÆMINET) Ædificaverat Augustus insigne mausoleum ad ripam Tiberis intra Romam, in quo Augustorum, Augustarumque deinde decedentium corpora reconderentur. Augusti magnificentiam Hadrianus imperator imitari voluit alterum mausoleum excitando multo amplius & magnificentius in adversa parte Tiberis in sui reconditorium, quod moles Hadriani dicebatur. Card. Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die XXIX. Septembris tradit, Leonem IV. hanc molem communivisse in novæ urbis tutelam, & in castellum convertisse, quod hodie etiam *castellum sancti Angeli* dicitur, in cujus honorem dicatum est.

2. SUPER POSTERULAM ALIAM, QUÆ RESPICIT AD SCHOLAM SAXONUM) Tres istæ portæ urbis Leonianæ hodie diversimode vocantur: 1. sancti Petre-

aliam, quæ respicit ad scholam Saxonum, [s] quæ ex eorum vocabulo Saxonum posterula appellatur, & ipsa oratio tertia hunc specialiter continet modum:

Præsta, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, ut ad te toto corde clamantes, intercedente beato Petro apostolo tuo, tuæ pietatis indulgentiam consequamur, [t] & pro civitate hac, quam ego famulus tuus Leo IV. episcopus, te auxiliante, novo opere [u] dedicavi, meoque nomine Leonina vocatur, jubeas ut semper illæsa [x] maneat ac secura, [y] apud clementiam majestatis tuæ [z] jugiter [aa] exoramus. [bb] Per Dñum &c. Quamobrem secundo præsulatus sui anno præfata civitas sumpsit exordium & in VI. consecrationis suæ anno civitas undique consummata est. In illa itaque die pax & lætitia maxima fuit clericis & proceribus omnibus. Hac itaque civitate expleta, condolebat Præsul, quod minime populus sibi erat ibi ad habitandum. Eodem igitur tempore advenit populus Corsarum, qui propter metum gentis Agarenorum civitates suas, & terras ac possessiones reliquerat. Cui cum nimio gaudio hanc civitatem summus Præsul donavit, multisque divitiis ditavit, atque multas possessiones eis contribuit.

LXXIV. In qua scilicet civitate juxta promissum sui desiderii, quod Deo voverat, magnam sive Romanis, sive diversis nationibus, in summæ solemnitatis die rogam distribuit. Deinde cum ceteris, ut præfatum est, sacerdotibus, & omnibus Romanorum proceribus ad ecclesiam beati Petri apostoli cum orationibus, divinisque laudibus tendens, missam

VARIANTES LECTIONES

s Baron. *atque Saxonum*. t Vat. IV. *& civitas hac*. u Baron. *ædificavi, meoque nomine Leoninam vocavi*, Vat. IV. & Vat. VI. *Leoniana vocatur*. x Baron. *permaneat*. y Vat. I. *apud*. z Baron. *jugiter perseveret*. aa Vat. VI. *exorare*. bb Baron. *Per Dominum nostrum* JESUM *Christum* &c.

Vat. I.

NOTÆ

Peregrini, dicitur *porta Angelica*: II. ad castellum sancti Angeli. *porta Castello*: III. ad scholam Saxonum, *porta Cavalleggeri*.

P 2 ITA-

ſam pro ſalute populi & civitatis incolumitate, ac ſtabilitate perpetua, honorifice decantavit.[1] Is itaque ſacris peractis officiis cunctos nobiles Romæ multiplicibus donis, non tantum in auro, argentove, ſed & ſericis palliis honoravit atque ditavit. Fuitque die illo magna cunctis lætitia, videlicet, die ſeptimo & viceſimo menſis Junii[a] pridie ante beatiſſimorum apoſtolorum Petri, & Pauli vigilias, ſed & per totam Romanam urbem infinita gaudia & exultationes innumeræ celebratæ ſunt.[b] Inde magis dignum eſt, atque conveniens, ut pro tanto Præſule tantoque paſtore[c] cunctipotentem Dominum toto corde puroque animo jugiter imploremus, per quem tam admirabile,[d] perhoneſtumque opus, Chriſti[e] ſolatiante potentia, celeri[f] exercitatione expletum, ob ſalutem Chriſtianorum omnium, conſummatumque cognoſcimus, in noſtris orationibus, quatenus & hic diutiſſime vigeat, & illic cum Sanctis omnibus pro ſuis innumeris certaminibus, ac laboribus perpetualiter æterna mereatur præmia poſſidere.

LXXV. [1] Ipſe vero beatiſſimus Papa fecit in eccleſia ſancti Sinzigii, quæ ponitur in civitate Blerana, veſtem de fundato unam habentem in medio tabulas de chryſoclavo cum effigie

VARIANTES LECTIONES

LXXIV. *a* Vat. 1. *pridie, ſiquidem ante*, Baron. *pridie S. Leonis papæ, & vigilia Apoſtolorum*. *b* Idem, *Unde*. *c* Idem, *cuncti omnipotentem*. *d* Vat. 1. *peroneſtatumque*. *e* Idem, *ſolaciante*. *f* Baron. *executione*. Vat. 1.

NOTÆ

LXXIV. IS ITAQUE SACRIS PERACTIS OFFICIIS CUNCTOS NOBILES ROMÆ MULTIPLICIBUS DONIS, NON TANTUM IN AURO, ARGENTOVE, SED ET SERICIS PALLIIS HONORAVIT ATQUE DITAVIT) In argumentum publicæ lætitiæ quemadmodum Romani Imperatores congiaria populo diſtribuebant, Leo ſanctiſſimus rogam & Romanis atque exteris diſtribuit, & præſertim omnibus nobilibus Romæ ſpecioſiora munera in auro, argento, & ſericis veſtibus largitus eſt.

LXXV. 1. IPSE VERO BEATISSIMUS PAPA FECIT IN ECCLESIA SANCTI SINZIGII, QUÆ PONITUR IN CIVITATE BLERANA &c.) In martyrologio Romano nulla fit mentio ſancti Sinzigii, bene quidem Siſinnii. Puto itaque ſic legendum. De ſancti Siſinnii martyrio exſtat epiſtola S. Vigilii epiſcopi Tridentini ad Simplicianum epiſcopum Mediolanenſem. De Blera vid. Gloſſar. I. & II. Part.

OBTU-

effigie Salvatoris, habente in capite gemmas praſinas tres, & ſancti Sinzigii, & beatiſſimi Præſulis, & vela de fundato quatuor. Et in eccleſia ſanctorum Quatuor Coronatorum fecit [a] ceroſtata ex argento puriſſimo II. penſan. libras quinque & uncias ſex, & gabathas de argento numero quatuor penſ. [b] libras ... Fecit in eccleſia ſanctæ Dei genitricis MARIÆ, quæ ponitur ad beatum Laurentium foris muros, vela de fundato numero viginti ſeptem.

LXXVI. Item fecit prædictus Præſul in eccleſia beati Clementis martyris, atque pontificis regnum, quod pendet ſuper altare majus, ex auro puriſſimo ſculptile ſine gemmis habens in medio crucem de auro cum gemmis ſuis in eadem cruce, vitreas quinque, & quæ pendent [a] item vitreas numero quatuor penſan. libras quinquaginta. [1] Obtulit & in eccleſia beati Hippolyti martyris, quæ ponitur in inſula Portuenſi, quæ nuncupatur Arſis, veſtem de fundato habentem gammadias ex argento textas, unam, vela de fundato numero quatuor. [2] Nec non & in eccleſia beatæ Dei genitricis MARIÆ Dominæ noſtræ, quæ ponitur infra civitatem, quæ vocatur [b] Anagnia, obtulit veſtem de fundato cum gammadiis auro textis, unam, & vela de fundato quatuor.

Verum

VARIANTES LECTIONES

LXXV. *a* Vat. I. *cereoſtata* &c. I. *penſ.* *b* Cod. Farneſ. *libras decem*:
LXXVI. *a* Vat. I. *item vitreas num.* IIII. *penſ. exagia* L. *b* Idem, *Anagnias.*

Idem

NOTÆ

LXXVI. 1. OBTULIT ET IN ECCLESIA BEATI HIPPOLYTI MARTYRIS, QUÆ PONITUR IN INSULA PORTUENSI, QUÆ NUNCUPATUR ARSIS &c.) In inſula Portus eccleſia epiſcopalis, quæ eſt titulus cardinalitius, & quidem Cardinalis ſubdecani, ut dictum eſt ſupra in Sergio II. numero XLV. ſancti Hippolyti martyris nomine inſignitur. De hoc Hippolyto Portuenſi intellexiſſe Prudentium in hymno ab eodem compoſito, qui undecimus eſt in libro περὶ Στεφάνων, ſeu *de Coronis*, affirmat Ruinardus in actis Martyrum ſinceris pag. 145. editionis Veronenſis. Inſulam hanc dixere olim *Sacram*, quod nulli fas eſſet religionis cauſſa quidquam ex ea decerpere, eamve ligone aut ferro violare. *Arſim* nuncupari tradit Bibliothecarius. Portus dictus ob vicinitatem portus Oſtiæ, ut etiam apud Cellarium pag. 792.

2. NEC NON ET IN ECCLESIA BEATÆ DEI GENITRICIS MARIÆ DOMI-

LXXVII. [a] Verum ne post hæc, quæ superius veraci testimonio, certisque [b] schematibus dilucidata, atque conscripta sunt, silentio, quod minime convenit, [c] cetera transeamus, [d] libet alia beatissimi Papæ opera potenti Jesu Christi opitulante clementia facta, [e] quamvis plurima, tamen luce clarius indicare. Nam cum in bonis, Deoque dignis operibus mens simul & animus summi Antistitis indeficiens desudaret, cœpit de civitate Portuensi permaximum habere certamen, ut quo modo, vel ordine tam suis, quamque etiam futuris temporibus ab hostibus, ac Satanæ filiis secura & libera manere potuisset. Cumque diu hoc tacitus [f] in corde suo pontificali haberet consilium, tunc pater omnipotens, & excelsus, qui semper in justis piisque cogitationibus fideles suos adjuvare non desinit, Corsorum animos excitavit, qui timore Sarracenorum perterriti a propriis [g] finibus exules existebant, & huc sive illuc sine solo proprio vagantes incedebant, ut ad sedem Romanam causa refugii, ac salutis venire quantocius debuissent, sicuti & factum est.

LXXVIII. Venientes vero illi ad sacratissima Apostolorum principis limina ter beatissimo domno nostro Leoni IIII. papæ illico præsentati sunt. [a] Qui cum ab eis suisque proceribus prudenter satis [b] sciscitatus fuisset, qualis tunc eis imminebat necessitas, pro qua venerant, ipsi autem necessitates suas, calamitates atque angustias per ordinem quasi uno ore

VARIANTES LECTIONES

LXXVII. *a* Idem Vat. 1. *Verum ne adhuc post hac*. *b* Idem, *scematibus*. *c* Idem, *ut cetera transeamus*. *d* Idem, *libet quidem beatissimi Papæ opuscula, ut præmissum est*. *e* Idem, *quamvis perbreviter, tamen*. *f* Baron. *in corde suo pontifex*. *g* Idem, *sedibus*.

LXXVIII. *a* Vat. 1. *Cui cum ab eo suisque*. *b* Idem, *sciscitati fuissent, ut qualis* &c. Baron.

NOTÆ

DOMINÆ NOSTRÆ, QUÆ PONITUR INFRA CIVITATEM, QUÆ VOCATUR ANAGNIA, OBTULIT &c.) Anagnia urbs episcopalis in Campania sita XXXV. milliariis ab urbe Roma; cui debent natale solum quatuor summi Pontifices Innocentius III. Gregorius X. Alexander IV. & Bonifacius VIII.

NAM

ore coram [c] præfato expoſuiſſent, [d] ſe habitaturos cunctis diebus in ſuo, ſucceſſorumque Pontificum obſequio ac ſervitio declararunt. Hoc ſane benivolus Præſul agnoſcens [e] in magnam eſt ſtatim exultationem ac lætitiam elevatus, gratias Deo [f] referens, qui tales illi tranſmiſit homines, qui in prænominata civitate in perpetuum habitare potuiſſent.

LXXIX. Auditis itaque eorum multis promiſſionibus Papa præcipuus una cum ſuis optimatibus eis clara voce reſpondit: *Si quod verbis nobis dixiſtis, opere curaveritis perficere, ſatis loca habemus optima, in quibus habitare* [a] *valebitis, ſi tantum nobis noſtriſque Pontificibus ſucceſſoribus boni fideles fueritis.* [1] *Nam* [b] *civitatem, quam vobis daturi erimus, valde firma eſt atque munita, quam nos, Redemptoris noſtri protegente auxilio,* [c] *novis portis ac fabricis in locis* [d] *perneceſſariis ad cultum priſtinum revocavimus. In qua ſi, ut diximus, manere cupitis, vineas vobis, ac terras, prataque concedemus, ut nullam poſſitis habere inopiam. Damus etiam vobis quouſque ex labore veſtro habeatis, vos, & mulieres veſtræ, ac filii, unde vivere pleniſſime valeatis. Boves etiam, &* [e] *caballos, & animalia cetera, ſicut prædiximus, ſi cuncta bono animo feceritis.*

LXXX. Tunc Corſorum populi talia audientes promiſſa, lætiores effecti ſunt, miſſoſque pio Pontifici protinus quæ-

VARIANTES LECTIONES

c Baron. *præfato Pontifice*. d Idem, *ſe futuros*. e Idem, *magna eſt ſtatim lætitia, & exultatione elevatus*. f Idem, *retulit*.

LXXIX. a Idem, *poſſitis*. b Idem, *civitas*. c Vat. 1. *nobis*, pro *novit*. d Baron. *perneceſſariis poſitis*. e Vat. 1. *cavallos*.

Idem

NOTÆ

LXXIX. 1. NAM CIVITATEM, QUAM VOBIS DATURI ERIMUS, VALDE FIRMA EST, ATQUE MUNITA &c.) Conſtructio more græco. Quum Sarraceni oras omnes maritimas atque inſulas Italiæ adjacentes piraticis liburnicis ex proxima Africa infeſtarent incolæ Corſicæ ex inſula profugi, ad Leonem papam confugerunt, ut iis perpetuum inhabitandam ſedem concederet: Leo civitatem Portuenſem, quam dudum ædibus inſtauraverat, adſignavit.

PON-

quaesiverunt, qui civitatem & loca specialiter demonstrarent, & ita factum est. Placuerunt siquidem omnia, & spoponderunt aequanimiter omnes, quod si noster Papa & dominus universa, quae circuivimus, fuerit dignatus conferre, cum omni familia,& supellectili nostra in servitium sancti Petri, ut suum successorumque cum omni aviditate [a] properabimus. Lustrata denique civitate, & possessionibus universis ad venerabilem Pontificem cum eisdem missis reversi sunt. Venientes igitur, ut praemissum est, illique laeta ac prospera nunciantes, & quod Corsorum gens vivere se ac mori in eisdem locis omnino fuissent professi, [b] vocatis omnibus, ut ipsi similiter secundum missorum assertiones unanimes testarentur, [c] [1] pontificale eis, quod secundo promiserat (ob serenissimorum Lotharii & Ludovici majorum imperatorum, suamque simul mercedem, perpetuamque memoriam) praeceptum emisit, hoc scilicet tenore & placito [d] antepolito, ut tamdiu firmum maneret ac stabile, quousque sanctae Sedis Praesulibus, populoque Romano in cunctis obedientes ac fideles existerent. Et si, quod absit, omnem praecepti seriem irrefragabiliter non custodirent, [e] sancitum est in eodem, ut vacuum & inane [f] consisteret.

LXXXI. Loca vero, quae eis data sunt, & a missis pontificalibus consignata, [a] tam ex proprio jure ecclesiastico, quamque venerabilium monasteriorum, immo & singulorum hominum, qui finitimi existebant, in concesso eis pontificali pri-

VARIANTES LECTIONES

LXXX. *a* Idem Vat. 1. *properavimus*, pro *properabimus*, Baron. *perseverabimus*. *b* Vat. 1. *vocatis itaque omnibus*. *c* Baron. *Pontificale eis secundum, quod promiserat praeceptum, & serenissimorum Lotharii & Ludovici nostrorum Impp. &c. praeceptum emisit*, Vat. 1. *Hlotharii & Hludovvici*. *d* Baron. *interposito*. *e* Idem, *sancitum est, ut idem*. *f* Vat. 1. *consistat*.
LXXXI. *a* Baron. *tam proprii juris ecclesiastici, quam &c.*

Vat. 1.

NOTAE

LXXX. 1. PONTIFICALE EIS, QUOD SECUNDO PROMISERAT &c. PRAECEPTUM) Breve nimirum, chirographum pontificium, seu vulgo bullam. Nam

privilegio specialiter adscripta leguntur. Ecce enim quanta crebro dicti Præsulis erat ac præfulgebat misericordia, qui non tantum pro defensione urbis suos Romanos proceres diligebat; sed undecumque valebat colligere homines ad eorum auxilium & solatium invitabat, [b] plus defensionem diligens patriæ, & plebis securitatem commissæ, quam lucra temporalia & caduca, pro quibus multos jam recolimus, vitam pariter & possessiones, quibus delectabantur, jugiter amisisse.

LXXXII. Post hæc denique omnia, quæ superius brevi stilo contexta sunt, alia non dissimilia Præsul sanctus ac venerabilis satis ovans peregit opuscula. [1] Nam Hortanæ, & Amerinæ valde antiquarum civitatum, quarum muri, ac portæ præ nimia vetustate temporum usque ad solum ceciderant, & funditus destitutæ manebant, [a] quas modo fures, modo latrones ingredi patentibus aditis nullo resistente custode, facilius ingrediebantur, ipse adeo solertissimus Præsul [b] tantam civium prædictarum urbium cognoscens incuriam, eas, quas prætitulavimus, civitates hortatu suo, ac studio muris novis, portisque prioribus minime dissimilibus ad pristinum locum statumque [c] gratia corroboratus divina reduxit.

In

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *plus enim defensionem*.

LXXXII. *a* Vat. 1. *in quibus modo fures*, leg. *In quas*, cod. Reg. *in quibus fures & latrones patentibus*, Baron. *in quibus modo fures, modo latrones patentibus portis*. *b* Sic idem, Vat. 1. *tantam civitatem*, sed mendose, ac etiam mendose vulgata editio, *tantam civitatum prædictarum urbium cognoscens incuriam*. *c* Eadem vulgata editio cum Vat. 1. *gratia corroboratas*, Baron. ut in contextu. Idem.

N O T Æ

LXXXII. 1. NAM HORTANÆ, ET AMERINÆ VALDE ANTIQUARUM CIVITATUM, QUARUM MURI, AC PORTA &c.) Ameria perantiqua urbs Umbriæ, & Horta, sive Hortanum urbs ad Tusciam pertinens; illa ab urbe Roma distans milliariis LIV. hæc XL. Distractis portis, & collapsis mœnibus latronum incursionibus patebant. Utramque Leo opportune communivit. De Antiquitatibus Hortæ librum edidit Cl. Fontaninus Ancyræ præsul Romæ anno 1708. cui tamen plura objicit Anonym. Ravennaten. in Chorograph. Ital. section. XVIII. num. 96. & 107.

In quibus modo civitatibus exaratis [d] cives & ab inimicorum insidiis melius securi inhabitant, & fures ac latrones, ut dictum est, clausis muris, ac portis nullum damnum, [e] furtum tam noctibus, quamque diebus de cetero valebunt inferre.

LXXXIII. His autem, ut prædictum est, diligenter expletis, fecit in ecclesia sanctorum Quatuor Coronatorum regnum ex auro purissimo unum, pendens super altare majus cum catenulis similiter aureis, [a] sculptilem habens in medio crucem auream habentem gemmas quatuordecim, ex quibus quinque in eadem cruce fixas, & alias, quæ [b] ibidem pendent, novem; sex quidem albas, & hyacinthinas tres, pens. simul libram unam & semis uncias. Nec non & [1] in basilica sanctæ Dei genitricis MARIÆ Dominæ nostræ, quæ ponitur in vico Sardorum, obtulit calicem, & patenam de argento exauratam [c] par unum legente *de nomine* DOMNI LEONIS IIII. PAPÆ pensan. [d] simul in unam libras quatuor & uncias quinque.

LXXXIV. Ipse insignis Præsulque præcipuus cum innumera summi decoris opera [a] in basilica beati Petri cœli clavigeri perfecisset, [1] portas, quas destruxerat Sarracena progenies argentoque nudarat, erexit, multisque argenteis tabulis

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *ut cives a furibus & latronibus, & aliis inimicorum insidiis securi habitarent*. e Cod. Reg. *furtumque tam* &c.

LXXXIII. a Vat. 1. *sculptile habens*. b Idem, *inibidem pendent*. c Baron. *pharum unum, in quo legitur nomen Domini Leonis Quarti, pensans libras quatuor & uncias quinque*. d Vat. 1. *simul in uno*.

LXXXIV. a Vat. 1. *in basilica Calixti* (leg. *cœli clavigeri*) *perfecisset portas, a fundamentis quas destruxerat* &c. Vat. 1v. *Fecit in ecclesia beati Petri apostoli portas argenteas majores post depradationem Sarracenorum*. Vat. 1.

NOTÆ

LXXXIII. 1. IN BASILICA SANCTÆ DEI GENITRICIS MARIÆ DOMINÆ NOSTRÆ, QUÆ PONITUR IN VICO SANDORUM) In Exquilino, ut adnotavimus in Leone III. num. XLVI. ubi egimus de diaconia S. Viti.

LXXXIV. 1. PORTAS, QUAS DESTRUXERAT SARRACENA PROGENIES &c.) Erant fortasse portæ argenteæ, quarum meminimus in Hadrian. num. XLVI. & ad quas pervenerunt Sergius II. & rex Ludovicus, ut prodit Auctor in vita ejusdem Sergii num. X. *ad portas pervenerunt argenteas*.

lis lucifluis, salutiferisque historiis sculptis decoravit, & in meliorem speciem, quam pridem fuerant, reparavit, ut omnes, qui in eamdem basilicam [b] ingredi volunt, laudes Deo omnipotenti, [c] sanctoque suo præsulatui referant, & exposcant, ut multa annorum suæ vitæ curricula extendantur, qui tanti fulgoris opere, tantoque pulchritudinis pondere aulam Dei argento pensan. [d] libras septuaginta ornavit. Qui summus Deoque amabilis Papa [a] in exordio sui pontificii cum porticus partis lævæ beati præ nimia vetustate Petri basilicæ cecidisset, celeri studio præclarius [e] renovavit.

LXXXV. Nam & ipsius præcipuæ sarta tecta [a] ecclesiæ magnis trabibus, procacique artificio elevatis lucisflue renovavit. [b] Qui etiam porticum, quæ sancti Andreæ cohæret ecclesiæ, cum cerneretur casura, in melius noviter restauravit. [c] Sed & cameram, quæ ante portas argenteas jam dictæ aulæ esse conspicitur, infinito fretus amore renovans decoravit. [d] Et multas piæ operationis in eadem specie ecclesias fecit, quas si scripturæ tradere voluerimus, lingua narrare non sufficiet, & nec scribentium valebunt articuli sustinere. Cum ergo

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *ingredere veniunt*. *c* Idem, *suoque sancto præsulatui referunt, & exposcunt*. *d* Cod. Reg. *libras septingentas*, & sic forte legendum, ut numerus respondeat verbis textus, *tantoque pulchritudinis pondere* &c. *e renovavit*) adde ex eodem cod. Reg. *In presbyterio posuit cereostata pensantia libras triginta. Super corpus B. Leonis confessoris, atque pontificis fecit vestem albam holosericam rosatam cum chrysoclavo unam*.

LXXXV. *a* Idem cod. Reg. *Ecclesiæ B. Petri, id est, navem majorem magnis trabibus numero tribus procaci artificio* &c. Vat. 1. *magnis travibus*. *b Qui etiam*) hic desinit Codex Reginæ papyraceus. *c* Idem, *Nam & camera, quæ aute*. *d* Vat. 1. *& multas piæ operationis iu eadem speciis ecclesia f.* hoc est, *fecit*.

Editi

NOTÆ

a. IN EXORDIO SUI PONTIFICII) in exordio sui pontificatus. *Pontificium* pro *pontificatu*, seu pontificali dignitate, in Benedicto II. nu. 1. *dignus ut ad pontificii regimen perveniret*: in Sergio II. num. IV. *in pontificio cum tribus perdurasses ipse Eugenius annis*. Et passim apud auctores ejus ævi. Ea voce Leo usus est in ea priori prece, qua Dominum exoravit post ædificatam urbem de suo nomine Leoninam: *Deus, qui Apostolo tuo beato Petro ligandi atque solvendi pontificium tradidisti*, hoc est, apostolicam, seu pontificalem facultatem.

ergo per diversas Dei ecclesias multa perficeret insignia opera, ipse beatissimus Pontifex porticum, quæ ante basilicam sanctæ Dei genitricis consistit, quæ juxta basilicam sancti Laurentii sita est foris muros, clarius ac firmius renovavit.

LXXXVI. [1] In ecclesia autem sanctæ Dei genitricis, quæ ponitur in vico [a] Sardonum, milliario urbe Roma tricesimo, [2] quatuor catholicos libros obtulit, unum evangeliorum, alium regnorum, [b] psalmorum, atque sermonum. [3] In ecclesia beati Martini confessoris atque pontificis foris portam beati Petri apostoli fecit calicem de argento unum cum catenulis pensan. libras quatuor & uncias duas. Et in ecclesia sanctorum Quatuor Coronatorum fecit thymiamateria duo ex argento mundissimo pensan. libras duas & unciam unam. Simili modo & in ecclesia beatæ [c] Petronillæ fecit vestes de fundato tres & vela duodecim, quatuor quidem de fundato, & tres [d] de spanisco, & linea quinque. Nam [e] & [4] in ecclesia sanctæ

VARIANTES LECTIONES

LXXXVI. *a* Editi ita, Baron. cum Vat. 1. *Sardorum*. *b* Idem, *psalterium & sermonum*. *c* Idem, *Petronellæ*. *d* Idem, *de spanisca*. *e* Baron. *in ecclesia sanctæ Dei genitricis* MARIÆ, *quam ipse beatissimus Pontifex a fundamentis supra Saxonum vicum noviter construxit, obtulit vestes numero tres, & vela similiter de fundato*. Vat. 1.

NOTÆ

LXXXVI. 1. IN ECCLESIA AUTEM SANCTÆ DEI GENITRICIS, QUÆ PONITUR IN VICO SARDONUM, MILLIARIO AB URBE ROMA TRICESIMO) *Sardorum* legit Baronius, & sic puto legendum. Qua enim calamitate coacti fuerunt Corsæ ad ædes patrias deserendas, ut supra vidimus, eadem etiam Sardiniæ populi ex suis sedibus expulsi, novas sibi in agro Romano quærere cogitarunt.

2. QUATUOR CATHOLICOS LIBROS OBTULIT, UNUM EVANGELIORUM, ALIUM REGNORUM, PSALMORUM, ATQUE SERMONUM) Quatuor hic numerantur libri, quibus Pontifex ecclesiam sanctæ MARIÆ in vico Sardorum donavit, videlicet, liber Evangeliorum, liber Regum, liber Psalmorum, & liber Sermonum, nempe liber Homiliarum sanctorum Patrum, qui a lectoribus populo diebus solemnibus legi solebant.

3. IN ECCLESIA BEATI MARTINI CONFESSORIS ATQUE PONTIFICIS FORIS PORTAM BEATI PETRI APOSTOLI) Hanc ecclesiam fuisse eo loci, ubi nunc est sacellum sanctis Leonibus dicatum, opinatur Martinellus Floravantes fultus auctoritate Grimaldi. Sic paullo post appellatur ecclesia beatæ Petronillæ, quæ simili modo sacellum est novi templi beati Petri. Vide supra in Nota 1. num. 11.

4. IN ECCLESIA SANCTÆ DEI GENITRICIS MARIÆ, QUAM IPSE BEA-

sanctæ Dei genitricis Mariæ, quam ipse beatissimus Pontifex a fundamentis supra scholam Saxonum noviter construxit, obtulit vestes de fundato [f] tres, & vela similiter de fundato quatuor.

LXXXVII. Idem beatissimus Pontifex fecit in basilica beati Petri apostoli cereos [a] deargentatos, qui stant in presbyterio, numero viginti & septem pens. insimul libras quadraginta. Nam & trabes in ingressu & in medio presbyterii investivit ex argento purissimo pensan. libras sexaginta & septem & uncias tres. Cum autem supernæ zelo patriæ incensus speciosis Christi per ordinem ornaret metallis ac ornamentis ecclesias, post fecit alia multa in aula beati Petri [b] Apostolorum principis: coronam ex argento purissimo unam cum catenulis argenteis quatuor, habentem delphinos quadraginta & duos pensan. simul libras viginti & tres. Hic quoque Pontifex, Christi semper auxilio fretus, ac divinitus inspiratus, fecit in circuitu altaris beati Petri apostoli vela serica de prasino quatuor habentia tabulas de chrysoclavo cum effigie Salvatoris & apostolorum Petri & Pauli, & sui ipsius almifici Præsulis, & in medio cruces, & gammadias de chrysoclavo cum orbiculis, in quibus sunt imagines Apostolorum miræ pulchritudinis, decoratas, quæ in diebus festis ad decorem ibidem suspenduntur.

LXXXVIII. [a] Pari modo fecit ubi supra alia vela alba holoserica rosata cum cancellis decorata mirifice, [1] Paschæ obumbrantia sacra. Nec non & aliam coronam minorem ibidem

VARIANTES LECTIONES

f Vat. 1. *numero tres*.
LXXXVII. *a* Baron. *de argento*. *b* In editis, *apostoli principis*.
LXXXVIII. *a* Vat. 1. *Parique modo*. Baron.

NOTÆ

BEATISSIMUS PONTIFEX A FUNDAMENTIS SUPRA SCHOLAM SAXONUM NOVITER CONSTRUXIT De hac schola mentio facta est in Sergio II. numero XLVI. De ista vero ecclesia credimus posse affirmari non aliam esse, quam quæ hodie *sancti Spiritus* in Saxia nuncupatur.

LXXXVIII. 1. PASCHÆ OBUMBRANTIA SACRA) Admirabilem scilicet Christi Domini Resurrectionem.

dem obtulit cum catenulis quatuor, & delphinis decem, habentem lilium, & [b] uncinum penſ. lib. duas. Hujus namque beatiſſimi Præſulis animus ſemper Deo devotus exiſtens pretioſis Jesu Chriſti eccleſias ornamentis ingenti ob æternæ vitæ ſalutem decorare ſtudebat amore, & quod nullus præceſſorum ejus Pontificum facere [c] arbitratus eſt, hic ſancto procul dubio Spiritu fervens atque compulſus, coronas ex auro mundiſſimo inclytis Chriſti videlicet, & Sanctorum vultibus refulgentes fieri in Apoſtolorum principis Petri eccleſia juxta altare, ſub quo ejus ſacratiſſimum corpus requieſcit, dextra, lævaque pendentes fieri duas cum catenulis aureis, bullis, gemmiſque praſinis decoratas decrevit, habentes inſimul delphinos ſexaginta, penſan. libras viginti.

LXXXIX. [a] Fecit & crucifixum argenteum miro opere depictum in eadem eccleſia, qui in læva introitus parte inter columnas magnas poſitus ingenti ſplendet decore, habentem lib. ſexaginta & duas & dimidiam. Ipſe quoque beatiſſimus Pontifex fecit in oratorio beati Andreæ apoſtoli, quod ſancti Petri cohæret eccleſiæ, veſtem ſericam unam habentem hiſtoriam aquilarum, & in medio tabulam cum chryſoclavo, in qua depictæ Chriſti, & Diſcipulorum ejus dextra, lævaque imagines fulgent, & ipſius almifici Præſulis. Ac ſimilem poſt totius operis perfectionem, & ornamentis decoris in eccleſia ſanctorum Quatuor Coronatorum veſtem fecit de eodem ſerico cum tabula de chryſoclavo, habentem hiſtoriam, ſeu miraculum, quod Dominus Chriſtus de quinque panum, & piſcium alimentis duorum, quinque millia hominum abundanter ſatians eſt operatus.

XC. Inter hæc vero, quæ ſuperius ſcripta ſunt, cœpit crebro nominatus ſanctiſſimus Præſul de ſingulis eccleſiarum recto-

VARIANTES LECTIONES

b Baron. *unconem*. *c* Vat. 1. *arbitravit*, ut alibi.

LXXXIX. *a* Idem, *Fecit igitur & crucifixum*, cod. Vallicell. C 25. *fecit crucifixum argenteum intra columnas habentem libras ſexaginta duo & dimidium*.

Baron.

rectoribus, videlicet episcopis, presbyteris, diaconibus, atque [a] omni Christianorum militia curam sollicitudinemque habere præcipuam. Volens itaque, ficuti & factum est, ex priscis auctoritatibus novam, Christo juvante, normam [b] proponere, qualiter unusquisque eorum vitam castam & sobriam duceret, & Deo, cui semper inreprehensibiliter famulatum debemus impendere, in omnibus [c] complaceret, tunc demum, sancti ei Spiritus gratia revelante, una cum consilio serenissimorum [d] Lotharii ac Ludovici imperatorum [e] [1] anno imperii eorum quinto & tricesimo, atque pontificatus jam dicti Præsulis septimo, mense Decembris, die octava, Indictione secunda, sanctam ac venerandam in ecclesia beati Petri apostoli synodum [f] congregavit.

XCI. [1] In qua tam ipse catholicus & apostolicus vir, quamque & alii cum eo sexaginta & septem episcopi [a] resederunt.

VARIANTES LECTIONES

XC. *a* Baron. *omnium Christianorum*. *b* Sic idem, & Vat. 1. editi, *præponere*. *c* Baron. *complacere*. *d* Vat. 1. *Hlotharii ac Hludovici*. *e* Idem, *anno siquidem imperii eorum quinto & XIII.* supra XXX. *f* Vat. VII. *Congregavit ipse catholicus & apostolicus vir synodum LXVII. episcoporum; tunc coram omnibus LXVII. capitula legi præcepit, quæ ad salutem & lucrum omnium Christianorum pertinere noscuntur, quæ ut illibata in futurum serventur, post cetera decreta Pontificum in sanctis concionibus jussit adscribi*; cod. Vallicell. C 25. *fecit etiam concilium, ubi interfuere sexaginta & septem episcopi, ubi relegi fecit decreta Pontificum; in quo damnatus fuit Anastasius cardinalis propter sua crimina.*

XCI. *a* Vat. 1. *residerunt*. Idem.

NOTÆ

XC. 1. ANNO IMPERII EORUM QUINTO ET TRICESIMO, ATQUE PONTIFICATUS JAM DICTI PRÆSULIS SEPTIMO, MENSE DECEMBRIS, DIE OCTAVA, INDICTIONE SECUNDA, SANCTAM AC VENERANDAM IN ECCLESIA BEATI PETRI APOSTOLI SYNODUM CONGREGAVIT) Acta est hæc synodus anno imperii Lotharii ac Ludovici imperatorum quinto & tricesimo (corrige anno quinto Ludovici, qui a Lothario patre consors factus fuerat imperii anno 849. & tricesimo septimo Lotharii ex quo cum patre imperare cœperat, videlicet anno 817.) pontificatus Leonis IV. septimo, mense Decembri, die octava, Indictione secunda: quibus notis signatur annus Incarnationis Dominicæ octingentesimus quinquagesimus tertius: Atque adeo non fuit hæc synodus congregata anno Domini DCCCL. idest, anno IIII. pontificatus Leonis IV, ut scribit Panvinius in Chronico.

XCI. 1. IN QUA TAM IPSE CATHOLICUS ET APOSTOLICUS VIR, QUAMQUE ET ALII CUM EO SEXAGINTA ET SEPTEM EPISCOPI RESEDE-

runt. Ex quibus quatuor episcopi ab Imperatoribus destinati, Joseph [b] Eborediensis, [c] Nottingus [d] Brixiensis, Petrus Spoletinus, & alius Petrus Aretinus. Inter quos etiam Paulus diaconus sanctæ Ravennatis ecclesiæ residens vicem tenens Joannis archiepiscopi sui, absque presbyteris, & diaconibus, & clero sanctæ matris Ecclesiæ. [a] Et tunc coram omnibus quadraginta & duo capitula, quæ profecto ad salutem, & lucrum omnium christianorum hominum pertinere noscuntur, per diacones sanctæ, [e] & universalis Ecclesiæ sedis legi præcepit. Quæ etiam capitula ut in futurum ab omnibus [f] illibata serventur, post cetera decreta Pontificum in sanctis canonibus jussit adscribi. Quatenus omnes episcopi hujus auctoritatis exemplum ante oculos habeant, & suos possint melius instruere & erudire subjectos.

XCII. [a] [1] In hac denique post cetera synodo Anastasius presbyter cardinalis tituli beati Marcelli ab omnibus canonice est depositus, eo quod parochiam suam per annos quinque

VARIANTES LECTIONES

b Idem, atque editi, *Eporegensis*, Baron. ut in contextu. *c* Idem Baron. *Notingus*. *d* Vat. 1. *Brissensis*. *e* Vat. 1. *& universalis sedis Apostolicæ legi*. *f* Idem, *inlibata*.

XCII. *a* Vat. IV. *In quo dampnatus fuit Anastasius cardinalis propter sua crimina*, ut supra in cod. Vallicell. C 25.

Vat. 1.

NOTÆ

SEDERUNT) Episcoporum nomina recitantur una cum nominibus presbyterorum, et diaconorum a Baronio ad hunc annum num. XLI.

a. ET TUNC CORAM OMNIBUS QUADRAGINTA ET DUO CAPITULA &c.) Eugenius II. ad sartam tectam Ecclesiæ disciplinam servandam synodum Romæ coegit, quæ habita est die XV. Novembris anni DCCCXXVI. In illa XXXVIII. capitula constituta sunt, de quibus omnino silet Bibliothecarius, quemadmodum etiam de synodo; sed quæ Holstenius in II. parte Collationis Romanæ integra edidit, & ex eodem Natalis Alexander sæculo IX. cap. I. art. IV. Hisce XXXVIII. per Leonem quatuor alia addita sunt, quæ numerum explent quadraginta duorum. Hæc etiam vide, si lubet, apud eumdem Natalem art. VII. Non igitur capitula, seu canones editi in ista synodo fuere LXIV. ut tradit Panvinius in Chronico supra citato.

XCII. 1. IN HAC DENIQUE POST CETERA SYNODO ANASTASIUS PRESBYTER CARDINALIS TITULI BEATI MARCELLI AB OMNIBUS CANONICE EST DEPOSITUS) Novo & fortasse primo exemplo Anastasius pre-

que contra canonum instituta deseruit, & in aliena usque hodie demoratur. Qui cum neque ad duo pro eo congregata concilia [b] venire vellet, neque per apostolicas epistolas, neque per tres vocatus episcopos, Nicolaum videlicet, Petronacium, & Joannem, ideo merito uno consensu, secundum quod de talibus sacris continetur canonibus, eum sancta synodus deposuit, & sacerdotali honore privavit anno, mense, die, & Indictione superius adnotata.

XCIII. Post præcipuam vero hujus concilii diffinitionem beatissimus ejusdem Præsulis animus, cœlestis semper amoris igne accensus ad restauranda ecclesiarum Dei cunctorum ornamenta vasorum studium rursus cœpit ingens habere. Nam & in ecclesia beati Petri regni cœlorum clavigeri fecit lucernam ex argento purissimo unam [a] bimixam pens. libras sexdecim. Nec non & in monasterio sancti Martini, quod ipsius Apostolorum principis ecclesiæ cohæret, fecit aliam lucernam ex argento fusilem ac bimixam pensan. libras viginti & septem & dimidiam. Similiter & in monasterio sanctorum Joannis & Pauli fecit aliam lucernam argenteam similiter supradictis pensan. libras viginti duas & dimidiam: quæ Dominicis, vel festis diebus juxta [b] lectorium consistentibus

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *venire volens*.

XCIII. *a* Vat. 1. *vimixam*, sic infra. *b* Idem, *consistentes*.

Baron.

NOTÆ

presbyter cardinalis titulo beati Marcelli a Leone IV. universa adprobante synodo, exauctoratus est atque excommunicatus, eo quod per quinquennium a sua parochia absuerit, & in alienis parochiis, perque exteras regiones divagatus fuerit, & tertio & quarto per tres Episcopos jussu Pontificis ad synodum vocatus, accedere contumeliose noluerit. Quæ in hac causa peracta sunt a laudato Annalium scriptore singillatim enarrantur ad annum DCCCLIII. num. XLII. Hujus synodi decretum habetur *in cap. 2. tit. de Cleric. non resid.* in prima compilatione, & *in cap. 2. Ex gestis tit. eod.* in compilatione Gregoriana, ubi illud adscribitur Leoni III. sed perperam, quum Leo III. sederit tempore Caroli Magni a se Imperatoris constituti, ut in vita ipsius Leonis III. num. XXIII. Part. II. non autem tempore Lotharii & Ludovici, qui in eadem prima compilatione referuntur.

tibus ad legendum ſacras lectiones magno luminis ſplendore luceſcat.

XCIV. Iſdem vero ſanctiſſimus Papa fecit [a] rugulas de argento fuſiles cum cancellis in ingreſſu presbyterii, & ante confeſſionem beati Petri apoſtoli amatoris ſui, quæ [b] pulchro lucentes decore, hominum præbent mentibus [c] admirationem: quarum duæ penſan. libras [d] ſexcentum quadraginta & duas; aliæ vero duæ libras quingentas & octuaginta. Et in eccleſia ſancti Vincentii, quæ ponitur in Fraſcata, obtulit veſtem de fundato unam.

XCV. Sed quia, ut ſæpe diximus, hujus ſereniſſimi Præſulis animus maxime beatiſſimi præſulis apoſtoli Petri Apoſtolorum principis repletus amore, ipſius ſummæ eccleſiæ, cujus, divina diſpenſante potentia, thronum regebat, multa deſiderabat ſemper [a] ornamenta perficere: [b] fecit ſuper ejus ſanctum altare veſtem de chryſoclavo habentem hiſtoriam in medio Salvatoris inter angelicos vultus fulgentis, Petroque apoſtolo claves regni cœlorum tradentis, & in dextra lævaque [c] glorioſam Petri & Pauli paſſionem fulgentem. Inter quos ipſe Præſul civitatem, quam fieri juſſerat, [d] Petro interveniente, offert depictam, & crucem auro gemmiſque nitentem, & in circuitu altaris, & deſuper habentem pannos deſuper [e] ſericos [f] pretioſa aquilarum hiſtoria textos, quorum duo aurati cernuntur. [g] Obtulit autem ubi ſupra vela quatuor cum chryſoclavo, in quibus ipſe Præſul depictus imagini Salvatoris inter angelicos vultus fulgentis civitatem, quam funditus paraverat, offert.

XCVI. Igitur quia jam pleniter ea, quæ beati Petri eccleſiæ prædictus Pontifex obtulit, ornamenta, breviter licet, de-

VARIANTES LECTIONES

XCIV. *a* Baron. *regulas*. *b* Vat. 1. *pulchro rutilantes decore*. *c* Idem, *ammirationem*, ſic infra num. XCVIII. *d* Baron. *ſexcentas quinquaginta duas*.

XCV. *a* Idem Baron. *ornamenta adjicere*. *b* Idem, *Fecit itaque*. *c* Vat. 1. *glorioſa Petri & Pauli paſſione fulgentem*. *d* Baron. *Petro interveniente*. *e* Vat. 1. *ſyricos*. *f* Baron. *pretioſe aquilarum hiſtoria textos*. *g* Idem, *Obtulit præterea*.

Vat. 1.

descripsimus: nunc ea, quæ in ecclesia beatissimi Pauli apostoli doctoris gentium post impiam Agarenorum devastationem est operatus, ob æternam memoriam summatim innotescere studemus. Fecit autem super ejus sacratissimum corpus cyborium miræ pulchritudinis ingenti argenti pondere cum columnis argenteis comptum pensan. libr. noningentas quadraginta & sex. Sed cum benigna ipsius Pontificis mens ante & post generalia omnium ecclesiarum diversa ornamenta, quæ ingenti desiderio præbebat, beato Petro semper aliquid [a] optimum & pretiosius offerre curabat: [1] obtulit ei tres [b] oleas masoricas [c] admirabilis pulchritudinis serico textas, coloreque depictas, quæ videlicet festis diebus in circuitu altaris majoris [d] dependerent.

XCVII. [1] Fecit autem & in ecclesia sancti Marciani, quæ sita est in domucella, quæ vocatur Balnearola, vestem de fundato unam, & vela spanisca duo. Simili modo & in ecclesia beati Laurentii martyris Christi, atque levitæ obtulit vela de fundato, quæ pendent [a] in arcubus infra columnellas majores, numero viginti quatuor. Fecit etiam in ecclesia beati

VARIANTES LECTIONES

XCVI. *a* Vat. 1. *optimum & speciosius*. *b* Idem, atque editi ita, Baron. *oleas majoricas*. *c* Vat. 1. *ammirabilis*. *d* Idem, *dependent*.

XCVII. *a* Idem Vat. 1. *in arcis*.

Idem,

NOTÆ

XCVI. 1. OBTULIT EI TRES OLEAS MASORICAS) *Mazoricas* legit Altesserra, & exponit idem esse ac *oleas majoricas, id est, majores*; nempe, *pallia serica majora intexta majoribus oleis, & coloris oleæ, id est, viridis*. Ducangius vero existimat esse speciem gemmæ, aut bullæ grandioris orbiculatæ figuræ, atque ex murrhina materia confectæ, utpote vox *masorica* perinde sonet, ac *murrhina*. Bulengerus, & Macrus vocem Arabicam putant, quam aliter interpretantur.

XCVII. 1. FECIT AUTEM ET IN ECCLESIA SANCTI MARCIANI, QUÆ SITA EST IN DOMUCELLA, QUÆ VOCATUR BALNEAROLA &c.) Locus hic satis per ea tempora, quibus scripta est hæc vita, notus erat: nunc ignotissimus est. Fortasse dictus erat *Balnearola* ab exiguis balneis, quæ ibi adhuc reliqua erant; quemadmodum etiamnum balnea Pauli dicitur locus, ubi modo est monasterium & ecclesia sanctæ Catharinæ Senensi dicata. Martinellus Floravantes suspicatur esse extra urbem.

beati Clementis martyris, atque pontificis [b] aquæmanile de argento par unum habens in se scalptam similitudinem capitis hominis cum vite, & alia historia pensan. libras tres.

XCVIII. Item obtulit ipse quidem beatissimus & almificus Præsul [1] in ecclesia sanctæ Dei genitricis MARIÆ [a] in Æmilia, quæ via Aurelia nuncupatur, vestem de fundato unam. Similiter & in ecclesia sancti Stephani, ubi supra, obtulit aliam vestem de fundato unam. Idem vero præclarus & almificus Præsul superna protectus dextra usque in Dei semper servitio sincero perseverans animo post multas bonas actiones, beati Silvestri & Martini ecclesiam, quam domnus Sergius prædecessor ejus noviter ab imis ædificaverat, multis quidem pulchrisque decoravit ac [b] depinxit coloribus. Cujus etiam pulchritudo magnam usque hodie humanis oculis admirationem præstat. Nam & ejusdem venerabile sacrumque altare ex argento investivit ac decoravit purissimo pensan. libras centum & sexdecim.

XCIX. Quamobrem post pulchra, ac laudabilia diversarum ecclesiarum Dei opuscula, quæ Præsul magnificus tota animi devotione peregit, [1] ne Christianus populus amplius [a] in Centumcellensi castro [b] ab hostibus deperiret, sicuti sæpe

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *aquamanilem de arg. parium* I. *habentem in se scalptum similitudo caput hominis*, leg. *scalptam similitudinem capitis hominis*.

XCVIII. a Vat. I. *in Aurilia, qua via Aurelia nuncupatur*. b Idem, *depinxit*.

XCIX. a Idem Vat. I. *Centumcellensi castro*, præpositione *in* omissa, Baron. *Centumcellensis castri*. b Idem, *ab invadentibus hostibus Sarracenis*.

effecit)

NOTÆ

XCVIII. I. IN ECCLESIA SANCTÆ DEI GENITRICIS MARIÆ IN ÆMILIA, QUÆ VIA AURELIA NUNCUPATUR) Non intelligendum hic de Æmilia, quæ regio est plures complectens urbes ad Adriaticum mare, quæ hodie *Romandiola* dicitur: sed de vico quodam in via Aurelia posito, quæ a porta Portuensi ad mare ferebatur. Codex Vat. I. legit *in Aurilia*, ut supra in Variantibus.

XCIX. I. NE CHRISTIANUS POPULUS AMPLIUS IN CENTUMCELLENSI CASTRO &c.) Centumcellæ urbs ad mare posita viginti quatuor millia passuum a Roma distans non muris vallata

pe fieri solebat, [c] effecit: [d] nam per quadraginta annos [e] ipsa civitas muris diruta, & habitatore proprio destituta manebat, moreque bestiarum, relictis sedibus propriis ob timorem Sarracenorum, [f] usque jam factum fuerat, ut per opaca silvarum [g] montesque incognitus sua domicilia populus, qui relictus ab eis fuerat, [h] aberraret: in quibus etiam præ timore inimicorum diebus ac noctibus nec soporem oculis, nec ullam juxta humanam consuetudinem quietem vel modicam [i] habere poterat.

C. Cumque tam pius & laudabilis Præsul de illorum gravamine, atque intolerabili nimium angustia ultra modum,

VARIANTES LECTIONES

c effecit) verbum hoc ex Baronio supplevimus. *d* Vat. 1. *Et per quadraginta annos. e ipsa civitas*) hæc etiam ex eodem Baronio adjecimus. *f* Sic idem, *usque jam factum fuerat, ut*, editi, *ut usque jam* &c. *g* Idem Baron. *montesque incognitos*. *h* Idem ita, prave Vat. 1. *dedicavit*, ut in vulgata editione. *i* Idem, Vat. 1. *habere manebat*, leg. *valebat*.

NOTÆ

vallata neque ulla patte munita, frequentibus Sarracenorum adgressionibus & direptionibus obnoxia, jacebat diruta & incolis deserta. Ut incolis per valles & montes misere vagantibus Pontifex consuleret, novam urbem duodecimo a Centumcellis milliario ædificavit, quam *Leopolim* vocari jussit. Præterito sæculo Urbanus VIII. Centumcellas egregie communivit, & portum additis operibus ad tutiorem triremibus pontificiis stationem restituit. Graviter labitur Turrigius, qui in Sacris Cryptis Vaticanis par. 2. cap. IX. pag. 483. editionis secundæ, putat, Leopolim esse hodie Cornietum, seu Cornuetum civitatem episcopalem a Centumcellensi dissitam milliariis circiter X. quæ ex Graviscæ & Tarquiniorum ruinis fertur excitata. Verum de Leopoli audiamus Anonymum Ravennaten. in Chorograph. Ital. sect. XX. num. 106. *Nullum ejus vestigium*, inquit Anonymus, *in tabulis nostris apparet. Non diu tamen permansit, deserta ob varia incommoda, ut ideo incolæ Centumcellas regredientes dicerent ad invicem*: Civitatem veterem repetamus: *hinc factum usu nomen* Civita vecchia, *ut recte suo more animadvertit Holstenius in Cluverium pag. 33. ubi corrigit etiam eumdem, qui secutus Albertum pag. 35. Centumcellas confundit cum* Cincella, *quæ 7. m. & amplius passuum distat ab illis. Leopolis tandem ruinas in quodam colle conspici dicit. Verum si Cincella distat tantum a Centumcellis 7. m. pass. non potest esse* Leopolis, *quæ juxta Anastasium loco laudato distat 12. m. pass. Non ergo Holstenius hic omnino exquisite scribit in Geographiam Sac. pag. 7.* Cincella vocatur illa civitas a Leone IV. ædificata, qua paulo post deserta, incolæ ad veterem Centumcellarum civitatem redierunt, cui, comparatione novi illius Leoniani oppidi Civitatis Veteris appellatio hæsit. *Alteruter sane fallitur, sed Anastasius testis de visu tum scribebat* &c.

AQUI-

dum, & plusquam credi potest, [a] quotidie condoleret, multis cum lacrimis, infinitisque orationibus Dominum rerum omnium conditorem deprecabatur assidue, ut ei dono gratiæ suæ dignaretur ostendere, quo in loco pro salute, & liberatione crebro dicti christiani populi Centumcellensis civitas mutari potuisset. [b] Ad quam ipse profectus, loca, quæ ei adfinitate erant conjuncta, diligenti cura ac studio [c] pervidit atque conspexit. Sed, ubi locus videbatur idoneus ad urbem ædificandam, [d] aquæ gestabant penuriam, quæ hominibus semper satis est necessaria. Per[illegible]tis igitur omnibus, ut prædiximus, locis, pervenit tandem divina favente misericordia ad locum optimum valdeque munitum, super quo suus maxime est animus dilatatus, quia & aquarum copiam ad populum confortandum, & ceteras utilitates humanas, [e] [1] aquimolasque molentes pleniter [f] subministrabant.

CI. Tamen quo modo, vel ordine hoc divina [a] ostenderit clementia, [b] dignum est, ut ad memoriam & laudem venerandi Pontificis omnis populus credat veraciter, & cognoscat, quod divino consilio & consultu opus diu exquisitum [c] ad effectum redactum est. Nocte denique quadam, dum [d] lectulo proprio juxta morem præclarus jaceret Antistes, & de divinis, [e] ut solet, [f] opusculis cogitaret, ad prævisum & ordinatum jam locum, qui duodecimo a Centumcellensi urbe milliario distat in somnis perductus est, & singula loca cuidam Petro magi-

VARIANTES LECTIONES

C. *a* Vat. 1. *cottidie*. *b* Baron. *Ad quæ ipse profectus loca*. *c* Vat. 1. *prævidit atque conspexit*. *d* Baron. *aquæ egestate & penuria laborabat*. *e* Idem, *aquimolasque molendas*, Vat. 1. *aquimolosque molentes*. *f* Idem, *subministrant*.

CI. *a* Vat. 1. *ostendit*. *b* Baron. *dignum est ad memoriam revocare ad laudem venerandi Pontificis, ut omnis populus &c.* *c* Vat. 1. *ad effectum est*, leg. *ad effectum redactum est*, ut in contextu, Baron. *perfectum est*. *d* Idem, *in lectulo*. *e* Idem, *ex solito*, Vat. 1. *ut solite*. *f* Baron. *operibus*.

Idem

NOTÆ

C. 1. AQUIMOLASQUE MOLENTES) *Aquimola* & aquimolus mola est ab aqua circumacta. In Glossario Henrici Stephani legitur Aquamilina, *ὑδρόμυλη*. De aquimolis pauca diximus in Hadriano num. LIV. Tom. II.

magiſtro militum, quaſi per corporalem præſentiam in ipſa revelatione per ordinem demonſtravit, ubi eccleſias, & ubi portas ex pontificali adjutorio fundare & conſtruere debuiſſet. Et quia præ loci anguſtia non ibidem, niſi duæ portæ conſtruendæ erant, in ipſa arcana revelatione digitis propriis adnotavit.

CII. Mane autem facto pro ſomnio, quod viderat, magna cœpit habere certamina, & prænominatum Petrum ad ſuam illico [a] juſſit venire præſentiam, cui quicquid in ſomnis viderat, [b] retulit, multoſque ei in argento [c] mancoſos præbuit, [d] ut conducto populo Centumcellenſis urbis, cum eis urbem feſtinantius perficere debuiſſet. Ac, Deo quidem auſpice, ita nunc omnia ædificata niteſcunt, ſicut in ſomnio Papa laudabilis manu propria deſignavit. Cui ex nomine proprio Leopolim nomen impoſuit. Ad quam, poſtquam [e] ædificari cœperat, [f] ad videndum & conſiderandum fabricam cum ſuorum fidelium multitudine [g] amanter acceſſit. Viſis denique portis, & eccleſiis, in ipſis ſpecialiter locis, ſicut monſtraverat, [h] & ſuum, Chriſto protegente, deſiderium adimpletum, [i] omnipotenti Domino gratias retulit infinitas, qui ei talem oſtendere locum dignatus eſt, in quo & populus ſalvus [k] exiſteret, & ad abundantiam inibi miniſtraret etiam lapides & arenam, [l] quatenus ſine labore operariorum noviter conſtructa fabrica augmentum percipere potuiſſet.

CIII. [a] Gaviſus ex his omnibus urbem Leopolim ſæpedictus Pontifex letaniis, & orationibus pedibus propriis circuivit,

VARIANTES LECTIONES

CII. *a* Idem Baron. *fecit venire*. *b* Vat. 1. *rettulit:* ſic infra. *c* Baron. *manucuſot*. *d* Idem, *ut conducto populo cum eo ad vicem Centumcellenſis urbis*, Vat. 1. *ut conducto populo cum eis ad vicem* &c. *e* Baron. *ædificare cœperat*. *f* Idem cum Vat. 1. *ad videndam & conſiderandam fabricam*. *g* Idem Vat. 1. *ovanter acceſſit*. *h* Baron. *ut ſuum, Chriſto protegente, deſiderium impletum vidit*. *i* Idem, *omnipotenti Deo*. *k* Vat. 1. *exiſteret ea, quæ abundantiam miniſtraret. Etiam lapides & arenam inibi tribuere*, Baron. *& aquæ abundantiam miniſtraret, & etiam lapides & arenam tribueret*. *l* Idem, *qualiter*.

CIII. *a* Idem Baron. *Gaviſis ex his omnibus*.

Sic

vit, tribusque orationibus [b] in modum Trinitatis perpetualiter consecravit; [c] missarum, [d] ut solitus erat, officium rite persolvens, & aquam benedictam per muros jactari præcipiens. [e] Et non modicam manibus propriis [f] præ amoris magnitudine universo populo rogam distribuit: commendansque omnipotenti Domino populum, & civitatem divinitus demonstratam, ne unquam ab hostibus capiatur, vel [g] invadatur. His omnibus perpetratis ad sedem suam cum ingenti lætitia & alacritate [h] reversus est. Octavo scilicet mense, Christo auxiliante, [i] dieque supradicti mensis decimo quinto omnis murorum ambitus completus atque perfectus est, anno [k] præsulatus sui octavo, Indictione secunda.

CIV. [a] Sed & in ecclesiis, quas ibidem fecit, multa dona obtulit. In ecclesia videlicet sancti Petri gabathas ex argento fusiles majores minoresque septem pensan. [b] pariter libras sexdecim & unciam unam; [c] cantharam exauratam unam; [1] baucas exauratas tres; fibulatoria majora, & minora quinque; crucem ex argento deauratam unam cum gemma una. [2] Item aliam crucem de auro unam habentem in medio

VARIANTES LECTIONES

b Sic Vat. 1. editi vocem *in* omittunt, Baron. *in nomine Trinitatis*. c Vat. 1. *Ac missarum*. *d* Baron. ita, Vat. 1. cum vulgatis, *ut sollicitus erat*. *e* Baron. *& non modicam propriis manibus jecit*. *f* Idem, *Præ amoris vero magnitudine universo populo* &c. *g* Vat. 1. *invagatur*, pro *invadatur*. *h reversus est. Octavo scilicet mense*) ex eodem Vat. 1. *ista accepimus*. *i* Idem, *dieque super addito* XV. *omnis* &c. ut in editis, leg. cum Baron. *dieque supradicti mensis decimo quinto* &c. ut in contextu. *k* Vat. 1. *præsulatus ejus*.

CIV. *a* Idem Vat. 1. *Nam & in ecclesiis*. *b* Baron. *pensantes simul*. c Vat. 1. *cantram exauratam*, Baron. *cantharum exauratum*.

Idem,

N O T Æ

CIV. 1. BAUCAS EXAURATAS TRES; FIBULATORIA MAJORA, ET MINORA QUINQUE) *Bauca* est genus armillæ ex Altescrra. Referri etiam potest vocabulum *bauça* ad speciem quamdam cyathi, seu poculi, unde derivata vox Italica *boccale*, scilicet, bauca, seu baucalis.

2. ITEM ALIAM CRUCEM DE AURO UNAM HABENTEM IN MEDIO MONOCOSSIM) Nomine *monocossis* creditur intelligi gemmam aliquam singularis pretii & pulchritudinis. Ita Ducangius, qui arguit Bulengerum subdubitantem, pro *monocossim* legendum esse *mancossum*.

STRU-

dio[d] monocossim. Et aliam crucem ex argento numeratim habentem gemmas quadraginta.[e] Thuribulum argenteum exauratum unum, [3] dextram saxiscam unam, coronas aureas duodecim, gabatham unam, & [f] [4] struthiocamelorum ova duo. Atque fecit in eadem ecclesia jam dictæ civitatis vestes sericas duas, ex quibus una habet in medio tabulam de chrysoclavo, & alia habet in medio crucem, & [g] orbiculos quatuor cum gammadiis, & vela de fundato decem & octo. Crucifixum ex argento purissimo pensan. libr. septem.

CV. Nec non & in ecclesia sancti Leonis ubi supra obtulit patenam exauratam unam, calicem de argento unum, vestes duas, unam quidem de fundato ornatam in circuitu [a] de olovero habentem in medio rotam de chrysoclavo, & gammadias, & alia de spanisco. [1] Similiter & [b] codices catholicos numero septem: [c] Historiarum [d] Salomonem, Antiphonarium, [e] Psalterium, & [f] Sacramentorum, [g] Gestorum, & Sermones, [h] sed & Evangelium cum tabulis argenteis, atque sacra-

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *monocassim*; Vat. 1. *monocossin*. *e* Idem, *turabulum*, editi, *thuribulum aureum exauratum*, legimus cum Baronio sæpe laudato, *argenteum exauratum*. *f* Vat. 1. *sturzicamelorum ova duo*, male in eodem Baron. *camelorum ova duo*. *g* Vat. 1. *orbiculas*.

CV. *a* Baron. *de spanoclisto*, ut etiam infra. *b* Vat. 1. *codices catholicorum*, Baron. *canonicorum*. *c* Vat. 1. *Storiarum*. *d* Baron. *Salomonis*. *e* Vat. 1. *& psalterium*. *f* Idem, *sacramentorium*, Baron. *sacramentarium*. *g* Idem, *gestorum etiam sermonem*, Vat. 1. *Gestarum & sermonem*, *seu* &c. *h* Baron. *sed & evangeliorum*.

sanctam

NOTÆ

3. DEXTRAM SAXISCAM UNAM) *Dextra*, sive dextrale armillæ genus ornando dextro brachio accommodatum.

4. STRUTHIOCAMELORUM OVA DUO) struthionum ovis insignis magnitudinis loco vasorum ornatus caussa utebantur.

CV. 1. SIMILITER ET CODICES CATHOLICOS NUMERO SEPTEM: HISTORIARUM SALOMONEM, ANTIPHONARIUM, PSALTERIUM, ET SACRAMENTORUM, GESTORUM ET SERMONES, SED ET EVANGELIUM) Septem sacri codices numerantur a Pontifice dono dati ecclesiæ beati Petri novæ urbis Leopolis, nempe Pentateucus cum libris Salomonis, Psalmi Davidis, liber Antiphonarum, Sacramentarium, quod & liber sacramentorum, & liber Missalis dicitur, Gesta martyrum, quæ & in missa olim, & in officio nunc recitantur; Sermones, videlicet, sanctorum Patrum homiliæ, & Evangeliorum codex.

cratiſſimum Dei altare, quod ſupra ſanctiſſimum beati Petri apoſtoli corpus conſiſtit, argenteis deauratis, quæ in dextra & læva ipſius Apoſtolorum principis habet miracula, perornavit laminis, quæ ingenti ſplendore nunc, ut cœli aſtra, coruſcant, penſ. vero ſimul libras octuaginta quatuor, & uncias quinque.

CVI. Atque poſt tam immenſæ operationis inſignia, factaque divina, Dei æterni clementia inſpirante, quæ per diverſa loca ob ſalutem Chriſtianorum, ipſe ſanctiſſimus Papa eſt operatus, [a] ſanctam Romanam eccleſiam, quæ Domini voce [b] ſupra firmam petram fundata conſiſtit, & de beati Petri Apoſtolorum principis nomine ſancto glorioſa coruſcat, pretioſiſſimo omnium metallorum ornatu præ nimio [c] patriæ cœleſtis amore [d] quotidie ornare procurans, ibidem quoque lectorium argenteum inclyta operatione cælatum, & ſuper quatuor pedes conſiſtens perfecit: in cujus videlicet ſummitate leonis caput refulget penſan. libras triginta unam & uncias undecim. [e] Nec non & ceroſtata quatuor, quæ a longo tempore ſummorum Pontificum in medio presbyterii feſtis [f] erigebantur diebus. Atque [g] hæc ſagaci arbitrio de argento puriſſimo inveſtivit, atque ut in perpetuum ibidem erecta eſſent, conſtituit, quod nullus prædeceſſorum ejus facere cogitavit, habentia ſimul libras quinquaginta & quinque.

CVII. Ubi ſupra fecit & [a] ceroſtata de argento majora, [b] par unum, penſan. libras quadraginta octo & uncias decem: in quibus ſedent lucernæ bimixæ de argento puriſſimo lucentes juxta altare majus penſan. libras ſimul quadraginta & novem. Nec non & alia ceroſtata deargentata ſeptem, penſan. libras

VARIANTES LECTIONES

CVI. *a ſanctam Romanam eccleſiam*) ita Vat. 1. *b* Idem, *ſupra firmam petram fundatam*. *c* Idem, *patris cœleſtis*. *d* Idem, *quodtidie*. *e* Idem, *Nec non & cerea* IIII. *lignea, quæ a longo tempore ſanctorum p.* nempe, *Pontificum* &c. *f* Idem, *erigebat*. *g* Idem, *hic ſagaci*.

CVII. *a* Vat. 1. *cereoſtata*: ſic ſemper. *b* Idem, *parium unum*.

Idem

libras viginti quinque & uncias tres. Pari modo & alia ſeptem tetra fecit ceroſtata ferrea deſuper de argento penſan. libras unam & viginti & uncias tres. Atque ſuper ipſum altare fecit veſtem auro textam candidis per totum margaritis fulgentem, & in dextra lævaque tabulas gemmatas habentem cum aureis per circuitum orbiculis, quibus inſigne ipſius Præſulis eſt nomen deſcriptum.

CVIII. [a] Jam & monaſterium S. Martini, quod longo ſenio erat caſurum, miris domorum ædificiis reſtauravit, & ad honorem meliorem, quam prius fuerat, funditus decoravit. In quo & veſtem albam roſatam cum roſis obtulit, & Salvatorem cum Apoſtolis, & Virginem [b] legentem nomen domni Leonis IIII. Item vela quinque [c] alba roſata, & unum quidem [d] habens gammadias tredecim, & amigdala de argento exaurata tria. In eccleſia ſanctorum Quatuor Coronatorum fecit veſtem de fundato unam. Præterea idem ſummus, & orthodoxus Pontifex divina inſpiratione pulſatus fecit in baſilica beati Petri Apoſtolorum principis calices ex argento puriſſimo, qui pendent [e] ſuper arcum principalem, nec non & infra columnas majores dextra lævaque numero octuaginta tres habentes inſimul libras quadringentas quadraginta & unam. Id ipſum vero ante ſacri altaris veſtibulum miræ pulchritudinis fecit [f] trabem, quam poſt diræ gentis nefandam deprædationem ex argento decoravit puriſſimo, in qua ſacræ ac Dei venerabiles ſedent imagines, quæ penſant libras ſexaginta.

CIX. Obtulit quoque in eccleſia beati Petri apoſtoli, quæ ponitur in civitate [a] Leopoli, [b] thuribulum de argento exaurato unum. Pari modo & in eccleſia ſanctæ Dei genitricis MARIÆ, quæ ſita eſt in vico Sardorum, gabathas cum caniſtro

VARIANTES LECTIONES

CVIII. *a* Idem Vat. 1. *Nam & monaſterium*. *b* Idem, *legente*. *c* Idem, *alva roſata*. *d* Idem, *habens gemmulinas* XIII. *amigdala*. *e* Idem, *ſuper arcora principale*. *f* Idem, *travem*.

CIX. *a* Vat. 1. *Leopolim*. *b* Idem, *turabulum*.

nistro de argento exauratas pens. libras... Similiter & in venerabili monasterio Hierusalem, quod juxta ecclesiam beati Petri apostoli ponitur, fecit vestem de fundato cum orbiculis, in circuitu ornatam cum lista de chrysoclavo, cum velis ex imizino duobus, & de fundato tribus. Ipse vero a Deo protectus, venerabilis, & praeclarus Pontifex fecit propitiatorium sacri altaris beati Petri Apostolorum principis, ubi sacratissimum corpus ejus quiescit, spanoclistum habens quidem argenti libras septuaginta & duas, auri vero octuaginta.

CX. Hujus vero temporibus quidam [a] Daniel magister militum iniquitatis ac stultitiae mole caecatus [b] ad serenissima domni [c] Ludovici imperatoris vestigia properavit, eique multa falsa & inutilia verba, quae credi nullo modo possunt, super Gratianum eminentissimum magistrnm militum, & Romani palatii egregium [d] superistam, ac consiliarium dicere non dubitavit. Nam [e] instanter eum [f] accusabat ob falsitatis invidiam, [g] dicens Imperatori: *Gratianus Romanae urbis superista, quem erga vos fidelem esse creditis, mihi soli in domo sua, nimium super Francos murmurans, dixit secrete: Quia Franci nihil nobis boni faciunt, neque adjutorium praebent, sed magis quae nostra sunt, violenter tollunt: Quare non advocamus Graecos, & cum eis foedus pacis componentes Francorum Regem, & gentem de nostro regno & dominatione expellimus?* [h] Quo audito mox praedictus Imperator immenso furore [i] accensus sine literis etiam ad Romanum dire-

VARIANTES LECTIONES

CX. *a* Idem Vat. 1. *Danihel*. *b* Vat. IV. *ad serenissimum Lodoicum imperatorem ire festinavit, eique multa inutiliaque verba super Gratianum eminentissimum magistrum militum nuntiavit, eo quod ipse divisionem facere deberet inter regnum & sacerdotium, imperiumque mutare deberet Constantinopolim*. *c* Vat. 1. *Hludowvici*. *d* Baron. *Superinstam*. *e* Idem, *constanter*. *f* Idem, *accusabat falsitate ob invidiam*. *g* Idem, *dicens Imperatori de Gratiano Romanae urbis superinsta*. *h* Vat. IV. *Imperator itaque audita hac causa, festinus Romam pervenit. Audito igitur dominus praesul adventu regis, mirari coepit, & causam insimul praefatam tractare coeperunt: sed penitus falsam invenerunt. Ipse autem, qui Franciam ivit causa accusandi, traditus fuit Gratiani potestati*. *i* Baron. *incensus*.

Idem

directis Pontificem, & ſenatum Romam venire velociter procuravit. Quem tamen venientem domnus Leo papa honorifice, ſicut mos eſt, ſuper gradus majores beati Petri apoſtoli reſidens ſuſcepit, & mellifluis prædicationis verbis placare cœpit.

CXI. Quadam vero die [a] ipſe Imperator cum ſanctiſſimo Leone pontifice, omnibus Romanis proceribus, pariter & optimis Francis [1] in domo, quam beatæ memoriæ Leo III. papa juxta eccleſiam beati Petri apoſtoli fecerat, ſedentibus de prædicta accuſatione placitum habuit. Tunc Daniel iniqua fronte armatus, falſaque cogitatione imbutus dixit coram omnibus: *Iſte Gratianus habuit mecum conſilium, hanc Romanam terram de veſtra tollere poteſtate, & Græcis tradere illam*. Cui ſtatim non ſolum Gratianus, verum etiam omnes Romani coram Imperatore dixerunt: *mentiris, nullo modo eſt verum, quod dicis*.

CXII. Cognoſcens autem Imperator, & omnis Romanorum Francorumque nobilitas, prædictum [a] Danielem tale crimen per falſitatem, & invidiam contra Gratianum dixiſſe, illico clementiſſimus Imperator nolens contra inſtituta veterum Auguſtorum peragere Romanorum, [1] eos ſecundum Romanam legem inſtituit judicare. Quo judicio ipſe Daniel

VARIANTES LECTIONES

CXI. *a* Idem Baron. *ipſo Imperatore cum ſanctiſſimo Leone pontifice, omnibus Romanis proceribus, pariter &c. ſedentibus*.

CXII. *a* Vat. 1. *Danibelem*.

Baron.

NOTÆ

CXI. 1. IN DOMO, QUAM BEATÆ MEMORIÆ LEO III. PAPA JUXTA ECCLESIAM BEATI PETRI APOSTOLI FECERAT) Leo III. juxta eccleſiam beati Petri conſtruxit triclinium majus, ut in ejus vita num. XXVII. & quod hic domus vocatur a Leone ædificata, ſupra num. XVI. dicitur *accubitum*.

CXII. 1. EOS SECUNDUM ROMANAM LEGEM INSTITUIT JUDICARE) Ex quo intelligitur, alias fuiſſe leges, ſecundum quas judicabant Imperatores, & alias, quibus utebantur Romani. Hinc inter leges Langobardorum habetur reſcriptum imperatoris Lotharii: *volumus, ut cunctus populus Romanus interrogetur qua lege vult vivere*.

Daniel multorum verbis reprehensus ore proprio manifestavit, se [b] falsum super eum dixisse. Ideo jam dicto Gratiano ante omnes est traditus, ut quicquid de eo facere vellet, potestatem haberet. [c] Sed cum jam traditum Danielem Imperator a Gratiano multa, & humili supplicatione petivisset, [d] Gratianus assensit: quem ille statim, plenaria sibi reddita gratia, [e] libenter suscepit, & sic de mortis est periculo liberatus.

CXIII. His vero peractis Imperator abiit, [a] & sanctissimus domnus Leo IIII. papa non post multos dies [1] obdormivit in Domino [b] XVI. Kalen. Augusti, [c] sepultus vero est in ecclesia beati Petri apostoli. Fecit autem ordinationes duas, unam [d] in mense Decembrio, & aliam [e] per mens. Martium; [f] presbyteros decem & novem; diaconos octo; episcopos per diversa loca numero sexaginta & tres, & cessavit episcopatus [g] mens. II. dies XV.

BENE-

VARIANTES LECTIONES

b Baron. *falsum testimonium*. *c* Idem, *sed enm jam traditnm Danielem Imperator a Gratiano* &c. *petivit*, ita quoque Vat. 1. *petivit*. *d Gratianns assensit*) hæc Vat. 1. non legit. *e* Baron. *libenter concessit*.

CXIII. *a* Vat. VII. *Hic sanctissimus Leo ecclesiis, civitatibus, ædificiis, ceterisque similibus, similiterque quidqnid in eodem sanctæ babitn religionis & amoris causa continetnr pro salvandis animabus & corporibus rite incœptis atque peractis in Domino obdormivit* XVII. *Kal. Augusti*, Vat. 1. *Kal. Augusti* XVI. *b* Cod. Vallicell. C. 25. *sepultus Romæ*. *c* Idem, *in mense Decembri*. *d* Idem, *in mense Martii*. *e* Vat. IV. *in mense Martio*. *f* Cod. Vallicell. *presbyteros novemdecim*. *g* Idem, *mensibus II. diebus* XV. Vat. IV. ut in contextu.

Bene-

NOTÆ

vere, & tali lege, quali lege vivere professi sunt, vivant, Leg. Langobard. lib. III. tit. LVII.

CXIII. 1. OBDORMIVIT IN DOMINO XVI. KALEN. AUGUSTI) Die videlicet XVII. Julii anni 855. quam diem sacram notant in memoriam sanctissimi Pontificis ordines omnes & catalogi Basilicarum urbis. In quibusdam codicibus legitur, vacasse sedem mensibus duobus & diebus quindecim. Tempus porro vacationis sedis non computatur ab obitu Papæ ad electionem novi; sed ab ejusdem obitu ad ordinationem novi; & propterea si ab die XVII. Julii, qua accidit mors Leonis, pergamus ad diem XXIX. Septembris, quæ eo anno erat dies Dominica, in qua Benedictus III. consecratus fuit, non dies XV. numerantur post duos menses, sed dies XII. Vacavit ergo sedes mensibus duobus & diebus duodecim,

SEDIT

CIV.

BENEDICTUS III.

An. Chr. 855. Ludovici II. Imperat. 1. Michaelis Imperat. 14.

I. [a] BENEDICTUS III. natione Romanus, ex patre Petro, [1] sedit annos duos, menses sex, [b] dies decem. Beatus vir iste dilectissimis visceribus editus, sidereo pollens rore, crescensque celerius divinorum studio apicum patris ad erudiendum arbitrio traditur. Qui veluti spongia citissime lympham capit, sacrorum ita voluminum didicit lectiones, rudimentaque cognovit, accepit, mentisque suæ [c] fundatione posuit, & invisibilibus radicibus propagavit. Celeberrima quidem cum de eo fama pervulgaretur, in Lateranense patriarchium perducitur, cleroque locatur. Erat autem sapiens verbo, [d] doctrina præclarus, sobrius conversatione, loquela pacificus, [e] cunctis compatiens, [f] omnibusque obediens, denique benignissimus.

II. Cum eum [a] intueretur papa Gregorius almificus peritum doctrinis, atque proficuum, [b] in sancta illum constituit Roma-

VARIANTES LECTIONES

I. *a Benedictus III.*) Numerus in Vat. I. tantum legitur, & in Vat. IV. margini adjectus, in aliis MSS. omittitur. *b* Vat. V. Vat. VI. & Vat. VII. *dies* VI. Vat. IV. & Pandulph. Pisan. *dies* VIIII. Deinde Vat. VI. hæc addit: *Fuit autem temporibus Ludovici filii Lotharii filii Ludovvici imperatoris: quem Leo papa titulo Calixti presbyterum consecravit. Erat enim in jejuniis validus*, & reliqua, quæ infra num. III. offendes. *c* Vat. I. *fundamine posuit*. *d* Vat. VII. *doctrina præclarior*. *e* Idem, *cunctis patiens*, *f* Idem, *omnesque obediens*, *& quidquid utebatur egenis & pauperibus erogabat*: Atque his codex iste hujus Pontificis vitam breviter complectitur.

II. *a* Vat. I. *intueret*. *b* Idem, *in sancta illum constituit Romana ecclesia subdiaconum*, ut in contextu, Vat. IV. *subdiaconum hujus sanctæ Romanæ ecclesiæ fecit*, editi, *in sancta illum constituit Romanæ ecclesiæ subdiaconum*.

Vat. I.

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANNOS DUOS, MENSES SEX, DIES DECEM) Quemadmodum vacatio sedis sumitur a die obitus Papæ usque ad diem consecrationis novi; ita tempus, quo Papa sedit, sumitur a die ejusdem consecrationis usque ad diem obitus. Si Benedictus III. consecratus fuit die XXIX. Septembris anni 855. & sedit annos duos, menses sex, dies decem, dies ejus emortualis incidet in diem octavam Aprilis anni 858. Hic affectatum exaggerandi profluvium observa, & numeros poeticos.

Romana ecclesia subdiaconum. In quo ordine [c] plura sacræ conversationis certamina habuit: nam carnem vicit, ac mundi principem, & omnia ejus argumenta nequissima. [d] Obiit deinde Gregorius præsul, [e] migravitque ad Dominum. Sergius autem gubernacula Romanæ suscepit antistes ecclesiæ, eoque defuncto Apostolicam Leo papa sedem suscepit. Oppido qui illum pro felicissimis actibus diligens, superno compunctus nutu, [f 1] Callisti eum titulo ingenti presbyterum consecravit honore.

III. Cujus beatitudo in tantum longe lateque refulsit, atque [a] præfloruit, ut omnibus beatissimus [b] dictis, & opere diceretur. Evidenter autem in eo divina permanere sapientia cognoscebatur, quia largifluis, purisque ejus omnes [c] fovebat affectibus, & luce clarius perornabat, caducique ac transituri mundi delectabilia respuebat, & quicquid utebatur [d] egenis atque pauperibus erogabat. Jejuniis vero validus, oratione assiduus persistebat, pervigilque in Dei [e] quotidie laudibus [f] commorabatur.

IV. [a] Leo quidem ubi hac luce subtractus præsul occubuit,

VARIANTES LECTIONES

c Vat. I. *plura sacræ convenit actionis certamina*. Baron. *plura invenit actionis sacræ certamina*. d Vat. I. *Obiit quippe*. e Idem, *migravit*. f *Callisti eum titulo*) Sic idem; Vat. IV. & Pandulph. Pisan. *cum presbyterum in titulo Calixti consecravit*, male libri editi, *cælesti cum titulo* &c.

III. a Vat. IV. atque idem Pandulph. *refloruit*, Baron. *persloruit*. b Vat. I. *digitis & opere adhæretur*, forte, *indicaretur*, Baron. *haberetur*. c Idem, *favebat affectibus*. d Vat. I. *egenis atque inopibus*. e Vat. VI. *cotidie*. f Vat. I. *commorabat*.

IV. a Idem Vat. I. *Leo quidem horum hac luce*, Vat. VI. *Leone in hac luce subtracto*.

Vat. I.

NOTÆ

II. 1. CALLISTI EUM TITULO) Edita exemplaria præferunt, *cælesti cum titulo*, atque infra num. V. *plebs*, & *populi cœtus cælesti titulo properantes*: quibus in verbis manifestus error insederat. Restituta ergo est utrobique legitima lectio, *Callisti eum titulo*, & *Callisti titulo* &c. tum ex Codice Vat. I. tum ex Codice Vat. IV. Videant morosiores quidam Lectores, qui fastidiunt textus Anastasiani emendationes ex authenticis codicibus petitas, quibus tamen distincta & clara lectio, immo & verior textui plerumque conciliatur.

UNO

buit, [b] mox omnis clerus [c] iſtius Romanæ protectæ ſedis, univerſique proceres cunctuſque populus ac ſenatus [d] congregati ſunt Domini clementiam exorantes, ut beatificum illis omnibus demonſtrare dignaretur paſtorem, Apoſtolatus qui culmen regere valuiſſet tranquille. [e] Divinitus igitur æthereo tunc lumine inflammati, [1] uno conſenſu, unoque eum conamine Benedictum pro tantis, quibus pollebat, ſacris operibus pontificem promulgaverunt eligere.

V. Illico vero alacri ſtudio univerſa [a] plebs, & populi cœtus [b] Calixti titulo properantes, Deo illum omnipotenti, ut ſolitus fuerat, invenerunt fundentem orationem. Surgens autem, & populi denſiſſima cernens agmina rem cognovit & mente concepit. Interea multis cum lacrimis [c] genua flectens flebili [d] voce omnes deprecabatur taliter dicens: *Non me a mea deducatis eccleſia rogo, quia tanti culminis non ſufficio ſuſtinere, nec bajulare gravamen*. Illi vero nullatenus [e] acquieverunt, [1] ſed [f] virtutibus eum ex eodem titulo abſtrahentes cum hymnis, & canticis ſpiritalibus ampla exultatione, & ineffabili gaudio in patriarchium Lateranenſe perducentes pontificali ſolio, ut mos eſt Pontificum, canaque conſuetudo demonſtrat, [g] poſuerunt. Lætarur propterea urbs,

VARIANTES LECTIONES

b Vat. I. *mox enim ut omnis*. *c* Idem ita, Vat. IV. *iſtius a Deo protectæ Romanæ ſedis*, cod. Barberin. 2017. *a Deo Romanæ protectæ ſedis*, editi, *iſtius Romanæ protectæ ſedis*. *d* Baron. *congregati. ſunt exorare*. *e* Vat. IV. *Divinitus æthereoque*.

V. *a* Vat. I. *pleps*, pro *plebs*. *b* Sic idem, Vat. IV. & Farneſ. *in Calixti titulum*, editi, *cœleſti titulo*, ut ſupra. *c* Vat. IV. *genu*. *d* Idem, *prece*. *e* Vat. I. *adquieverunt*, *f* Vat. VI. *quem reluctantem vi ex eodem titulo abſtrahentes*, Baron. *viribus cunctis*. *g* Vat. VI. *impoſuerunt*. Baron.

NOTÆ

IV. 1. UNO CONSENSU, UNOQUE EUM CONAMINE BENEDICTUM PRO TANTIS, QUIBUS POLLEBAT, SACRIS OPERIBUS, PONTIFICEM PROMULGAVERUNT ELIGERE) Mortuo Leone omnis clerus & proceres univerſi & ſenatus & populus Benedictum elegerunt in pontificem, eumque invitum & reluctantem in Lateranenſe patriarchium deduxerunt, & pontificio ſolio impoſuerunt: Quod ſexto ab obitu Leonis die Cencius Camerarius teſtatur contigiſſe.

V. 1. SED VIRTUTIBUS &c.) hoc eſt, per vim: ſic infra num. XII.

urbs, exultat ecclesia, congaudent senes, ovantesque divinas modulantur virgines laudes, ditantur pauperes, locupletantur inopes, consolantur captivi, consurgunt debiles, infirmi sanantur, celerique pede concurrunt, [h] quia extensa in eis tristitia fuerat, contemplabantur confusa, & tranquillitas florigera videbatur erecta.

VI. His itaque peractis clerus & cuncti proceres [a] decretum componentes propriis manibus roboraverunt, & [1] consuetudo prisca ut poscit, [2] invictissimis [b] Lothario ac Ludovico [c] destinaverunt augustis. Ipsum autem qui deducebant legati decretum, [d] fuerunt hi, Nicolaus videlicet Anagninæ

anti-

VARIANTES LECTIONES

h Baron. *quæ extensa in eis tristitia fuerat, contemplabatur excussa*.

VI. *a* Idem Vat. VI. *decretum omnium*. *b* Vat. I. *Hlothario & Hludovvico*. *c* Vat. VI. *designaverunt*. *d* *fuerunt hi*) in Vat. I. ista desunt.

Idem,

NOTÆ

VI. 1. CONSUETUDO PRISCA UT POSCIT) Consuetudo alias inducta erat, ut de electo Pontifice conscius fieret Imperator, qui statim suos missos Romam dirigeret, ut interessent Pontificis consecrationi, tum honoris caussa, tum ad coercendas turbas siquæ in populo rixoso & instabili excitarentur. Vid. in Sergio II. num. VIII. B. Gregorius VII. consuetudinem abrogavit.

2. INVICTISSIMIS LOTHARIO ET LUDOVICO DESTINAVERUNT AUGUSTIS) Annus erat Lotharii tricesimus nonus, ex quo imperaverat, a Ludovico patre in societatem imperii assumtus anno DCCCXVII. & Ludovici septimus facti consortis imperii a patre anno DCCCXLIX. ut supra diximus num. XC. Quod si ineamus calculum annorum imperii Lotharii ex quo mortuo Ludovico Pio anno DCCCXL. solus regnare cœpit, annum habebimus decimum sextum Lotharii, & annum primum Ludovici, qui imperii habenas suscepit die XIII. Augusti anni DCCCLV. Lotharius enim deposito imperiali sceptro & monachus factus mense Augusti anni DCCCLV. IV. Kal. Octobris sequentis in monasterio Prumiensi obierat. Inde sequitur, nullum temporis intervallum nisi trium, aut quatuor dierum, paucorum certe, intercessisse inter obitum Leonis IV. & electionem Benedicti III. Leo moritur die XVII. Julii anni 855. Lotharius moritur eodem anno 855. die XXVIII. Septembris. Decretum electionis Benedicti a proceribus Romanis mittitur Lothario & Ludovico Augustis pro expeditione missorum Romam, qui ejus consecrationi interessent. Secuta igitur est electio Benedicti quum adhuc inter vivos ageret Lotharius. Quid plora? Exstat denarius argenteus, indubiæ fidei & sinceritatis, cusus nomine Benedicti papæ ex una parte, & Lotharii Pii ex altera, quando nempe adhuc Romam perlatum non fuerat nuncium de obitu Lotharii. Subinde alii nummi signati sunt nomen Benedicti præferentes & Ludovici.

In

antiſtes eccleſiæ, [e] [3] & Mercurius magiſter militum, Arſenio Eugubino epiſcopo obviantes ad invicem confabulari cœperunt: qui callidis eos ſermonibus liniens, corda eorum mollire cœpit, [f] beatique fidelitatem jam fati declinaverunt electi: cum quibus etiam conſilium ſtuduit confirmare, ut depoſitum anathematizatumque Anaſtaſium (quod divina nullatenus permittebat clementia) pontificatus [g] infula perornarent.

VII. Euntes itaque Hlodovvico decretum benigniſſimo Cæſari dantes, duplici, quam mentibus gerebant, intentione Romam reverſi ſunt, adventumque miſſorum [a] nunciantes

VARIANTES LECTIONES


e Idem, *Mercurius atque magiſter militum Arſenio Egubio* (leg. *Eugubino*) *obviantes epiſcopum* (leg. *epiſcopo*) *ad invicem confabulare cœperunt*. f Baron. *Benedictique fidelitatem jam fati declinare electi*, Vat. 1. *fidelitatem jam fati*. g Idem, *infola*.

VII. a Idem, *nuntiantes*.

Idem,

N O T Æ

In hoc argumento ſingulari cum laude verſatus eſt doctiſſimus vir Joſeph comes Garampus ſancti Petri baſilicæ canonicus, qui primus denarium illum quantivis pretii vulgavit ad profligandam omnem dubitationem ſuper immediata ſucceſſione Benedicti III. Leoni IV. ut videre eſt in ejus Diſſertatione typis edita anno 1749. En denarii ſchema.



3. ET MERCURIUS MAGISTER MILITUM) *Magiſter militum*, inquit præſul noſter Vignolius in Gloſſario I. Part. *dicebatur qui copiis militaribus præerat*: Fuerat hæc ſæculo quarto & quinto dignitas ampliſſima, qua honeſtati, inter illuſtriores honorum titulos, *magiſtri militum* titulum collocabant

ciantes imperialium epiſtolas eidem inſigni obtulerunt electo, quibus Auguſti continebantur reſponſa. Qui omni clero, ac reipublicæ cœtibus diris machinationibus, conſilium, quod [b] Eugubii, ut prætulimus, cum Arſenio ſtatuerunt, ad implere cupientes dicebant: *Omnes in obviam imperialibus ſimul nobiſcum exire ſtudete legatis, quatenus Auguſti juſſionibus obedientes exiſtere valeatis*.

VIII. [a] Poſt aliquot quoque dies ipſi, quos [b] prænunciaverunt, miſſi Hortam, quæ quadrageſimo milliario a Româ diſtat, properaverunt. Ex quibus in eam [c] Adelbertus, Bernarduſque ingreſſi comites [d] cuidam olim damnato, Arſenio cogente epiſcopo, [e] ſe conjunxerunt presbytero nomine [e] Anaſtaſio, qui in ſancta ſynodo, beatæ præſidente Leone memoriæ præſule, rite ſecundum ſacrorum promulgationes canonum excommunicatus, depoſitus, & anathemate vinctus fuerat: non habentes Deum præ oculis, ipſiuſque præcepta confundere, [f] ut tyranni, cupientes evidenter meditabantur, qua-

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *Eugubio*, Baron. *cum Eugubino epiſcopo Arſenio*.

VIII. *a* Vat. 1. *Poſt aliquos*. *b* Idem, *prænuntiaverunt*, Baron. *pronuntiaverunt*. *c* Vat. 1. *Adelvertus*. *d* Baron. *eidem olim damnato*. *e* *Anaſtaſio, qui in ſancta ſynodo* &c.) Vat. VI. *Interea factione cujuſdam* Eugubionis *quidam Anaſtaſius, qui a ſancta ſynodo, præſidente Leone beatæ mem. præſule, ſecundum ſacrorum promulgationem canonum excommunicatus, depoſitus, & anathemate vinctus fuerat, virtutibus Romanam ingrediens urbem, baſilicam Apoſtolorum audacter invaſit: tantaque infauſtæ operationis mala peregit, quanta nec ſarracena in ea perficere manus præſumpſit* &c. quæ num. XII. recenſentur. *f* Vat. 1. *ut tyranni crudenti* &c. *meditabant*, leg. *cruenti*, ut infra num. XIII. *tyrannus veluti cruentus*, vel leg. *crudelia meditabantur*, Baron. *tyranni truculenti* &c.

Vat. 1.

NOTÆ.

locabant. Quod in inſcriptionibus ejus ævi & ex diptycis præſertim Flavii Stilychonis & Flavii Felicis conſtat. Hinc Valentinianus ſenior A. C. CCCLXXII. lib. 1. de Præf. & præt. ait: *præfectum urbi præfectum prætorio, magiſtros equitum ac peditum indiſcretæ ducimus dignitatis*. Hanc dignitatem, quæ jam obſoleverat, abjudicamus a Mercurio, qui per id temporis magiſter militum, nempe dux militum in urbe exiſtentium, inſcribitur.

VIII. 1. SE CONJUNXERUNT PRESBYTERO NOMINE ANASTASIO, QUI &c.) Anaſtaſius presbyter cardinalis tituli beati Marcelli ob parochiam per annos quinque deſertam, & ob pertinaciam, qua bis vocatur ad concilia

qualiter eumdem ejectum, anathematizatumque Anastasium apostolico culmine sublevarent contra traditionem, omniumque sanctiones Pontificum, virorumque almorum.

IX. Missi quoque, quos jam supra meminimus, qui [a] Imperatori nostrum decretum benignissimi de electione Benedicti porrexerant, id est, [b] Nicolaus episcopus & Mercurius magister militum, mentibus cognitum conceptum habentes consilium cum aliis quibusdam Romam egressi nobilium, id est, [c] Gregorio Christophoroque magistris militum, obviam quasi Imperatoris legatis profecti sunt, Hortamque properantes urbem fidelitatis sacramentum, quod fecerant almifico Benedicto, parvipendentes obliviscentesque electo, damnato se conjunxerunt depositoque presbytero. Hac sub occasione multi [d] concedentes ab urbe similiter peregerunt, cogitantes consilium [1] juxta illud Prophetæ elogium, quod non potuerunt stabilire. [e] Urbe deinde exeuntes ab Horta [2] juxta basilicam beati [f] Leucii martyris pervenerunt, [g] insultantes, & gloriantes in sua virtute, cum quibus [h] Radualdus Portuensis episcopus, Tudertinæque urbis Agatho antistes aderant, qui clam Roma discesserant urbe. Et eidem anathematizato tetra irretiti caligine se junxerant, obscurati [i] sensu, mente, & anima.

Hoc

VARIANTES LECTIONES

IX. *a* Vat. 2. *Imperatori, nostrum qui decretum*. *b* Idem, *Nycolaus*. *c* Idem, *idest, Gregorioque*. *d* Baron. *recedentes*. *e* Vat. 1. *urbe quidem exeuntes*. *f* Baron. *Leutii*. *g* Vat. 1. *insultantes, talisque gloriantes hominum atque virtutem*, Baron. *taliumque gloriantes hominum favore atque virtute*. *h* Idem, *Rodualdus*. *i* Idem, *sensu mentis & animæ*.

Vat. 1.

NOTÆ

cilia renuerat accedere, depositus fuit & sacerdotali honore privatus a Leone IV. in synodo congregata, ut supra in vita ejusdem Leonis num. LXXX.

IX. 1 JUXTA ILLUD PROPHETÆ ELOGIUM) Psalm. XX. ℣. 12.

2. JUXTA BASILICAM BEATI LEUCII MARTYRIS PERVENERUNT) Cujus vestigium nullum modo superesse diximus in vita S. Hadriani num. LXXVII.

Au-

X. Hoc ipſe Dei famulus [1] audiens Benedictus electus, [a] Gregorium [b] Majonemque venerabiles, prudenteſque & omni ſcientia plenos epiſcopos, ipſis Imperialibus miſſis cum aliquibus literis ſtuduit deſtinare, [c] quos apprehendentes, [d] Anaſtaſio [e] anathematizato monente presbytero, [f] vinxerunt, & cuſtodibus tradiderunt: [g 2] quod nec barbari gentiles in legatis perfeciſſe audiuntur. Poſtmodum autem ſæpius dictus Chriſti miniſter Benedictus electus Hadrianum inſignem ſecundicerium ſanctæ ſedis Apoſtolicæ illis, atque Gregorium ducem obviam direxit.

XI. Altera autem die, [a] miſſione fungentes, omni clero cunctoque ſenatui, & univerſo populo mandaverunt, ut obviam illis trans [b] Milvium pontem Imperatoris juſſionibus irent. Tunc omnes dolum neſcientes Romani, neque fallaciam, adquieverunt, [c] Milviumque trans pontem urbem egreſſi unanimiter perrexerunt. Properantibus quidem ad martyris jam fati baſilicam, [d] ipſi, de quibus jam ſupra legati meminimus, eidem depoſito anathematizatoque presbytero

VARIANTES LECTIONES

X. *a* Vat. 1. & typis editi, G. G. nempe, *Gregorium*, ut in contextu. *b* Baron. *Majoremque*. *c* Idem, *qui eos apprehendentes*. *d* Idem, *arcte*, pro *Artio*, veluti corrupte habet vulgata editio, leg. pro *Artio*, *Anaſtaſio*, ut in contextu. *e* Vat. 1. *anathemato*. *f* Idem, *vincxerunt*. *g* Idem, *Quod barbari nec gs*, (hoc eſt, *gentiles*, vel *gentes*) *in legatis vel nationes perficere audiuntur*, Baron. *Quod ne barbaræ quidem in legatos nationes perficere audent*.

XI. *a* Vat. 1. *mentione fungentes*, Baron. *motionem fingentes*. *b* Vat. 1. *Molvium*: ſic infra. *c* Baron. ita, editi, *Milviumque trans pontem urbem egreſſi unanimiter perrexerunt*. *d* Baron. *ipſis*, *de quibus jam ſupra meminimus*, *legatis*. Idem.

NOTÆ

X. 1. AUDIENS BENEDICTUS ELECTUS &c.) Expectabantur enim miſſi Imperiales, ut ſolemnis ejuſdem conſecratio perageretur. Interim Papa electus quanvis non omnia, plura tamen pontificalia officia obibat: qualia ſunt civilem atque œconomicum ſedis Apoſtolicæ ſtatum cognoſcere; negotia moram longiorem non patentia expedire; judices inferiores conſtituere; juramentum fidelitatis a clero & civibus exigere; in Lateranenſi patriarchio reſidere; pontificium ſolium adſcendere, pontificalibus indumentis veſtiri &c.

2. QUOD NEC BARBARI GENTILES IN LEGATIS &c.) Namque *omnibus barbaris mos legatos venerari*, Procop. Gotthicor. III. cap. XVI.

EQUI-

tero [e] episcopo clerus Romanæ plebis, ac proceres obviaverunt, [f] cum quibus pariter [1] equitantes per Neronis campum urbis jam mœniis [g] properabant. Hadrianum quoque insignem secundicerium, de quo supra retulimus, vallatum custodibus deducebant. Gratianum vero sacri superistam patriarchii, atque Theodorum scriniarium adprehendentes reclusos lanceis retinebant, & astrictos, quod nullatenus Augustorum jussione præceperant, nec eorum voluntate dictaverant, sed hoc infelix depositi præsumptio agebat presbyteri.

XII. [a] Qui virtutibus Leonianam cum ipsis Cæsaris legatis ingrediens urbem, Apostolorum repente, quam non debuerat Principis introire basilicam, Dei parvipendens judicium, audacter invasit, tantaque ac talia infaustæ operationis mala peregit, qualia nec sarracena in ea perficere manus præsumsit, vel [b] arbitrata est. [c] Imagines enim confregit, ignique [d] concremavit, & synodum, quam supra sanctuarii januas beatæ memoriæ Leo [e] pingi papa jusserat, destruxit. [f] Dominique Jesu Christi, [g] ejusque semper virginis genitricis iconam [h] bipenni, quod non debuerat, [i] ad ima dejecit, pro quo detestabili opere orthodoxæ cuncti cultores fidei lacrimas fundentes ingemiscebant, & tristitia replebantur [k] ac mœrore.

His

VARIANTES LECTIONES

e Idem, *ipsi clerus, atque Romana plebs, ac proceres obviaverunt pariter*. f Vat. I. *Pariter cum quibus Neronis equitantes per campum urbium jam mœniis* &c. leg. *urbis*, ut in contextu. g Baron. *propinquabant*.

XII. a Idem, *Qui viribus*. b Vat. I. *arbitravit*. c Vat. VI. *ymagines*. d Vat. I. *cremavit*. e Vat. VI. *pingere*. f Idem, *Domini quoque nostri* Jesu *Christi*, Baron. *Denique* Jesu *Christi*, g Idem, *ejusque semper Virginis Genitricis iconam*, Vat. VI. *ejusdem genitricis iconas*. h Vat. I. *vipenne*, pro *bipenne*. i Vat. VI. *ad yma perduxit, sive dejecit*. k Vat. I. *atque mœrore*.

Idem

NOTÆ

XI. 1. EQUITATUS PER NERONIS CAMPUM) Campum Neronis Vignolius in Gregorio II. num. XXII. locat in pratis, quæ prope sunt basilicam Vaticanam, ubi circus Neronis erat. Vid. in II. Patt. pag. 32.

PT

XIII. His itaque peractis hostili virtute ipse Romam depositus ingreditur presbyter, celeriterque ad Lateranense properavit cum iniquissimis [a] ejus sequacibus, & sæculari potentia patriarchium, multisque telorum generibus [b] januas ejus aperiens, tyrannus veluti cruentus, eas introivit, solioque, quod nec manibus debuerat contrectare, resedit, [c] [1] & cuidam Balneoregiensi episcopo, qui vocitabatur Romanus nomine tantum, non opere, cum ferinis obumbratus mentibus cerneretur, præcepit, [d] ut beatissimum Benedictum, quem omnis Romana, ut prætulimus, plebs elegerat, pontificali, quo residebat, ejiceret solio. Qui etiam vestimenta pontificalia, quibus indutus erat, ut barbarus tulit, atque expoliavit, multisque eum injuriis, [e] verberibusque replevit.

XIV. Tunc ipse depositus Anastasius eumdem benignissimum Benedictum electum, humana, non Dei, virtute custodibus, qui [a] arctius eum constringerent, tradere studuit, Joanni scilicet Hadrianoque dudum presbyteris, qui a Leone præsule pro illorum criminibus damnati fuerant, atque depositi ex omni sacerdotali officio. Mox universa urbs ululatu, amplisque repleta est fletibus, & gravi murmure quassata jacebat. [b] Illico quidem omnes episcopi, [1] clerusque, ac Dei populus Sancta sanctorum ingressi tundentes pectora

sua

VARIANTES LECTIONES

XIII. *a* Idem Vat. I. *ejus patriarchium sequacibus*. *b* Vat. VI. *januas ejus aperiens invasit*. *c* Vat. I. *& cuidam Balneoregis episcopo, Romanus qui vicitabatur* (pro *recitabatur*) *nomine tantum, non opere, ferinis adumbratus moribus*. Baron. *qui ferinis obumbratus moribus*. *d* Vat. VI. *& prædictum Benedictum, quem omnis Roma elegerat, a pontificali solio dejecit*. *e* Idem, *verberibusque replevit & custodia mancipavit*.

XIV. *a* Vat. I. *arcibus qui eum*, leg. *arctius*. *b* Vat. VI. *Illo*, Baron. *Illicoque*.

Idem,

. NOTÆ

XIII. 1. ET CUIDAM BALNEOREGIENSI EPISCOPO) Balneoregium, vulgo *Bagnorea*, civitas episcopalis Tusciæ haud procul ab Urbe vetere,

XIV. 1. CLERUSQUE, AC DEI POPULUS SANCTA SANCTORUM INGRESSI &c.) Hic primum comparet in textu titulus *Sancta sanctorum*, quo

indi-

ſua profuſis lacrimis intra veſtibulum, & altare ſolo proſtrati jacebant, Dei orantes majeſtatem, [c] ut tanti erroris caligine ſua eos victrice dextra liberaret. [2] Septimæ tum feriæ curſus peragebatur.

XV. Altera vero die prædicti epiſcopi cum univerſo clero, ac populo [1] in Æmilianæ titulo convenerunt, [a] in quo etiam Auguſti ſæpius dicti legati frementes, magnaque tumentes [b] ſuperbia pervenerunt, [2] & impetu facto abſidam, in qua epiſcopi pſallentes reſidebant cum clero, leones veluti ferociſſimi conſcenderunt, [c] erectiſque baculis eos conabantur elidere, enſibuſque punire dicentes: *Adquieſcite, & veſtro conſenſu pontificali Anaſtaſius culmine ſubrogetur*. Illi vero ſancto repleti Spiritu adfirmabant dicentes: *Numquam in depoſitum, & anathemate a ſancto Præſule beataque ſynodo vinctum conſentimus; ſed modis omnibus* [d] *abjicimus, & a Dei cœtibus ſegregamus*. Ipſi denique furibundi

VARIANTES LECTIONES

c Idem Baron. *ut e tanta erroris caligine*.

XV. *a* Idem, *in quem*. *b* Vat. 1. *ſupervia*, pro *ſuperbia*. *c* Idem, *erectiſque vaculis*, pro *baculis*, editi, *jaculis*. *d* Baron. *abjicimus a ceteris & ſegregamus*. Vat. 1.

N O T Æ

indicatur oratorium, ſive capella juxta baſilicam Lateranenſem ſita, ab innumeris iiſque pretioſiſſimis lipſanis Sanctorum in ea repoſitis nuncupata; inter quæ inſignis eſt antiquiſſima Chriſti Salvatoris imago *acheropita* dicta, de qua in vita Stephani II. num. XI. Part. II. Hanc in graviſſimis urbis calamitatibus ſummi Pontifices, comitante magna populi frequentia, indicta publica ſupplicatione per urbem deferre conſuevere, ut innuimus etiam ſupra in S. Leone IV. num. XIX. Not. 2. Capella hæc *Sancta ſanctorum* primum beati Laurentii martyris vocabatur, tribus altaribus ornata: ruinæ proxima a Nicolao III. anno MCCLXXVII. a fundamentis inſtaurata fuit cum unico altari, ut hodie viſitur.

2. SEPTIMÆ TUM FERIÆ CURSUS PERAGEBATUR) Eo anno DCCCLV. dies ſabbati in diem viceſimam primam Septembris incidebat.

XV. 1. IN ÆMILIANÆ TITULO CONVENERUNT) *Hæc eſt eccleſia*, inquit Alteſerra, *ſanctæ Æmilianæ martyris, quæ eſt titulus Cardinalitius, cujus fit mentio in concilio Romano ſub Symmacho*. Vid. in Leone III. num. LXXIII. Not. 2.

2. ET IMPETU FACTO ABSIDAM, IN QUA &c.) Abſida hoc in loco ſumitur pro ſubſelliis præ ceteris elevatioribus, in quibus digniores inter clerum conſidebant.

di verberibus, [e] tormentisque dicebant se velle eos punire; sed beatissimus Deique omnipotentis Antistes,& qui cum ipsis aderant, terrores, vel minas eorum parvipendentes, immobiles perstiterunt.

XVI. Quorum constantiam jam dicti Franci cernentes ab eis ira discesserunt repleti, & in quoddam cubiculum ipsius basilicæ sunt ingressi, diversaque consilia meditabantur, in quod etiam Ostiæ, & Albani Antistites coactos introduxerunt, quos molliori sermone, blandisque reducere adulationibus decertabant, & postmodum asperis promissionibus circumdabant, quibus stridula etiam voce dicebant: *Nullatenus vitam possidere potestis, sed capitali subjacebitis* [a] *sanctioni, nisi consecrationis Anastasio gratiam dederitis*. Illi autem ante se morti tradere proferebant, membratimque se laniari, quam deposito, anathemate damnato consecrationis [b] tribuerent benedictionem. Arguebant autem eosdem missos, [c] & universas demonstrabant sacræ responsionis Scripturas, qualiter nullatenus eumdem depositum in ordine, quem poscebat, constituere valuissent. Protinus vero secretius [d] linguam eorum confabulantes, furor, qui in eis exuberabat, minuit, mentibusque eorum videbatur expulsus.

XVII. Tertia vero feria [a] lucescente omnes episcopi cum clero, ac populo in basilica Salvatoris, quæ Constantiniana dicitur, congregati sunt. In qua omnis plebs ac populi multitudo extensa voce clamavit: [b] *Benedictum beatissimum papam volumus, ipsumque desideramus*: Quod jam fati audientes legati, mirabantur. Videntes itaque quia in Anastasium [c] Christi unitas, almaque concordia nullo flectebatur ingenio, in quodam patriarchii cubiculo episcopos convoca-

VARIANTES LECTIONES

e Vat. 1. *eos tormentisque dicebant punire*.

XVI. a Baron. *sententiæ*. b Idem, *tribuere benedictionem*. c Idem, *& universas demonstrabant sacræ Scripturæ responsiones*. d Idem, *lingua eorum*.

XVII. a Vat. 1. *lucescente*, Vat. VI. *subsequente*. b Idem. *Benedictum electum*, c Baron. *Christianitas, amorque nullo concordiæ flectebatur ingenio*.

Vat. 1.

vocaverunt, atque alios sacerdotes cum clero: cum quibus amplum agitare studuerunt conflictum; [d] sed tam probabilibus missorum audaciam superaverunt sermonibus, atque doctrinis, ita ut infausta illorum mentis cogitatio contemplaretur contrita atque confusa. Hoc cernentes missi venerabilibus dixerunt Episcopis: *Accipite vestrum electum, & in quam vultis basilicam eum deducite. Et modo Anastasium, quem depositum dicitis, ab hoc patriarchio ejicimus. Tresque per dies jejunium cum orationibus celebremus, & postmodum quicquid superna clementia demonstraverit, impleatur*. Almifici vero Episcopi clamaverunt: *Ejiciatur nostra præsentia invasor atque depositus Anastasius, & ab hoc expellatur patriarchio, & tunc facimus, quod hortamini*.

XVIII. Illico prædictus Anastasius magna cum turpitudine de patriarchio [a] ejectus atque expulsus est, ut omnes multimodas orthodoxæ cultores fidei Domino nostro JESU Christo persolverent grates. Episcopi quidem cum universo clero, ac populo beatissimum accipientes [b] Benedictum ejectum de basilica, in qua clerici commorantur, deduxerunt, [c] quia ibidem custodibus a sævissimo fuerat Anastasio conlocatus. Qui cum omni alacritate atque exultatione cum ipso in basilicam Salvatoris, quæ Constantiniana dicitur, descenderunt. De qua exeuntes eum super equum ovantes, [d] in quo Leo præsul sedere consueverat, posuerunt. Quem etiam magna populi præcedente caterva in basilicam Dei genitricis, quæ ad Præsepe dicitur, deduxerunt, in qua jejuniis, & orationibus tribus diebus noctibusque vacantes summam majestatem Domini multis cum lacrimis exorabant.

XIX. [a] Expletoque jejunio omnes, qui se anathematizato depositoque conjuxerant, [b] divino compuncti nutu, Dei-

VARIANTES LECTIONES

d Vat. I. *sed orum probabilibus*, leg. *horum*.

XVIII. a Vat. VI. *ejecerunt*. b Idem, *beatum Benedictum*. c Vat. I. *qua ibidem*. d Vat. IV. *quem Leo pp. sedere consueverat*, Vat. VI. *quem Leo præsul* &c.

XIX. a Vat. IV. *Expleto vero jejunio omnes supercilio deposito, se ei conjunxerunt*. b Idem, & *divino*.

Deique inflammati [c] favore in jam fatam basilicam, in qua beatissimus, ut prætulimus, [d] Benedictus erat, [e] unanimes convenerunt, [f] & procidentes [1] vestigia ipsius osculari cœperunt, qui & dicebant: *Erravimus, & lubrico a te pede discessimus; sed pastor veluti sanctissimus ovium suscipe agmina per nemus errantia [g] fessosque sinu agniculos collige, tuisque nos obumbra sub alis*. Protinus ipse a Deo protectus Benedictus extensis brachiis, [h] puris mentibus [i] cordeque benigno omnes [k] amplecti sitiebat, & [l] osculis perornabat, [m] quibus etiam dicebat: [n] *Gaudete dilectissimi, & magis exultate, quia Ecclesiam, quæ scissa [o] fuerat, Christus Dei filius sua unire virtute dignatus est*. Hæc dicens, & his similia prædicans, etiam ipsi Imperiales ibidem convenerunt legati, qui salubribus verbis ac mollioribus cum eodem secretius electo [p] confabulabantur.

XX. [a] Subito vero omnes episcopi, universusque clerus, atque innumera Romani populi multitudo ex eadem eum deducentes basilica cum [b] hymnis & canticis spiritalibus in patriarchium Lateranense introduxerunt, & in pontificali

VARIANTES LECTIONES

c Baron. *fervore*. d Vat. IV. *Benedictus residebat electus*. e Sic idem, editi, *unianimes*,. f Vat. IV. *& quidam procedentes*, Vat. I. ut in contextu: sic etiam Baronius. g *fessosque sinu*) Vat. IV. ita, Vat. I. & codices vulgati, *fissuque sinu*. h Vat. IV. *purisque*. i Idem, *& corde benigno*. k Idem, *amplectens*, Vat. I. *amplectere sitiebat*. l Vat. IV. *osculabatur*. m Idem, *quibus etiam & dicebat*. n Typis eusi, *Gaudete, inquit*, Vat. I. *inquid*, pro *inquit*, Vat. IV. *inquit* non legit. o Idem, *fuit*. p Vat. I. *confabulabant*) exinde Vat. IV. hæc subjicit: *Nam dum esset electus factione episcoporum Radoaldi Portuensis, & Arsenii Hortensis actum est, ut a legatis Imperatorum Hludovici & Lotharii Cardinales cogerentur multis injuriis & comminationibus & gladiorum super se evaginationibus Anastasium, quem quartus Leo deposuerat, sibi promovere pontificem. Sed Deo præstante, patientia & unanimitate sua eosdem superaverunt*. Quæ habentur etiam in Can. collect. cardinalis Deusdedit lib. I. cap. 208.

XX a Idem Vat. IV. *Subito enim*. b Vat. I. *ymnis*.

Baron.

NOTÆ

XIX. 1. VESTIGIA IPSIUS OSCULARI COEPERUNT) Osculatio pedum Pontificis electi argumentum erat ejusdem legitimæ electionis, fidelitatis & subjectionis, ut supra in Leone IV. numero VI.

PRÆ-

tificali solio, de quo ejectus fuerat, posuerunt. Denique universa congratulabatur Ecclesia, & omnis populus amplis vocibus [c] resultabat. [d] [1] Præterea Dominico die diluculo in basilicam beati Petri apostoli ab episcopis, clero, proceribus, [e] & optimatibus deductus est, & in conspectu omnium, Imperialibus missis cernentibus, in apostolica sede, ut mos est & antiqua traditio dictat, consecratus ordinatusque est pontifex. [2] Portuensis vero episcopus prohibitus ab ecclesia ordinationem, quam debuerat, super eum nullatenus fecit, quod anathemate se se [f] junxerat, ac in perjurii voraginem ceciderat, atque manebat. Post sacra autem tunc missarum solemnia celebrata [g] in patriarchii Lateranensis pontifex ordinatus reversus est ecclesiam. Erat enim mitissimus, & omnibus sacris decoratus operibus, vultu pulcher, & mente [h] clarus, dulcis verbo, doctrina benivolus.

XXI. Sed quia cuncta non sufficimus per ordinem enarrare, ad ea, quæ diversis Sanctorum locis obtulit, extendere calamum studeamus. In primo quidem pontificatus sui exordio superno exardescens amore in basilica Salvatoris, quæ Constantiniana dicitur, ipsius Redemptoris Domini nostri Jesu Christi miræ pulchritudinis ex argento purissimo, auroque perfusam [1] fecit iconam leonem, draconemque pedibus

VARIANTES LECTIONES

c Baron. *exultabat*. d Vat. IV. *Interea*, Vat. I. *Interea Dominico diluculo die*, Vat. VI. *Sequente vero Dominico die coram legatis Imperatorum in ecclesia beati Petri, ut mos est & antiqua traditio dictat* &c. e Baron. *anathematizato*. f Vat. IV. *vinxerat*, ut superius num. VIII. g Idem, *in patriarchium Lateranense pontificali ornatus gloria reversus est*. h Idem, *clarior*. Vat. I.

NOTÆ

XX. 1. PRÆTEREA DOMINICO DIE &c.) Occurrit eo anno DCCCLV. dies Dominicus die vicesima nona Septembris.

2. PORTUENSIS VERO EPISCOPUS PROHIBITUS AB ECCLESIA ORDINATIONEM &c.) Ad consecrationem Papæ tres intersunt Cardinales, Albanensis, Portuensis, & Ostiensis, ut habetur in Ordine Romano XIV. qui a Mabillonio in Museo Italiæ Jacobo Grimaldo tribuitur. Vid. in Stephano III. num. X.

XXI. 1. FECIT ICONAM LEONEM, DRAGONEMQUE PEDIBUS CONCULCANTEM) Hoc idem exhibent tabulæ eburneæ Bibliothecæ Vaticanæ.

UBI

dibus conculcantem pensan. libras sexdecim & semis. Et in basilica sanctæ Dei genitricis semperque virginis Dominæ nostræ, quæ ad Præsepe nuncupatur, auream obtulit pretiosissimamque coronam unam pensan. libras quatuor. In qua vero basilica [a] baptisterium destructum multa per tempora manserat, celeri studio, futuram sperans a Domino retributionem, restauravit, & ad pristinum statum [b] perduci procuravit.

XXII. [a] Ipse quoque insignis & beatissimus Papa in basilica beati Petri apostoli ex argento mundissimo, auroque [b] perfusam [c] cantharam interrasilem, in quam thus mittitur, obtulit: [1] ubi etiam candelabra septem cum cornibus ex argento purissimo obtulit aureo nitentia colore. [d] Jam & in basilica doctoris mundi beati Pauli apostoli sepulcrum, quod a Sarracenis destructum fuerat, perornavit, pens. libras numero centum tres. [e] Etiam in basilica beatæ Dei genitricis trans Tiberim obtulit vestem unam in circuitu ornatam [f] de olovero habentem in medio crucem de chrysoclavo. Fecit autem in basilica beatæ Dei genitricis, quæ vocatur Antiqua, quam a fundamentis Leo papa viam juxta Sacram construxerat, vela de fundato cum periclysi de blattin numero tredecim. Qui etiam in basilica beati Laurentii martyris sita foris muros civitatis obtulit aureas claves, atque concessit.

XXIII. [a] In mense vero quinto consecrationis hujus præ-

clari

VARIANTES LECTIONES

XXI. *a* Vat. I. *baptisterium distectum*. *b* Idem, *perducere*.

XXII. *a* Idem, *Ipse vero*. *b* Ita Vat. IV. editi, *fusam*. *c* Vat. I. *cantra & interrasilem*. *d* Idem, *Nam & in basilica*. *e* Idem, atque editi, *Etiam basilica*. leg. *in basilica*, uti in contextu. *f* Baron. *de holoserico*.

XXIII. *a* Vat. I. *In mense igitur quinto*.

Baron,

N O T Æ

XXII. 1. UBI ETIAM CANDELABRA SEPTEM CUM CORNIBUS &c.) Candelabrum hinc inde brachia repandens tribus ferendis candelis dispositum, dicitur instructum cornibus ac si brachia illa cornuum speciem referant.

MEN.

clari Pontificis, id est, [1] mense Januario [b] die v. fluvius, qui appellatur Tiberis, alveum egressus est suuum, & per campestria [c] se dedit, [d] intumuitque inundatione aquarum multarum, & ingressus est [2] per posterulam, quæ appellatur sanctæ Agathæ, in urbem Romanam [e] hora diei tertia. [f] Transcendit interea aliquibus locis, & ingressus est in ecclesiam beati Silvestri, ita ut & gradus omnes, [g] qui ascendunt [3] in basilicam beati Dionysii, præ multitudine aquarum [h] non viderentur, excepto uno, qui superius erat, & exinde expandit se [4] super [i] plateam, quæ vocatur [k] via Lata, & ingressus est in basilicam sanctæ Dei genitricis MARIÆ, [l] & ibidem tantum intumuit aqua, ut etiam portæ ipsius ecclesiæ non viderentur præ multitudine aquarum. Ac inde ascen-

VARIANTES LECTIONES

b Baron. *die sexta*. *c* Vat. 1. *dedit*, particula *se* reticita. *d* Idem, *intumuit etiam*. *e hora diei tertia*) ex Baron. *f* Idem, *Ascendit inter cetera*. *g* Vat. IV. ita, Vat. 1. *ascendunt in basilica*, vulgati, *gradus omnes ascenderet* &c. *h non viderentur*) hæc supplevimus ex Vat. IV. *i* Vat. 1. *platheam*. *k* Baron. *viæ Latæ*. *l* Vat. 1. *quæ ibidem tantumque*.

Baron.

NOTÆ

XXIII. 1. MENSE JANUARIO DIE V. FLUVIUS, QUI APPELLATUR TIBERIS &c.) Ann. nempe DCCCLVI. quo Indictio quarta numerabatur, decurrente mense quinto consecrationis Benedicti, quæ contigerat mense Septembris, a quo sumto initio quintus est Januarius, accidit memorabilis hæc Tiberis exundatio, quæ a nostro Auctore describitur iisdem verbis, quibus alia infra in Nicolao num. XV.

2. PER POSTERULAM, QUÆ APPELLATUR SANCTÆ AGATHÆ) De qua in Sergio II. num. XXII. ubi de simili inundatione.

3. IN BASILICAM BEATI DIONYSII) De hac ita Floravant. Martinell. cap XII. pag. 356. *Erat apud Sanctum Silvestrum de Capite. De hujus fundatione habetur in vita SS. Digna & Merita in cod. Vat. 1192. pag. 165. Stephanus papa cœpit infra hanc Urbem construere in domo patris sui monasterium in honore sanctorum* Dionysii, *Rustici & Eleutherii, ubi Sanctorum corpora reconderet; sed dum fundamenta ipsius ecclesiæ poneret ab hac luce subtractus est. Tunc populi Romani cum uno consensu elegerunt, & ordinaverunt fratrem ejus venerabilem Paulum. At ubi ordinatus est perfecit atque complevit monasterium, quod frater suus Stephanus inchoavit*.

4. SUPER PLATEAM, QUÆ VOCATUR VIA LATA) Platea interdum accipitur pro via, ut in Stephano III. num. XIV. Not. 5. Potest itaque plateæ nomine intelligi ipsamet via Lata, vel forte platea, quæ nunc dicitur *piazza Colonna*, vel quæ est prope ædem beati Marcelli, utraque viæ Latæ conjuncta.

USQUE

ascendit per plateas, & vicos [m] [5] usque ad clivum Argentarii, [n] exinde vero reflexus ingressus est per porticum, quæ est posita ante ecclesiam sancti Marci, mense supradicto [6] die sexto Apparitionis Domini nostri Jesu Christi secundum carnem, id est, [o] Theophaniæ. Inde autem impetum faciens, cœpit decurrere in cloacam, quæ est juxta monasterium sancti Silvestri & [7] sancti Laurentii martyris, quod vocatur Pallacini. Et ab ipso die, & deinceps cœpit paulatim aqua minui, & fluvius [p] post, multo damno facto, in suum alveum reversus est. Nam domos evertit, agros desertavit, evellens segetes, & eradicans arbusta.

XXIV. His itaque peractis præfatus beatissimus Papa nimio amore constrictus in ecclesia beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ Dominæ nostræ, quæ ponitur trans Tiberim, fecit vestem in altari majori de chrysoclavo habentem historiam [a] Assumptionis ejusdem Dei genitricis. Obtulit etiam in monasterio sancti Christi martyris Anastasii, [b] quod vocatur ad aquas Salvias, gabatham saxiscam ex argento purissimo unam pens. lib. numero tres. Nec non & in basi-

VARIANTES LECTIONES

m Baron. *usque ad Clivum Argentarium*. n Idem, *& exinde remigrans*, Vat. 1. *exinde regamminans ingressus est*. o Baron. *Theophania*. p Idem, *post multa damna*.

XXIV. a Vat. 1. *Adsumptionis*. b Idem, *quod vocatur aqua Salvia*, Baron. *Aquæ Salviæ*. Vat. 1.

NOTÆ

5. USQUE AD CLIVUM ARGENTARII) Nardinus in Roma Antiqua lib. V. cap. IX. pag. 269. citans hunc Anastasii locum inquit: *descrivendo* (Anastasio) *un' inondazione del Tevere col dir, che l'acqua della via Lata* ascendit per plateas, & vicos usque ad clivum Argentarii, *sembra additar apertamente la salita, che oggidì di Marforo s'addimanda*.

6. DIE SEXTO APPARITIONIS DOMINI NOSTI JESU CHRISTI SECUNDUM CARNEM, ID EST, THEOPHANIÆ) *Theophania* Græcis, ac usitatius Epiphania est quæ Latinis dicitur Apparitio. Namque die sexta Januarii Ecclesia celebrat Apparitionem Christi Domini, qui hominibus nondum cognitus, dum a Joanne in Jordane baptizatur per eam vocem de cœlo exauditam: *hic est filius meus dilectus*, omnibus est manifestatus.

7. SANCTI LAURENTII MARTYRIS, QUOD VOCATUR PALLACINI) Vid. in vita Leonis III. num. LXXVI.

FECIT

in basilica beatæ Dei genitricis, quæ olim Antiqua vocabatur, nunc autem sita est juxta viam Sacram, fecit vestem cum chrysoclavo habentem historiam Nativitatis Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Simili modo & in monasterio beati Martini [1] fecit canistra [c] exafoci duo ex argento purissimo pens. libras numero quatuor & semis.

XXV. Item venerabilis & præclarus Pontifex fecit in ecclesia beati [a] Cyriaci martyris, [b] quæ ponitur via Ostiensi, vestem de fundato unam. Pari modo & [1] in ecclesia beati martyris Felicis, quæ ponitur in Pincis, fecit vestem de fundato unam [c] cum gryphis. Fecit vero egregius Præsul in titulo beati [d] Chrysogoni martyris calices ex argento purissimo numero quinque, qui pens. simul [e] libras XI. & uncias semis. Nam & in titulo Calixti fecit amam unam ex argento purissimo pens. [f] libras decem. Ibi & ipse fecit gabathas quatuor pens. libras novem & semis. Similiter & canistra novem pens. insimul libras XI. Ad laudem & gloriam ipsius ecclesiæ [2] fecit evangelium argento auroque perfusum unum pens. lib. quindecim. [g] Item ibi ipse fecit cortinam unam, canistrum unum, arcum cum duabus gammadiis ex argento purissimo pens. insimul libras quadraginta. Et in ecclesia beatæ Balbinæ martyris obtulit evangelium ex argento purissimo.

XXVI. Verum etiam & in basilica doctoris mundi beati Pauli

VARIANTES LECTIONES

c Vat. 1. *exafoti*.

XXV. a Apud Baron. *Cypriani martyris*: quum tamen in vita Honorii papæ numero IV. legatur: *Fecit & ecclesiam beato* Quiriaco *martyri a solo, via Ostiensi*. b Vat. 1. *qui ponitur*: sic semper. c Vat. 1. *cum grifones*, leg. *cum grifonibus*. d Idem, *Grisogoni*. e Idem, *libras* XI. *ibi ipsum*. f Baron. *libras undecim*. g Vat. 1. *Item ibi ipsum*.

Libri

NOTÆ

XXIV. 1. FECIT CANISTRA EXAFOCI DUO) Canistra exafoci seu exafocia sunt lampades sex luminibus instructæ. Vid. Glossar. II. Part. verb. CANISTRA.

XXV. 1. IN ECCLESIA BEATI MARTYRIS FELICIS, QUÆ PONITUR IN PINCIS) Vid. supra in vita S. Hadriani num. 1. Tom. II.

2. FECIT EVANGELIUM ARGENTO AUROQUE PERFUSUM) Scilicet evangeliarium, hoc est, thecam argento auroque ornatam codicem Evangeliorum continentem.

Pauli apoſtoli fecit veſtem de chryſoclavo miræ magnitudinis, & pulchritudinis decoratam unam. Et in eccleſia beati Petri principis Apoſtolorum [a] nutritoris ſui præ nimio amore [b] exardeſcens [1] ad cooperiendum [c] billicum confeſſionis fecit [d] cooperculum ex auro puriſſimo, penſan. lib. tres. Et [2] in monaſterio ſanctorum Chriſti martyrum Sergii & [e] Bacchi, quod appellatur Callinici, fecit calices de argento puriſſimo duos, & patenam unam, [f] colatorium unum, [g] cantharam unam, [3] thymiamaterium unum, penſ. ſimul [h] libras quatuordecim. Ipſe quidem inſignis & beatiſſimus Pontifex [i] in ſuperno fundamine [k] mentis obſervantiam ponens, nil terrenis finemque habentibus, ſed ſpiritualibus salubribuſque tantummodo operibus [l] delectabatur; & in cunctis, quæ ſalutis ſunt, quotidie præclaro intuitu permanebat.

XXVII. His vero ſacris [a] beneficiis ornatus Apoſtolorum principi, [b] polique janitori obtulit miræ pulchritudinis veſtem unam aureo textam opere, decoreque fulgentem almificam [1] Annunciationis habentem hiſtoriam, & [c] Hypopanti,

VARIANTES LECTIONES

XXVI. *a* Libri excuſi legunt, *nutritori ſuo*. *b* Vat. 1. *exardens*. *c* Vat. IV. & Baron. *umbilicum*. *d* Idem, *operculum*. *e* Vat. 1. *Bathii*. *f* Idem, *culatorium*. *g* Vat. 1. *cantra*, ut ſuperius. *h libras quatuordecim*) Sic Baronius, quæ rectior videtur lectio; vulgati, *libras quatuor*. *i* Vat. 1. *ſuperno*, vocula *in* omiſſa. *k* Idem, *mentis ejus*. *l* Idem, *dilectabatur*.

XXVII. *a* Vat. 1. *beneficiis & ordinatus*. *b* Ita Baron. male in editis, *populique janitori*. *c* Vat. 1. *Ypopanti*, Baron. *Hippopanti*, & JESU *Chriſti in medio Doctorum diſputantis*. Vat. 1.

NOTÆ

XXVI. 1. AD COOPERIENDUM BILLICUM CONFESSIONIS FECIT COOPERCULUM EX AURO) Pro *billicum* legendum eſt *umbilicum*. umbilicus autem eſt medium, ſive centrum vel corporis, vel loci, vel cujuſque rei, ducta analogia ab umbilico ventris hominis, ubi nodus eſt & ligamentum inteſtinorum: unde a Tullio in Verr. Oration. VI. *qui locus, quod in media eſt inſula ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur*.

2. IN MONASTERIO SANCTORUM CHRISTI MARTYRUM SERGII ET BACCHI, QUOD APPELLATUR CALLINICI) De oratorio ſanctorum Sergii & Bacchi in Calinico vid. in vita Leonis III. num. LXXVIII.

3. THYMIAMATERIUM) Vid. in Indice I. & II. Part.

XXVII. 1. ANNUNCIATIONIS HABENTEM HISTORIAM, & HYPOPANTI) Hypopantis feſtum erat feſtum *Occur-*

popanti, qualiter ipſe unigenitus Dei filius templum ingreſſus doctorum in medio reſidebat. Verumtamen [d] iſdem prædictus & beatiſſimus Præſul nimio amore accenſus, Deique adminiculo ſuffultus, fecit in baſilica beati ac egregii prædicatoris Pauli apoſtoli regnum de auro puriſſimo ſpanocliſtum cum catenulis ſuis habens in medio crucem auream item ſpaniſcam, quæ pendent aſſidue ſuper ejuſdem altare penſan. libras duas & unciam unam. Obtulit quoque in eadem baſilica [e] cantharam de argento mundiſſimo unam penſ. uncias novem.

XXVIII. Ipſe vero inſignis & beatiſſimus Papa fecit cruces argenteas ſeptem, quæ per olitana tempora per omnes catholicas eccleſias more ſolito [a] præcedebant, & quia præ nimia vetuſtate confractæ fuerant, iſdem præclarus & ſanctiſſimus Præſul a noviter reſtauravit, & in priſtinum ſtatum iterum reduxit; quæ penſan. ſimul libras quinquaginta unam & ſemis. Nec non & in baſilica ſancti Chriſti martyris beati Sebaſtiani, quæ ponitur in loco, qui vocatur Fraſcata, obtulit idem pater egregius veſtem de fundato unam, habentem in medio crucem cum gammadiis de quadrapulo. Simili modo fecit in baſilica beati & egregii prædicatoris Pauli apoſtoli [1] veſtem rubeam [b] de arodina I. cum chryſoclavo. Verum etiam & in titulo ſancti Cyriaci martyris fecit veſtem de fundato unam.

XXIX. Ipſe vero beatiſſimus Pontifex exardeſcens amore ſe-

VARIANTES LECTIONES

d Vat. I. *Hiſdem*, pro *Iſdem*. *e* Idem, *cantram*, ut pluries ſupra.
XXVIII. *a* Idem Vat. I. *procedebant*. *b* Baron. *rodinam*. prave.

NOTÆ

Occurſus, quando Simeon beatæ Virgini occurrit, idque apud nos eſt feſtum Purificationis MARIÆ, quod die ſecunda Februarii celebratur, referente Anaſtaſio in Hiſt. *anno decimo quinto imperii Juſtiniani* Hypopanti *Domini ſumpſit initium, ut celebraretur apud Byzantium die ſecunda Februarii menſis*. Vid. in Gloſſar. I. Part. verb. HYPOPANTI.

XXVIII. I. VESTEM RUBEAM DE ARODINA &c.) ſeu de rodina, roſacei coloris, ut in Gregorio IV. num. XI.

re fecit in basilica beati Petri apostoli [a] nutritoris sui farum ex argento unum miræ magnitudinis, qui pensat libras... & unc..... Hic vero beatissimus Pontifex divina inspiratione repletus fecit in ecclesia beati levitæ Laurentii foris muros hujus civitatis Romanæ vestem de fundato unam cum chrysoclavo miræ pulchritudinis decoratam. [b] Sed & ipsius præcipuæ sarta tecta ecclesiæ beati Petri apostoli nutritoris sui, id est, navem majorem, & aliam navem, quæ super corpus ejus est, magnis [c] trabibus impositis numero septem, [d] procacique artificio elevatis luciflue renovavit. Et in titulo beati Cyriaci martyris obtulit evangelium unum ex argento purissimo ad laudem & gloriam ipsius ecclesiæ.

XXX. His itaque peractis præfatus beatissimus Papa nimio amore constrictus in ecclesia beatæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ, quæ ponitur trans Tiberim, absidam majorem ipsius ecclesiæ in ruinis positam, noviter atque a fundamentis faciens, ad meliorem erexit statum. Fenestras vero vitreis coloribus ornavit, & pictura musivi decoravit. Nec non & porticum, atque baptisterium cum secretario omnia & in omnibus sarta tecta noviter renovavit. Cimiterium vero beati Marci confessoris atque pontificis, quod ponitur foris portam Appiam, qui [a] in ruinis jam positis omnia restauravit. [1] Nec non & in ecclesia beatorum

VARIANTES LECTIONES

XXIX. *a* Hic item libri editi, *nutritori suo*. *b* Vat. I. *Nam & ipsius*. *c* Idem, *navibus*: sic paullo infra. *d* Baron. *perspicaci*, atque ita supra in Leone IV. num. LXXXV.

XXX. Baron. *in ruinis jam positum*, alii, ut in contextu.

Vat. I.

NOTÆ

XXX. 1. NEC NON ET IN ECCLESIA BEATORUM PETRI ET MARCELLINI MARTYRUM, CUJUS TECTUM &c.) Hanc ecclesiam juxta Lateranum a S. Gregorio III. de novo ædificatam, ut in ejus vita num. XIII. Tom. II. & a Benedicto III. tum in tecto, tum in porticu instauratam, senio corruptam, & ruinæ proximam sanctissimus Dominus noster BENEDICTUS XIV. suo jussu disjectam, a fundamentis erexit, & solemni ritu cardinalis Vincentius Malvetius Bononiæ archiepiscopus die XXVIII. mens. Aprilis anno MDCCLIV. dedicavit.

RETE

torum Petri & Marcellini martyrum, cujus tectum jam vetustate positum vicinum ruinæ existebat, depositis vetustissimis trabibus, & aliis impositis noviter ipsum tectum, atque porticus [b] in circuitu omnes noviter restauravit.

XXXI. In basilica quoque jam sæpius dicti egregii doctoris mundi beati Pauli apostoli isdem antistes sanctissimus Benedictus præsul pulcherrimi decoris [a] [1] rete factum miro opere totum [b] ex gemmis alvaberis, & bullis aureis, conclusas [c] auri petias in se habens [d] smaltitas, videlicet majore numero viginti unam, cum aliis pariter minoribus. [2] Nec non & [e] amendulas aureas numero undecim, & gemmas chrysoclavas pendentes numero decem magno amore præcepit fieri, & super sacrum sanctum altare ad honorem Apostoli offerens pendere jussit [f] assidue.

XXXII. Verum etiam ætherio compunctus nutu magnam sanctæ Ecclesiæ, ut idoneus Christi minister, curam corde purissimo indesinenter gerens, [a] textum scilicet voluminis, in quo constant veræ prædicationis, Pauli videlicet apostoli, & aliorum Apostolorum epistolæ, atque Prophetarum ordinabiliter

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *in circuitu omnia*.

XXXI. *a* Pro *rete* Baron. legit, *vestem*. *b* Vat. 1. *gemmis exalvaberis*. *c* Baron. *auropetias*. *d* Vat. 1. *exsmaltitas*. *e* Baron. *amingdolas*. *f* Vat. 1. *adsidue*.

XXXII. *a* Idem, *tectum*, leg. *textum*.

Idem

NOTÆ

XXXI. 1. RETE FACTUM MIRO OPERE TOTUM EX GEMMIS ALVABERIS, ET BULLIS AUREIS, CONCLUSAS ETIAM AURI PETIAS IN SE HABENS SMALTITAS) *Rete seu reticulum*, explicat Alteserra, *contextum ex auro & gemmis alvaberis, id est, ex gemmis dispositis in modum albarum viriarum, seu armillarum, habens inclusas auri petias smaltitas, id est, segmenta, seu plagulas ex smalto, quod fit ex vitro fusili*. Fortassis hoc smaltum cum aureis petiolis, seu frustulis & filamentis ex auro per ejus substantiam dispersis lapis ille cyaneus est, qui vulgo dicitur *lapis lazzuli*, quique vel factitius est ab antiquariis dictus *pasta azzurra*, vel ex terræ gremio eductus.

2. NEC NON ET AMENDULAS AUREAS &c.) amendulæ, seu potius amygdalæ, quemadmodum etiam nuces, poma, pyra, aliorumque fructuum species ex auro efformabantur sive ad altarium, sive ad sacrarum vestium ornatum.

VOLU-

biliter constitutæ lectiones, quæ a subdiaconibus leguntur per cunctas ecclesiarum stationes more solito sursum in [b] ambone, raptum, vel perditum a sancta ecclesia fuisse percipiens, captus magna vehementique sollicitudine, [c] tale dignum similiter [1] volumen præparare studuit, in quo græcas & latinas lectiones, quas die Sabbato sancto Paschæ, simulque [d] & sancto Pentecostes subdiaconi legere soliti sunt, [e] scripturas adjungi præcepit, miræque operationis tabulis argenteis decenter adornans sanctæ ecclesiæ Romanæ libenter obtulit.

XXXIII. Hujus temporibus Michael filius Theophili imperatoris Constantinopolitanæ urbis imperator ob amorem Apostolorum [a] misit ad beatum Petrum apostolum [b] donum per manum Lazari monachi & pictoriæ artis nimie eruditi, genere

VARIANTES LECTIONES

b Idem Vat. I. *ammone*, pro *ambone*. *c* Idem, *ectale dignum*. *d* Baron. & *sancta Pentecoste*. *e* Idem, *sc* ~~ptis~~ *adjungere*.

XXXIII. *a* Vat. VI. *misit beato Petro*. *b* Idem, *dona preciosa*.

Vat. I.

NOTÆ

XXXII. I. VOLUMEN PRÆPARARE STUDUIT, IN QUO GRÆCAS ET LATINAS LECTIONES, QUAS DIE SABBATO SANCTO PASCHÆ &c.) Quum lectionarium, liber nimirum continens lectiones ex Prophetis, & ex Canonicis epistolis depromtas, quas ex suggestu legere solet in solemnioribus anni festis subdiaconus, vel casu deperditum, vel surreptum fuisset, jussit Benedictus restitui græco textu & latino, & argenteis tabulis includi: quæ legerentur in pervigiliis Paschatis & Pentecostes. In Ordine Romano antiquissimo, quem vocat primum Mabillonius in tom. II. Musei Italici hæc habentur: *lector adscendens in ambonem .... in primis græca legitur, deinde statim ab alio latina.* & in Ordine XI. in Sabbato sancto: *subdiaconus vero finita benedictione cerei ascendens ambonem incipit legere sine titulo .... eo vero completo, si dominus Papa velit, græcus subdiaconus eamdem lectionem græce relegit .... & sic per ordinem XII. latine, & XII. græce, sicut domino Papæ placet, vicissim leguntur.* Et in Ordine Romano XII. auctore Cencio: *in Sabbato sancto .... leguntur duodecim lectiones latinæ, & duodecim græcæ.* Ritus iste ut Papa solemniter celebrante duo subdiaconi, latinus & græcus, & similiter duo diaconi, epistolam illi, & evangelium isti latine & græce decantent, durat etiamnum in ecclesia Romana declarandæ caussa perfectæ concordiæ utriusque ecclesiæ, latinæ & græcæ, & uni eidemque supremo capiti subjectionis.

GE-

[1] genere vero [c] Chazari, id est, evangelium de auro puriſſimo cum diverſis lapidibus [d] precioſis: calicem vero ſimiliter de auro, & lapidibus circundatum, [e] reticulo pendente de gemmis albis pretioſis miræ pulchritudinis decoratum; [2] & vela duo [f] de olovero cum cruce de olovero, & liſta ſimiliter de chryſoclavo; & parva coopertoria ipſius calicis, ſicut mos Græcorum eſt. Similiter & veſtem de purpura imperiali [g] munda ſuper altare majus ex omni parte cum hiſtoria & cancellis, & roſis de chryſoclavo magnæ pulchritudinis [h] deornatam, etiam & velum de ſtauraci unum cum cruce de chryſoclavo, & literis de auro græcis.

XXXIV. [a] [1] Hujus temporibus rex [b] Saxonum nomine... cauſa orationis [c] veniens, relictis omnibus ſuis rebus, regnum

VARIANTES LECTIONES

c Vat. 1. *Chazarus*, leg. *Chazari* cum Vat. IV. ut in contextu, editi, *Chazai*. d Vat. 1. *pretioſis*. e Baron. *reticula pendentia*. f Idem, *de holoſerico*. g Vat. 1. *munda* 1. h Baron. *decoratam*.

XXXIV. a Vat. VI. *Eodem tempore*, Baron. *Iis temporibus*. b Idem, Rex *Laxorum*, Vat. 1. *Saxonum nomine.....* ut in contextu. c Vat. VI. *veniens Romam cum multitudine populi beato Petro apoſtolo multa dona obtulit*.

Vat. I.

NOTÆ

XXXIII. 1. GENERE VERO CHAZARI) *Chazari*, inquit Alteſerra, *ſunt Turci orientales*. & Paulus diaconus lib. XVIII. *Turcos ab oriente, quos Cazaros vocant, in auxilium advocat*.

2. ET VELA DUO DE HOLOVERO) hoc eſt, de holoſerico, ut in Gloſſar. II. Tom. & ſic legit Baronius in textu Anaſtaſii: *& vela duo de holoſerico cum cruce de holoſerico*.

XXXIV. 1. HUJUS TEMPORIBUS REX SAXONUM) Quum Baronius nullibi inveniſſet Ludovicum filium Ludovici Pii, qui Saxonibus imperitabat, temporibus Benedicti III. Romam ſe contuliſſe, maluit legere pro *rex Saxonum*, *rex Laxorum*, qui propterea ex regionibus ultra mare Caſpium poſitis ſe comitem adjunxerit legatis imperatoris Michaelis, & Romam venerit dona allaturus beato Petro. Verum retinenda eſt lectio Anaſtaſii *rex Saxonum*, Saxonum nempe occidentalium, ſeu Anglo-Saxonum, quorum rex Ethelvolphus temporibus Benedicti III. Romam venit devotionis cauſſa erga beatum Petrum, & dona obtulit, & Angliam Romanæ eccleſiæ vectigalem fecit, ſtatuitque, *ut qui ex ſuis poſſeſſionibus triginta denariorum vectigal in ſingulos annos caperent, aut plures domos haberent, pro iis, quas habitarent, ſinguli ſingulos denarios quotannis Romano Pontifici ad diem feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, vel ſummum, ad vincula Petri, ſolverent*, ut narrat Polydorus Virgilius Anglicæ Hiſtoriæ lib. V. pag. 240. editionis ſecundæ.

BAU-

gnum proprium [d] ſuum dimiſit, Romam properans ad limina apoſtolorum Petri & Pauli cum multitudine populi, & obtulit dona beato Petro apoſtolo, coronam ex auro puriſſimo penſan. libras quatuor; [2] baucas ex auro puriſſimo duas penſ. lib. .... [e] ſpatam cum auro puriſſimo ligatam. Item imagines duas min. ex auro puriſſimo; gabathas ſaxiſcas de argento [f] exaurato quatuor; [g 3] ſaraca de olovero cum chryſoclavo I. [h 4] camiſias albas ſigillatas holoſericas cum chryſoclavo, & vela majora de fundato duo. Et ipſe rex Saxonum, poſtulante ſanctiſſimo domno Benedicto papa, ut faceret rogam in eccleſia beati Petri apoſtoli publicam de pondere auri vel arg. librarum, epiſcopis, presbyteris, diaconis & univerſo clero & optimatibus Romanis tribuit aurum, [i] populo vero minutum argentum. Et poſtmodum [5] finita cauſa orationis reverſus eſt ad proprium regnum ſuum, & poſt paucos dies vitam finivit, & perrexit ad Dominum.

Mul-

VARIANTES LECTIONES

d Vat. I. *ſuum amiſit*, leg. *dimiſit*. *e* Idem, *ſpatam* I. *f* Idem, *exauratas*. *g* Baron. *ſaracam de boloſerico*. *h* Vat. I. *camiſa* &c. *cum chryſoclavo* I. *& vela*. *i* Idem, *ad populum vero*. Idem

NOTÆ

2. BAUCAS EX AURO PURISSIMO DUAS) Vid. ſupra in Leone IV. num. CIV.

3. SARACA DE OLOVERO) ſaraca pallii, ſeu veli genus, ex Bulengero.

4. CAMISIAS ALBAS SIGILLATAS HOLOSERICAS) Putant alii camiſias iſtas ſigillis, ſeu parvis ſignis adſperſas offerri conſueviſſe ad altarium ornatum. Crederem potius fuiſſe de genere veſtium, quibus Sacerdos induitur ad faciendum ſacrum, & quas *albas* dicimus, electas quidem & pretioſiores, & acupictas, & auro clavatas. De his intelligendus videtur beatus Leo lib. VI. epiſt. XXVII. *duas autem* camiſias *& quatuor oraria vobis tranſmiſi, quæ prædictis viris ex benedictione ſancti Petri perhumiliter offero*. vulgo *camici* dicuntur.

5. FINITA CAUSA ORATIONIS REVERSUS EST AD PROPRIUM REGNUM SUUM, ET POST PAUCOS DIES VITAM FINIVIT) Anno DCCCLVII. contigit obitus supradicti regis Anglo-Saxonum, qui, ut refert Matthæus Weſtmonaſterienſis, *Romam ſingulis annis trecentos denariorum mancuſos portari præcepit, qui taliter dividerentur ibidem: centum mancuſos ſcilicet in honorem ſancti Petri Apoſtolorum principis ſpecialiter ad emendum oleum, quo implerentur omnia luminaria eccleſiæ apoſtolicæ in veſpera Paſchæ, & tantumdem in galli cantu; & centum ibidem mancuſos in honorem ſancti Pauli iiſdem de cauſis. Centum præterea mancuſos univerſali Papæ præcepit exhiberi ad ſuas eleemoſynas ampliandas*.

PHV-

XXXV. [a] Multum denique idem Præsul sanctarum Dei ecclesiarum curam gerens, semperque pio mentis affectu ac studio in illarum reparatione gaudens, in basilica regni cœlorum clavigeri nutritoris sui [1] farum cantharum argenteum [b] sedentem in pedibus quatuor a Sarracenis olim ablatum, in quo ad decus ipsius basilicæ in diebus festis atque Dominicis lucernas simul [c] & cerei ponebantur juxta lectorium, mirifico opere fecit, ac renovavit pensan. libras ..... Erat enim ad divini cultus amorem semper intentus, pacisque amator, & omnium supernorum pudicis moribus operum cultor.

XXXVI. [1] Hic constituit, ut cum episcopus, vel presbyter, aut diaconus moreretur, Pontifex una cum omnibus episcopis, & presbyteris, atque diaconibus, nec non & reliquis clericis ad ejus sepeliendum corpus, & commendandam animam conveniret. Similiter etiam ipsi facerent, cum Pontifex ab hac luce migrasset, quod non solum docuit, sed & fecit. Cujus vestigia sequens successor ejus in causa pietatis

VARIANTES LECTIONES

XXXV. *a* Idem Vat. 1. *Multum quippe sanctarum*. *b* Baron. *stans in quatuor pedibus*. *c* Vat. 1. *&* *cerea*. Vat. IV.

NOTÆ

XXXV. 1. FARUM CANTHARUM ARGENTEUM SEDENTEM IN PEDIBUS QUATUOR A SARACENIS OLIM ABLATUM &c.) In misera direptione ecclesiæ sancti Petri, quæ accidit sub finem pontificatus Sergii papæ II. ut in Leone IV. num. IV. ablatum fuerat a Sarracenis pharum cantharum, quod Leo III. ut num. CV. fecerat cum lucerna & cereapte. Hoc miro opere restituit Benedictus, in quo diebus festis lucerna & cerei simul accenderentur juxta lectorium.

XXXVI. 1. HIC CONSTITUIT, UT CUM EPISCOPUS, VEL PRESBYTER, VEL DIACONUS MORERETUR, PONTIFEX &c.) Hæc eadem verba citat cardinalis Deusdedit in Can. Collect. lib. 1. cap. 208. Antiquam hanc disciplinam, qua, ut tradit Martene de Antiquis ecclesiæ Ritibus lib. III. cap. XIII. episcopum vita functum comprovinciales episcopi sepulturæ mandabant, revocavit Benedictus III. suo constituto & exemplo. Benedicti III. constitutum jam obsoletum & oblivioni traditum revocavit & usui mandavit Benedictus XIII. in S. R. E. Cardinalium solemnibus exequiis, cujus exemplum singulari in defunctos Cardinales pietate imitatus BENEDICTUS XIV. feliciter regnans Constitutionem edidit nono Kal. Decembris ann. MDCCXLI. quæ incipit: *Præcipuum*, in ejus Bullario Tom. 1. pag. 96.

tis hujus, ſicut & in ceteris eum tanquam heres devotiſſimus imitatus eſt. Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembrem; [a] presbyteros quinque; diaconum unum; epiſcopos per diverſa loca [b] numero ſexaginta & ſex. [c] Sepultus vero eſt ante fores baſilicæ beati Petri apoſtoli, [d] & ceſſavit epiſcopatus dies xv.

VARIANTES LECTIONES

XXXVI. *a* Vat. IV. *presbyteros* VI. *b* Idem, *numero* XX. *c* Vat. VI. *Qui ad extrema quidem vitæ perductus precioſæ mortis calicem ſumpſit. Sepelitur autem in eccleſia beati Petri apoſtoli. d & ceſſavit epiſcopatus dies* XV.) ex Vat. IV.

C V.

NICOLAUS

An. Chr. 858. Ludovici Pii II. Imperat. 3. Michaelis III. Imperat. 17.

I. [a] NICOLAUS natione Romanus, [1] ex patre Theodoro regionario, [2] ſedit [b] ann. novem, [c] menſ. duos, [d] dies viginti. Hujus inſignes beatiſſimi actus omnibus a primordio pueritiæ ſuæ fulſerunt [e] intactiſque moribus claruerunt. Tanta enim ſacrorum comptus erat pulchritudine operum, [f] ut nihil ludis, nihilque, ut pueri ſolent, inhoneſte

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. VI. *Nicholaus*. *b* Cod. Barberin. 2017. & Pandulph. Piſan. *ann.* VII. *c* Iidem, *menſes* VIIII. Vat. VI. *menſ.* VII. Vat. VII. *menſ.* VI. *d* Cod. Barberin. *dies* XIII. Vat. VI. *dies* XIX. Vat. VII. ut in contextu. *e* Baron: *ſanctiſque moribus*. *f* Idem, *nihil ludi, nihilque (ut pueri ſolent) inhoneſti*. Idem,

NOTÆ

I. 1. EX PATRE THEODORO REGIONARIO) In Hadriano num. III. diximus regionarios illos fuiſſe, qui ſcriptis conſignabant quæ in unaquaque ex ſeptem regionibus digna ſcitu contingebant. Hunc Theodorum itaque intelligimus fuiſſe de numero eorum ſeptem notariorum.

2. SEDIT ANNOS NOVEM, MENSES DUOS, DIES VIGINTI) In Annalibus V. Baronii ad annum Chr. 867. legitur: *Implevit in ſede annos novem, menſes ſex, dies viginti*. A die enim viceſima quarta Aprilis, qua coronatus fuit, quæ anno 858. fuit dies Dominica, ad diem obitus, quæ contigit die decima tertia Novembris anni 867. decurrunt anni novem, menſes ſex, dies viginti, ut habet etiam Vat. VII. nempe cod. 1464.

neſte delectaretur. Vacabat autem patientiæ, & ſobrietati, fragrans humilitate, puritateque præcipua. Pater vero ejus liberalium cum fuiſſet amator artium, & [g] nobiliſſimum polleret fomitem, caſtis eum [h] elementis, almificiſque ritibus imbuens, [i] literarum ſtudiis & optimis artibus perornabat, ita ut nulla [k] ſacrarum ſpecies remaneret diſciplinarum, quam internis conceptam viſceribus, ſuæque cognitioni traductam non haberet. [l] Gliſcit autem membris, gliſcit & ſapientia, [m] clarus, modeſtia fretus, ſcientia decoratus, probabilium nempe morum ſi [n] quocumque viros conſpiceret loco, concitus adhærere ſtudebat, illiſque gratulabatur opime.

II. Cumque cum prudentiſſimo patre ad quemdam beatiſſimum crebro virum accederet, qui ſancti per illuſtrationem Spiritus plura [a] fidelibus prædicebat, amplo eum aſſerebat in culmine aſcenſurum. [b] Decoris enim intimi magnitudinem intuens, mentiſque dulcedinem [c] coruſcare, hujus ordinatione ad clericatus perductus eſt ordinem, ut quod divino ſenſerat nutu, futuris temporibus impleretur. [d] Sergius porro præſul in ſummæ actionis cum faſtigia conſcendiſſe eum audiret, parentum illum deducens ab ædibus in patriarchio locavit, & in ſubdiaconatus per benedictionis gratiam conſtituit gradum. In quo, mirificis obſervationibus degens, cœleſti [e] ſodebatur ardore.

III. [a] Sergio vero papa ab hac corruptibili vita ſubtracto, Romanæ eccleſiæ Leo gubernacula præſul ſuſcepit. [b] Qui in eo

VARIANTES LECTIONES

g Idem Baron. *& nobiliſſimo polleret ſtemmate*. *h* Vat. 1. *alimentis*. *i* Baron. *litterarum ſtudiis optime nati mentem perornabat.* *k* Sic idem, libri vulgati, *ſacrorum ſpecies remaneret diſciplinarum*. *l* Idem Baron. *creſcit*. *m* Idem, *clarus modeſtia, ſpiritu & ſcientia decoratus*. *n* Idem, *quoſcumque viros conſpiceret, illis concitus inhærere ſtudebat*.

II. *a* Moguntina editio legit, *fidelibus prædicabat*: malui cum Vat. 1. & VI. legere, *fidelibus prædicebat*, ut ſenſus exigere videtur. *b* Baron. *Decoris enim animi magnitudinem*. *c* Vat. 1. *coruſcare cujus orbatu ad* &c. leg. *hortatu*, ut in Vat. VI. *d* Idem Vat. VI. *Hunc Sergius præſul ſubdiaconum, Leo vero diaconum conſecravit*. *e* Baron. *fruebatur*.

III. *a* Vat. 1. *Sergio vero de hac corruptibili papa vita* &c. *b* Idem, *Quæ a te ſæpiſſime*, leg. *Qui alta*, Baron. *Qui tanta*.

Idem,

eo sæpissime videns perseverantiæ fructus, ingenti illum diaconum consecravit dilectione. Hoc quippe eo in ordine ministrante, tanta illi desuper concessa fuerat gratia, ut summæ actionis a cunctis cerneretur perfectionibus rutilare. Amabatur autem a clero, a nobilibus laudabatur, & a plebe [c] magnificus amabatur.

IV. Leone scilicet papa defuncto, Benedictus miræ beatitudinis vir, & sacratissimus pontifex [a] superno protectus auxilio [b] Romanæ præponitur sedi, suæque illum administrationi conjunxit, eo quod magis illum, [c] quam suæ consanguinitatis propinquos dilexit, ita ut per nullius horæ momentum sine illo esse delectaretur. Quicquid ecclesiasticarum rerum utilitatibus intuebatur congruere, [d] cum eo promulgans diffinitioni tradebat, [e] prudentissimas sui contemplans arbitrii opes, sensusque clarescere virtutem. utriusque enim semper observantiæ utiliora [f] suo conanime faciebat. Ad extrema quidem vitæ perductus, [g] pretiosæ mortis calicem sumpsit, [1] suisque eum humeris cum adhuc diaconus esset, usque ad apostoli beatissimi Petri basilicam cum aliis diaconibus [h] gestans, propriis manibus [i] illum tumulo conlocavit, dilectionis præmium [k] pandens, quod circa eum habebat, & amoris integritatem.

Eo

VARIANTES LECTIONES

c Idem Baron. *magnifice habebatur*.

IV. *a* Idem, *in supremo prospectu*. *b* Vat. VI. *Romanæ superponitur sedi*. *c* Idem, *quam consanguineos*: Baronius silentio ista præterit. *d* Idem, *cum eo communicans*. *e* Idem, *prudentissimas illius contemplans arbitrii opes*. *f* Idem, *suo moderamine*. *g* Idem & Vat. VI. *pretiosæ mortis calicem sumpsit*, ut in contextu, & supra in Variantibus ad finem vitæ Benedicti III. Vat. I. ac subinde vulgata editio non recte, *pretiosæ cohortis calicem sumpsit*. *h* Vat. IV. *gestiens*. *i* *illum*) vox ex eodem Vat. IV. suppleta. *k* Baron. *pendens*.

Vat. IV.

NOTÆ

IV. 1. SUISQUE EUM HUMERIS CUM ADHUC DIACONUS ESSET &c.) Quod Benedictus III. statuerat, ut Pontificis defuncti corpus episcopi, presbyteri, & diaconi ad sepeliendum deferrent, impletum statim est, Nicolao, quum adhuc diaconus esset, suis humeris una cum aliis diaconibus ad basilicam usque beati Petri Benedicti corpus deferente.

In

V. Eo autem tempore invictiſſimus Roma [a] Hludovvicus Cæſar [b] diſceſſerat. Qui ejus cum tranſitum cognoviſſet condolens, & concitus ad eam reverſus eſt. Romani quippe tanto paſtore amiſſo mœſtiſſimo gemitu lacrimas [c] effundebant. Cumque clerus, proceres, & optimatum genus congregarentur jejuniis, & orationibus, atque vigiliis [d] inſiſtebant, [e] inceſſabilique Dominum [f] certamine [g] obſecrabant, ut qualem amiſerant, talem illis dignaretur [h] oſtendere virum, pontificatus quem culmine ſublevarent.

VI. Hæc vero cum gererentur, [1] in baſilica beati Dionyſii confeſſoris atque pontificis cum univerſo populo convenerunt. In qua per aliquod ſpatium [a] confabulantes horarum, ſidereo accenſi fulgore unanimes [b] illum Apoſtolicæ ſedis præſulem eſſe ſanxerunt, & celeri greſſu principis apoſtolorum Petri continuo [c] aulæ properaverunt, in qua confugiens latitabat. Dicebat enim indignum ſe eſſe tanti regiminis [d] gubernacula ſuſcepturum. Impetum vero qui aderant facientes & virtutibus illum de eadem baſilica abſtrahentes, ſacris adclamationibus in patriarchium Lateranenſe introduxerunt, & apoſtolico ſolio poſuerunt.

VII. [a] Poſtmodum vero a nobiliſſimorum cœtibus, cunctoque etiam populo in baſilicam beati Petri apoſtoli deductus præſente Cæſare conſecratus eſt, Apoſtolicaque ſublimatus in ſede factus eſt pontifex, & miſſarum ſolemnia ſupra ſacratiſſimum corpus Apoſtoli [b] beatifice celebravit. Qui

denſis

VARIANTES LECTIONES

V. *a* Vat. IV. *Lodoicus*. *b* Vat. VI. *Roma diſceſſerat*. *c* Sic Vat. I. & Vat. IV. editi, *ſuffundebant*. *d* Vat. IV. *inſtantes*. *e* Vat. I. *inceſſabili*. *f* Baron. *conamine*. *g* Idem & Vat. VI. *obſecrantes*. *h* Idem Vat. VI. *oſtendere pontificem*.

VI. *a* Baron. *conferentes*: in margine vero, *confabulantes*. *b* Vat. IV. *eum*. *c* Idem, *ad aulam*. *d* Baron. *gubernacula ſuſcipere*.

VII. *a* Vat. VI. *Poſt modicum vero*. *b* Vat. IV. *beatiſſimi*.

cir-

NOTÆ

VI. 1. IN BASILICA BEATI DIONYSII CONFESSORIS ATQUE PONTIFICIS) quæ erat juxta monaſterium ſancti Stephani & Silveſtri, de quo in Benedicto III. num. XXIII. & infra num. XV.

Co-

densis optimatum, populique agminibus [c] circumdatus cum hymnis & canticis spiritalibus in patriarchium iterum Lateranense perductus est. [1] Coronatur denique, urbs exultat, clerus lætatur, senatus & populi plenitudo magnifice [d] gratulatur. Tertio igitur consecrationis ejus die [e] cum Augusto convescens [f] [2] ophistico famine [g] resplendebat, claritateque plenus epulabatur in Christo. Finitoque convivii apparatu consurgit, Cæsaremque [h] spiritalem, & veluti carissimum deosculans filium immenso circumdedit amore.

VIII. [a] His itaque gestis serenissimus Imperator [b] urbe discessit, sedemque in loco, [1] qui Quintus dicitur, collocavit. [c] Beatissimus autem Præsul hoc audiens dilectionis ejus compulsus plenitudine atque amoris ad eumdem cum proceribus & optimatibus locum Romani nominis properavit. Excellentissimus [d] [2] quem cum vidisset Augustus obvius in adven-

VARIANTES LECTIONES

c circumdatus) verbum hoc ex eodem Vat. IV. acceptum, in reliquis desideratur. *d* Idem ita, editi, *gratulabatur*, Baron. e vestigio diem addit, *octavo kal. Maii*. *e* Ita Vat. IV. & Farnes. *f* Iidem, *sophistico* & *sophystico*. *g* Vat. IV. *resplenduit*. *h* Vat. I. *spiritalem veluti carissimum deobsculans*, vulgati *specialem*, ut alibi.

VIII. *a* Idem Vat. I. *His ita gestis S. I.* scilicet, *serenissimus Imperator*, Vat. VI. *Peractoque consecrationis ejus die Imperator* &c. *b* Sic idem & Vat. IV. cum Farnes. Vat. I. *unde discessit*, editi, *inde*. *c* Vat. VI. *Quem beatissimus præsul prosecutus ubi hospitabatur, venit*. *d* Idem, *quem cum audisset Augustus* &c.

Baron,

NOTÆ

VII. 1. CORONATUR DENIQUE) Hic primum vocabulum occurrit coronationis Papæ. In præcedentibus enim Romanis Pontificibus non alia phrasis usurpata fuit, quam *ordinatus est*, *consecratus est*. In Nicolao hæc alia *coronatur*. Hæc coronatio in basilica Lateranensi peracta est, quando quæ deinde suot consequutæ, in beati Petri basilica peractæ sunt, a qua Pontifices coronati ad Lateranensem basilicam progrediuntur, inde initia spiritualis regiminis auspicaturi.

2. OPHISTICO FAMINE RESPLENDEBAT) Sermone prudenti, juxta illud: *estote prudentes, sicut serpentes*: ophis enim græce, latine est serpens: seu, si legas *sophistico*, sermones miscens epulis sapientiæ plenos inter ceteros eminebat: infra enim num. XLI. legitur: *secundum mysticum suæ intellectum sophiæ cuncta scrutaretur*.

VIII. 1. QUI QUINTUS DICITUR) dictus etiamnum *Torre del Quinto*, quinto scilicet ab urbe lapide.

2. QUEM CUM VIDISSET AUGUSTUS OBVIUS IN ADVENTUM EJUS OCCURRIT, FRENUMQUE CÆSAR

EQUI

adventum ejus occurrit, [e] frenumque Cæſar equi pontificis ſuis manibus adprehendens pedeſtri more, quantum ſagittæ jactus extenditur, traxit. Cum quo [f] imperiale ingreſſus tentorium ſalubribus [g] ad invicem fruebantur eloquiis.

IX. Menſiſque epulis perornatis pariter cibum [a] ſpeciali ſumpſerunt alacritate, ſatiati ſcilicet. [b] Satiatis itaque eis, menſiſque remotis plura ſereniſſimus Cæſar beato præſuli contulit dona. [c] Quibus ſuſceptis equum conſcendens, unde diſceſſerat, conabatur reverti. Auguſtus [d] ejus amore fretus imperialis equi ſuperſcandens cathedram [e] ovanti cum eo incedebat animi voluntate, ad quendam quidem cum perveniſſent [f] ſpatioſiſſimum itineris locum, Imperator equo deſcendit, equumque pontificis iterum, [g] ut meminimus ſupra, traxit, dulciſſimiſque ſe oſculis [h] ad invicem perornantes luciflue gratulati ſunt.

X. Cæſar vero [a] ad tentorium remeans cœptum arripuit iter. Præſul autem nobiliſſimorum cœtibus, cum quibus profectus

VARIANTES LECTIONES

e Baron. *frenumque Cæſareis ſuis manibus*. *f* Vat. I. *Imperiali ingreſſus eſt tentorio*, ut mendoſe in vulgatis, leg. *imperiale ingreſſus eſt tentorium*, ut in Vat. IV. VI. & Farneſ. *g* Sic iidem, editi, *ab invicem*.

IX. *a* Vat. I. *ſpeali*, hoc eſt, *ſpiritali*, ſicut non ſemel alibi, atque ita habet etiam cod. Farneſ. Hic tamen potius legendum arbitror, *ſpeciali*, ut in contextu. *b Satiatis itaque eis*) Ex Vat. IV. iſta ſunt. *c* Vat. VI. *Quibus ſuſceptis unde diſceſſerat revertitur*. *d* Sic Vat. IV. & Farneſ. cum cod. Barberin. 2017. vulgati vero, *ejus amore frenum* &c. haud obſcuro librariorum vitio. *e* Prave iidem vulgati, *ob antiquum eo incedebant animi voluntate*, Vat. IV. ut in contextu. *f* Cod. Barberin. *ſpacioſiſſimum*, Baron. *ſpecioſiſſimum*. *g* Vat. I. *ut ſupra meminimus*. *h* Baron. *ad invicem propinquantes*.

X. *a* Vat. I. *tentorium remeans*, præpoſitionem *ad* reſecans.

Ita

NOTÆ

EQUI PONTIFICIS SUIS MANIBUS ADPREHENDENS PEDESTRI MORE, QUANTUM SAGITTÆ JACTUS EXTENDITUR, TRAXIT) Pipinus Francorum rex in occurſum papæ Stephani II. (in vita Stephani II. num. XXV.) ad tria milliaria perrexit, & pedes vice ſtratoris egit per aliquantulum loci ſingulari erga Pontificem humilitate. Illuſtre exemplum imitatus eſt Ludovicus II. qui Nicolao pontifici occurrens frenum equi manibus adprehendens ad jactus ſagittæ diſtantiam equitantem Pontificem deduxit.

FECIT

fectus fuerat, [b] feptus Romam ingreffus, [c] almificaque eft converfatione magnificatus. Erat enim afpectu pulcher, forma decorus, doctus in verbo, [d] loquela humilis, actu præclarus,[e] jejuniis vigilifque dicatus [f] & divino cultui intentus, pauperibus largus, orphanorum protector, & [g] viduis fautor, [h] populique cuncti defenfor. Sed quia cuncta, quæ facri operis geffit, huic tradere fcripturæ non poffumus, ad ea, quæ fanctis locis obtulit, redeamus.

XI. Hic beatiffimus Præful divina infpiratione repletus in diaconia fanctæ Dei genitricis MARIÆ Dominæ noftræ, quæ vocatur [a] Cofmedin, fecit veftem holofericam unam de ftauraci, habentem [b] hiftoriam, leones majores II. Ibi ipfum [1] fecit [c] velum album rofatum unum ornatum in circuitu de tyrio miræ magnitudinis. [2] Obtulit vero in jam dicta diaconia gabatham faxifcam de argento puriffimo unam deauratam, quæ penfat libras duas & uncias quatuor.

XII. Fecit autem in bafilica [a] Salvatoris, quæ Conftantinianæ nomen fumpfit a nomine Conftantini, cruces de argento puriffimo, [b] quæ pendent ante figuram fubftantiæ car-

nis

VARIANTES LECTIONES

b Ita Vat. IV. male in editis, *ceptus*, pro *feptus*. *c* Baron. *almifica eft comitatione magnificatus*. *d* Vat. VII. *loquela humili, jejunii* (leg. *jejuniis*) *vigiliifque dicatus, & divino cultu intentus, pauperibus largus, orfanorum protector, & avidius fautor, populorum civitati* (leg. *civitatis*) *defenfor, qui & præfente Cæfare confecratus*: quæ extrema ad initium numeri VII. fpectant: atque his codex ifte more fuo fatis longam hiftoriam contrahit. *e* Vat. IV. & cod. Barberin. *jejuniis vigiliifque ditatus*, leg. cum Vat. VII. *dicatus*, ut fupra, & in contextu: in aliis ifta defunt. *f & divino cultu intentus*) Hinc Vat. IV. ufque ad num. XV. non legit. *g* Vat. VI. *viduarum fautor*. *h populique cuncti defenfor*) Poft hæc idem Vat. VI. filet ufque ad illa verba: *Hujus temporibus Michael filius Theophili* &c. ex quibus incipit numerus XVIII.

XI. *a* Vat. I. *Cofmidin*. *b* Idem, *floriam*. *c* Baron. *velum rotatum album*.

XII. *a* Vat. I. *Salvatoris, quæ Cæfarea nomen*, Baron. *quæ Cæfarea dicta* (*nomen fumptum a Conftantino*). *b* Idem, *quæ pendent ante Sacramentum fubftantiæ carnis ejufdem Domini noftri* JESU *Chrifti*.

in

NOTÆ

XI. 1. FECIT VELUM ALBUM ROSATUM) nempe velum quidem album, fed rofarum floribus interdiftinctum.

2. OBTULIT VERO IN JAM DICTA DIACONIA GABATHAM SAXISCAM) Vid. quæ dicta funt in vita Leonis III. num. IX. Not. 4. Tom. II.

FE-

nis ejusdem Domini nostri Jesu Christi: [c] in quibus ad laudem ipsius ecclesiam festis diebus cerea figura solitis, quæ pens. libras numero quatuor & semis. Item in basilica quoque semper virginis Mariæ Dominæ nostræ, quæ vocatur ad Præsepe,[1] fecit [d] cantharum de argento sessilem parium unum, pens. [e] libras octo & uncias quatuor.

XIII. Ipse quidem a Deo protectus & beatissimus Pontifex superno favore plenus obtulit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui gabatham de auro purissimo I. pretiosissimis gemmis, pens. libras numero tres & uncias octo. [1] Fecit enim in confessione ipsius sacratissimæ basilicæ jugulum de auro mundissimo unum pens. libras numero II. Similiter vero in jam dicta ecclesia fecit cruces de argento mundissimo numero sex pensan. simul libras tredecim & uncias quinque. Eo autem modo in basilica doctoris gentium beati Pauli apostoli cruces ex argento purissimo duas, pens. simul libras numero quatuor. Nam & in basilica sancti Laurentii martyris, quæ sita est foris muros, fecit cruces duas de argento purissimo, pensan. simul libras numero quatuor.

XIV. Primo quidem pontificatus sui anno aurea quædam ipsius beatitudini pretiosissimis compta gemmis corona perducta est librarum habens pondera numero octo & unciarum quatuor, [a] ad gloriam supra sacratissimæ ejus altare basilicæ

aureis

VARIANTES LECTIONES

c in quibus ad laudem ipsius ecclesiam &c.) Locum hunc tum in Vat. I. tum in editis æque corruptum ex nullo codice restituere potui: Baronius autem non nihil a verbis Textus recedens legit: *in quibus ad laudem ipsius festis diebus cereus ardere solitus*. *d* Idem, *cantharum de argento fusilem*. *e* Vat. I. *lib. num.* III. *& uncias* VIIII.

XIV. *a* Baron. *ad Dei gloriam supra sacratissimum ejus altare basilicæ aureis catenulis ingenti exaltavit amore*. Sic

N O T Æ

XII. I. FECIT CANTHARUM DE ARGENTO SESSILEM) qui nimirum fulcris stilo innixis sustentatur.

XIII. I. FECIT ENIM IN CONFESSIONE IPSIUS SACRATISSIMÆ BASILICÆ JUGULUM DE AURO MUNDISSIMO) Jugulum confessionis est parvum jugum, nempe summitatis fastigium, apex confessionis; sic summitas montis dicitur jugum montis.

 Hu-

aureis ingenti exaltavit amore catenulis. Verum etiam in jam dicta ecclesia beati Petri apostoli nutritori suo gabathas ex argento purissimo numero novem, [b] quæ pensant simul libras numero duodecim & semis. Ipse vero a Deo protectus venerabilis & præclarus Pontifex fecit in monasterio sancti Stephani & Silvestri, [c] quod noviter fundavit sanctæ recordationis domnus Paulus quondam papa in ecclesia majore, quæ vocatur sancti Dionysii, ad honorem & gloriam sacri altaris, vela quatuor de stauraci.

XV. [a] [1] Hujus præclari Pontificis tempore, id est, [b] mense Octob. die tricesima, [c] Indictione octava fluvius, qui appellatur Tiberis, alveum suum egressus est, [d] & per campestria se dedit; intumuit etiam inundatione aquarum multarum, & ingressus est [e] per posterulam, quæ appellatur sanctæ Agathæ, [f] in urbem Romam, quam [g] hora diei decima transcendit interea [h] aliquibus locis, & ingressus est in ecclesiam beati Laurentii, quæ appellatur Lucinæ. Inde se extendit, & ingressus est in monasterium sancti Silvestri, ita ut [i] ex gradibus, qui ascendunt in basilicam beati Dionysii, præ multitudine aquarum ne unus videretur, [k] excepto uno, qui supe-

VARIANTES LECTIONES

b Sic idem, editi, *qui pens. libras* &c. c Iidem editi male, *quam noviter*, Baron. ut in contextu.

XV. *a* *Hujus præclari Pontificis tempore*) ex Vat. IV. in vulgatis ea vox, *tempore* deest. *b* Vat. I. *mense Octobr.* *c* Vat. IV. & Baron. *Indictione* VIIII. *d* Vat. I. *& per campestria dedit*, particula *se* hic etiam resecata, ut alibi. *e* Idem, *per pusterulam*. *f* Ita Vat. IV. libri editi non recte, *in urbe Roma*. *g* Baron. *hora diei secunda*. *h* Vat. IV. *in quibusdam*. *i* Idem, *de gradibus*. *k* Baron. *excepto eo*.

Sic

N O T Æ

XV. 1. HUJUS PRÆCLARI PONTIFICIS TEMPORE, ID EST, MENSE OCTOB. DIE TRICESIMA, INDICTIONE OCTAVA FLUVIUS, QUI APPELLATUR TIBERIS, ALVEUM SUUM EGRESSUS EST &c.) Frequentes per ea tempora accidebant Tiberis exundationes. Similis huic acciderat in pontificatu Benedicti III. de qua superius num. XXIII. illa anno Christi 856. die 5. Januarii; hæc anno 860. die 30. Octobris, quam deinde alia subsecuta est mense Decembris die 27. ejusdem anni, non sine ingenti damno murorum, atque domorum in urbe, & segetum atque arborum in agris.

POST

ſuperius erat. Et exinde expandit ſe per plateam, quæ vocatur via Lata, [l] & ingreſſus eſt in baſilicam ſanctæ Dei genitricis MARIÆ, quæ ibidem eſt. Tantumque intumuit aqua, ut etiam portæ ipſius eccleſiæ non viderentur [m] præ altitudine aquarum. Et inde aſcendit per plateas, & vicos uſque ad clivum Argentarii. [n] Exinde redundans [o] ingreſſus eſt per porticum, quæ eſt poſita ante eccleſiam ſancti Marci. Inde impetum faciens cœpit decurrere in cloacam, quæ eſt juxta monaſterium ſancti Laurentii martyris, [p] quod vocatur Pallacini. Ab ipſo die & deinceps cœpit paulatim aqua [q] ſe minuere, & fluvius [r] [2] poſt, multo damno facto, in ſuum alveum reverſus eſt. Nam domos & muros evertit, agros deſertavit evellens ſegetes & eradicans arbuſta. Simili modo in menſe Decembrio die viceſima ſeptima Natali ſancti Joannis Evangeliſtæ, Indictione ſupraſcripta, [s] ingreſſus eſt alia vice fluvius ipſe, qui appellatur Tiberis, alveum ſuum egreſſus eſt, ut ſupra, in civitate Romana; [t] omnia ut ſupra.

XVI. Simili modo præclarus & beatiſſimus Pontifex fecit in monaſterio ſancti Valentini, quod eſt poſitum in territorio Narnienſi [a] juxta Interamnem, veſtem de fundato unam habentem hiſtoriam leonum, & in circuitu [b] myzinum. [1] Item venerabilis & præclarus Pontifex formam aquæ, quæ vocatur [c] Tocia, at vero jam per evoluta annorum ſpatia nimis

VARIANTES LECTIONES

l Sic Vat. I. & IV. vulgati, *& egreſſus*. *m* Vat. IV. *præ multitudine aquarum*. *n* Vat. I. *Exinde redammans*, forte, *regamminans*, uti ſuperius in Benedicto III. num. XXIII. Vat. IV. *rediens*. *o* Idem, *ingreſſa*. *p* Idem ita, vulgati, *quæ vocatur*. *q* Vat. IV. *minui*. *r* Idem, *poſt multa dampna facta*. *s ingreſſus eſt*) hæc deſunt in Vat. IV. *t* Baron. *omnia fecit, ut ſupra*. Quæ ſequuntur ad numerum uſque XVIII. Vat. IV. non exhibet.

XVI. *a* Vat. I. *Juxta Teramne*. *b* Baron. *muxinum*: in margine, *alias muſivum*. *c* Idem, *Avia*, Vat. I. *Jocia*. *Ad vero*. Idem,

N O T Æ

2. POST, MULTO DAMNO FACTO &c.) Præpoſitio loco adverbii, ut videtur: ſic etiam ſupra in Benedicto III. num. XXIII.

XVI. 1. ITEM VENERABILIS ET PRÆCLARUS PONTIFEX FORMAM AQUÆ, QUÆ VOCATUR TOCIA &c.) Apud Baronium legitur *Avia*, & in mar-

mis confractam existentem, [2] per quam decurrebat aqua per centenarium [d] in urbem Romanam, a fundamentis [e] ad fabricandum atque restaurandum eamdem formam properavit. Verum etiam & in ecclesia ejusdem Dei genitricis, & Domini nostri Jesu Christi, quæ vocatur [f] Cosmedin, fecit hospitium largum ac spatiosum, satisque præcipuum ad opem atque utilitatem Pontificum, ubi [g] quoties [h] oportunum fuerit cum omnibus, qui eis famulantur, amplissime hospitetur.

XVII. Simili modo & in ecclesia beati Petri principis apostoli nutritori suo obtulit vela [a] in arcus presbyterii cum chrysoclavo habentem historiam, leonum figuras, numero quadraginta. In eadem vero catenam strenuo opere factam contulit ex argento mundissimo, quæ pensat libras numero quatuor. Nam & [1] in oratorio sanctæ Crucis, quod infra basilicam beati Petri apostoli constitutum est, fecit gabatham de argento unam pens. libras duas. Ipse quidem sacratissimus

mus

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *in Romana urbe*. *e* Male in vulgata editione, *ad fabricandum atque restaurandum eadem forma præparavit*. *f* Vat. 1. *Cosmidin*. *g* Eadem vulgata editio, *obediens*, leg. cum eod. Freheri, *quoties*, quemadmodum in Gregorio IV. numero XLII. ubi hæc eadem recitantur. *h* Vat. 1. *oportunum fierit*.

XVII. *a* Idem, *in arcora*.

Vat. VI.

NOTÆ

margine *Accia*. De Tocia silent auctores. De *Avia* legerem *Appia*, quam scimus decurrisse in ea regione. Alii interpretantur Acciam, eamque putant esse Almonem, qui urbem quidem præterluit, sed cujus aquæ forma quidem includi, sed super arcus deduci non poterant.

2. PER QUAM DECURREBAT AQUA PER CENTENARIUM IN URBEM ROMANAM) Vid. quæ diximus in Hadriano I. num. LIX. Frontino de Aquæduct. art. XXXII. & LVIII. centenarium est modus fistulæ majoris habens diametri digitos XI.

XVII. 1. IN ORATORIO SANCTÆ CRUCIS, QUOD INFRA BASILICAM BEATI PETRI APOSTOLI CONSTITUTUM EST) Oratorium sanctæ Crucis ædificatum fuit a S. Symmacho, ut habetur in ejus vita num. VII. Tom. I. *item ad fontem in basilica sancti Petri apostoli oratorium sanctæ Crucis*. De oratorio dictum est in II. Tom. pag. 49. Accipe præterea quæ Ven. Thomasius tom. VII. suorum Operum tradit pag. 9. *Antiquitus vocabantur ecclesiæ, quæ cœtui promiscuo Fidelium destinatæ erant; quæ vero monachis & monialibus in suis monasteriis, vocabantur* Oratoria, *sive Oracula*.

MI-

mus Pontifex fecit in basilica doctoris gentium beati Pauli apostoli candelabrum argenteum unum, pens. libras numero duas & uncias sex. Verum etiam in titulo beati Eusebii confessoris Christi fecit super cyborium crucem cum velo de argento purissimo pens. libras quatuor.

XVIII. Hujus temporibus [1] Michael filius Theophili imperatoris Constantinopolitanæ urbis imperator ob amorem Apostolorum misit ad beatum Petrum apostolum [a] dona [b] per episcopos, quorum hæc sunt nomina: Methodius metropolitanus, & Samuel episcopi, & alii duo depositi [c] ab honore episcopatus, quorum nomina hæc sunt: Zacharias & alius Theophilus, [2] & alius [d] imperialis laicus [e] nomine Arsavir protospatarius: id est, patenam ex auro purissimo cum diversis lapidibus pretiosis albis, prasinis, & hyacinthinis. Similiter calicem de auro [f] ex lapidibus circumdatum, & in circuitu [g] pendentes hyacinthos in filo aureo, [3] & repidis duo-

VARIANTES LECTIONES

XVIII. *a* Vat. VI. *dona preciosa*. *b* Vat. I. *per episcopos: Hæc nomina*. *c* Idem, *ab honore episcopatus: Nomina hæc sunt Zacharia* &c. *d* Baron. *imperialis minister laicus*. *e* Idem, *nomine Arsa*, Vat. IV. *Lasã. vir*. *f* Baron. *& lampadibus*. *g* Vat. I. *pendentes jaquinthas in filum aureum*. Idem,

NOTÆ

XVIII. 1. MICHAEL FILIUS THEOPHILI IMPERATORIS CONSTANTINOPOLITANÆ URBIS IMPERATOR OB AMOREM APOSTOLORUM MISIT AD BEATUM PETRUM APOSTOLUM DONA &c.) Michael imperator suasu Bardæ fratris Theodoræ Michaelis uxoris, cui uni imperii negotia commiserat ipse socordiæ & voluptatibus deditus, Ignatium patriarcham e sede expulsum in exilium miserat, & Photium virum quidem pæne scientiis omnibus instructum, & a secretis primum, sed versipellem & vafrum ei subrogaverat. Graves inde turbæ in ecclesia Constantinopolitana subortæ sunt, quibus componendis consuluit Bardas Imperatori, ut Romam cum donis legatos mitteret ad Nicolaum pontificem prætexta quidem convocandi concilium pro confirmando sacrarum imaginum cultu; re autem vera pro adprobanda electione Photii, atque depositione Ignatii. Hæc caussa donorum, non devotio erga beatum Petrum.

2. ET ALIUS IMPERIALIS LAICUS NOMINE ARSAVIR PROTOSPATHARIUS) Protospatharius qui primus est inter imperialis aulæ custodes, seu spatharios. Vid. in Sergio I. numero VII. Tom. I. pag. 308.

3. ET REPIDIS DUOBUS IN TYPO PAVONUM) *Repida*, inquit Alteserra, *sunt sigilla, seu parva signa, quæ ornatus caussa propendebant ex calice aureo, a græco* ῥέπω propendeo.

PHO-

duobus [h] in typo pavonum cum ſcutis & diverſis lapidibus pretioſis [i] hyacinthis albis, qui penſ. ſimul libras numero.... Similiter vero & veſtem de chryſoclavo cum gemmis albis habentem hiſtoriam Salvatoris, [k] & beatum apoſtolum Petrum & Paulum, & alios Apoſtolos, [l] arbuſta, & roſas utraque parte altaris [m] legentes de nomine ipſius Imperatoris miræ magnitudinis, & pulchritudinis decore. Et alia multa dona porrigentes Pontifici, legationis verba ſibi injuncta [n] protinus ediderunt.

XIX. [a] Porro fatus Imperator Græcorum [b] inventa pro imaginum depoſitoribus occaſione ſacrarum, miſſos Apoſtolicæ ſedis per ſuprafatos ſuos legatos Conſtantinopolin dirigi poſtulavit, intentans ſcilicet cauſam Ignatii patriarchæ, & Photii Conſtantinopolitanæ eccleſiæ pervaſoris: [c] cupiens hinc eumdem ſanctum virum Ignatium judicio ſedis Apoſtolicæ callide per invidiam, ut poſtmodum patuit, [d] condemnare, [e] [1] Photiumque neophytum ipſi eccleſiæ ſubrogare.

XX. Tunc Pontifex ſummus Imperatoris adhuc peſſimæ cogitationis ignarus [1] duos epiſcopos illuc [a] Radoaldum ſcilicet, & Zachariam direxit. Præcipiens, ut quicquid de ſacris [b] imaginibus quæſtio afferret, ſynodice diffinirent, [c] & ipſius

VARIANTES LECTIONES

h Idem, *in typo paonum*. *i* Idem, *jaquinthis albis*. *k* Baron. & *beatorum Apoſtolorum*. *l* Idem, *cum arbuſtis & roſis*. *m* Idem, & *litteris legentibus nomen*, Vat. I. *legente*. *n* Baron. *protulere*.

XIX. *a* Idem, *Præfatus*, Vat. VI. *Qui per ea factus*, pro *præfatus*. *b* Idem, *inventa prædicta ymaginum depoſitoribus occaſione*. *c* Idem, *cupiens ſcilicet virum Ignacium*. *d* Idem, & Vat. I. *condempnare*, Baron. *condemnari*. *e* Vat. VI. *Phociumque*.

XX. *a* Vat. VI. *Romaldum*. *b* Idem, *ymaginibus*. *c* Idem, & *ipſius Ignacii*.

Idem,

NOTÆ

XIX. 1. PHOTIUMQUE NEOPHYTUM IPSI ECCLESIÆ SUBROGARE) Contra monitum Apoſtoli in epiſt. ad Timotheum cap. III. *Oportet ergo epiſcopum irreprehenſibilem eſſe .... non neophytum ne in ſuperbiam elatus, in judicium incidat diaboli*.

XX. 1. DUOS EPISCOPOS ILLUC RADOALDUM SCILICET, ET ZACHARIAM DIREXIT) Radoaldum epiſcopum Oſtienſem, & Zachariam epiſcopum Anagninum, de quibus infra num. XXXIX. & ſeqq.

MORE

ipſius Ignatii patriarchæ, [d] Photiique neophyti cauſam [e] ſolemniter inquirerent tantum, & ſibi renunciarent. Qui ſancti Pontificis parvipendentes ſtatuta, quæ vel quanta inſana, pecunia illic corrupti [1] more Vitalis, atque Meſeni, peregerint, inferius ſuccincte tranſcurram.

XXI. [1] Interea multi Ravennatum, qui a Joanne ejuſdem urbis archiepiſcopo in rebus, & juris ſui proprietatibus incommoda ſuſtinebant ad hunc beatiſſimum Papam, ut a tantis oppreſſionibus eruerentur, veniebant. Quorum pie clamores audiens ipſum legatis ſuis, & literis ſæpius Archiepiſcopum, quatenus talibus cederet actibus, commonuit. Sed ille mente confuſa monita pii patris [a] ſpernens, pejora prioribus addere minime metuebat. Quanto autem benigna inſpectio ſummi Præſulis illum, ut reſipiſceret, admonebat, tanto magis [b] ad deteriora ſæcli convertebat. Et ſuper iniquitatem iniquitatem addere non deſinebat.

XXII. [a] Nam quoſdam temere excommunicabat, quoſdam autem a viſitatione ſedis Apoſtolicæ avertebat. Et quorum-

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *Phociique*. *e* Idem, *ſolempniter*. Poſtea codex iſte uſque ad num. XL. non legit.

XXI. *a* Vat. VI. ita, Vat. IV. *declinans*, Baron. *contemnens*, vulgati, *obtendens*. *b* Vat. I. & VI. *ad deteriora ſe divertebat*.

XXII. *a* Vat. I. *Nam temere quoſdam*.

Baron.

NOTÆ

1. MORE VITALIS ATQUE MESENI) Vitalis & Meſenus epiſcopi ambo a Felice papa III. miſſi fuerant Conſtantinopolim inquirendi cauſſa, an Acacius epiſcopus Conſtantinopolitanus communicaſſet cum Petro Mongo a papa Simplicio damnato. Quum Heracleam perveniſſent pecunia corrupti, neglectis mandatis Papæ, Romam reverſi ſunt, ubi in concilio damnati a communione Fidelium ejecti fuere. Hæc lege, ni gravaris, in vita ejuſdem Felicis III. numero III. & IV. Tom. I. pag. 165.

XXI. 1. INTEREA MULTI RAVENNATUM, QUI A JOANNE EJUSDEM URBIS ARCHIEPISCOPO IN REBUS, ET JURIS SUI PROPRIETATIBUS INCOMMODA SUSTINEBANT &c.) Quæ acta ſunt in cauſa hujus Joannis archiepiſcopi Ravennatis fuſe hic narrantur ab Anaſtaſio; & ad præſentem annum quartum pontificatus Nicolai, & ſexageſimum primum ſupra octingenteſimum Chriſti, referuntur a Hieronymo Rubeo in Hiſtor. Ravenn. lib. V. pag. 242. & 243. edition. II.

QUE

rumdam res ſine legali judicio occupabat. Nec non & ſanctæ Romanæ eccleſiæ plurima prædia auferebat. Miſſos illius ſpernebat, & gloriam beati Petri apoſtoli, quantum in ſe erat, evacuabat. Præcepta etiam juris ſancti Petri, ſi apud quoſcumque inveniebat, frangebat, & ad jus ſancti Apollinaris transferebat. Nam presbyteros & diaconos non ſolum ſibi ſubjectos, ſed etiam per Æmiliam conſtitutos ad Apoſtolicam ſedem pertinentes ſine canonico judicio deponebat, & alios carceri, alios autem fœtidis ergaſtulis retrudi faciebat. Alios crimen, quod non fecerant, ſcriptis confiteri cogebat.

XXIII. Conſtituta præterea eccleſiaſtica abſque ſedis Apoſtolicæ conſenſu deprimebat. Et vocatus a ſummo Pontifice Romam, ſe ad ſynodum non debere occurrere jactitabat. [a] Nec mirum cur poſtea iſta fecerit, [1] qui cautiones, & indiculos, qui ſoliti ſunt ab archiepiſcopis Ravennatibus in ſcrinio fieri in initio conſecrationis ſuæ, more Felicis deceſſoris ſui falſavit, [2] & quædam barbara ſcripta, quædam vero falſa compoſuit. Eodem tempore Papa prædictus ter ad ſynodum ſuis literis eum vocavit, & ille venire contemnens a ſancta ſynodo communione privatus eſt. Deinde Papiam pergens imperatoris auribus [b] Ludovici Cæſaris moleſtiam intulit, ſolamenque mundanum quæſivit.

XXIV. Tunc largiente ei Auguſto legatos præcipuos, cum illis

VARIANTES LECTIONES

XXIII. *a* Baron. *Nec mirum cum poſtea*. *b* Vat. 1. *Hlodovvici Cæſaris*. Vat. 1.

NOTÆ

XXIII. 1. QUI CAUTIONES, ET INDICULOS, QUI SOLITI SUNT AB ARCHIEPISCOPIS RAVENNATIBUS IN SCRINIO FIERI IN INITIO CONSECRATIONIS SUÆ) Onus erat epiſcoporum tempore ſuæ conſecrationis indicem conficere ſeu, ut dicimus, *inventarium*, vel *repertorium* rerum omnium ad eccleſiam pertinentium, & novum cum vetere conferre, & diligenter videre ſiquid deperditum, ſiquid recens additum, atque cautionem in ſcrinio ſua manu ſcriptam deponere, qua cautum eſſet de rerum cuſtodia, deque reſtitutione ſi quid ablatum forteſſe deprehenderetur. Hujus vocis ſignificationem vide etiam in vita Conſtantini papæ num. 11. Tom. II.

2. ET QUÆDAM BARBARA SCRIPTA &c.) Videlicet ita incompte ſcripta, ut intelligi non poſſent.

QUIA

illis superbiæ repletus tumore Romam pervenit. Sed Pontifex almus, [1] quia contra sacrorum canonum regulas excommunicato ipsi legati communicaverunt, benigne eos redarguit. Illis autem quæ egerunt deflentibus, [a] eidem Archiepiscopo a Deo conservandus Papa mittebat, ut in Calen. Novem. ad synodum, a qua fuerat excommunicatus, [b] occurreret, plenamque satisfactionem ostenderet, nec non & tantis prævaricationibus finem imponeret. Ille autem noluit; sed retrorsum abiens recessit.

XXV. [1] Et ecce Æmilienses, ac Senatores urbis Ravennæ [a] cum innumero populo ad vestigia Præsulis hujus beati Romani cum lacrimis properantes rogabant, ut ad imitationem Domini nostri Jesu Christi pro recuperatione eorum non dedignaretur proficisci Ravennam, [b] quatenus inspectis omnibus ad summam eos perduceret libertatem. Itaque per semet beatissimus Papa Ravennam proficiscens, cum de ejus adventu Joannes archiepiscopus cognovisset, usque Papiam continuo ad Imperatoris aures denuo molestandas iter arripuit.

XXVI. [a] Tum Præsul optimus omnibus Ravennensibus, Æmi-

VARIANTES LECTIONES

XXIV. *a* Vat. 1. & Baron, ita, editi, *idem Archiepiscopo a Deo conservandus Papa* &c. *b* Baron. *accurreret*.

XXV. *a* Idem, *venere cum innumero populo*. *b* Idem, *qualiter*.

XXVI. *a* Idem, *Tamen Præsul optimus*, *qua*

N O T Æ

XXIV. 1. QUIA CONTRA SACRORUM CANONUM REGULAS &c.) In Can. Apostol. 11. *Cum excommunicatis non est communicandum: & siquis cum excommunicatis aversando* (alias *avertendo*) *regulas scienter saltem in domo simul locutus fuerit, vel oraverit, ille communione privetur*: quem transcribit Gratianus in *Can. Sicut Apostoli* 16. XI. *qu.* 3. *in Decret. par.* 2. ubi alii canones ad hanc rem pertinentes: Vid. quoque in *Cap. Nulli* 8. *de Sent. excommunic.*

XXV. 1. ET ECCE ÆMILIENSES AC SENATORES URBIS RAVENNÆ &c.) Qui ex clero in provincia Æmiliæ subjecti sanctæ Romanæ sedi a Joanne Ravennæ Archiepiscopo injuriis afficiebantur simul cum iis, qui Ravennæ senatum constituebant, ad sanctam Sedem de vi sibi ab archiepiscopo illata provocarunt, & Romam coram Pontifice sua sibi jura vindicandi caussa se contulerunt.

Æmilienſibus, & Pentapolitanis res, quas Joanne archiepiſcopo & Gregorio fratre ejus rapientibus amiſerant, clementer reſtituit. Et præceptionis decreto, [b] quæ retradidit, confirmavit. Præfato autem Archiepiſcopo, ut prædictum eſt, perveniente Papiam, concives ejuſdem urbis una cum Liutardo epiſcopo ſuo a Romano pontifice conſecrato cum audiviſſent quod a ſummo Pontifice excommunicatus idem eſſet Archiepiſcopus, in tanta ſe cuſtodiæ [c] circumſpectatione dediderunt, ut nec in ſuis domibus eum reciperent, nec hominibus ejus paterentur [d] aliquid venundare, ne per tale commercium ſaltem locutionis, eorum viderentur eſſe participes, ac per hoc excommunicationis notam incurrerent.

XXVII. Potius autem cum de aſſiſtentibus ipſius Archiepiſcopi aliquos per plateas incedentes vidiſſent, clamabant: *Iſti de illis excommunicatis ſunt, non licet nobiſcum illis miſceri.* Tunc videns ſe idem Archiepiſcopus voluntatis ſuæ per hoc non poſſe machinamenta perficere, identidem ſe ab Imperatore adjuvari popoſcit. Cui ad hæc per internuntium mandat Auguſtus dicens: *Vadat, & faſtu elationis depoſito, tanto ſe humiliet Pontifici, cui & nos, & omnis Eccleſiæ generalitas inclinatur, & ejus obedientiæ ac ſubjectionis colla ſubmittit, quia quod cupit, aliter minime conſequi poterit.*

XXVIII. Cum Archiepiſcopus hæc audiviſſet [a] anxiari cœpit. & iterum importunis precibus legatos Imperiales expetens Romam pervenit. Quem contra beatiſſimus Papa hæc cognoſcens, omnem illius arrogantiam tanquam aranearum telam deſpiciens, in qua prius ſententia fuerat, perſeveravit atque immobilis fuit. Tamen eiſdem Auguſtalibus miſſis Papa ſanctiſſimus magna [b] cum manſuetudine hujuſce-

VARIANTES LECTIONES

b quæ retradidit, confirmavit) Vat. 1. Baron. *quod tradidit, confirmavit*, alii, *retrodedit*, corrupte in editis, *retrancidit*. *c* Vat. 1. *circumſpectatione dederunt*, Baron. *circumſpectione dediderunt*. *d* Idem, *aliquid venundari*.

XXVIII. *a* Vat. 1. *ancxiari*. *b* Baron. *cum magna manſuetudine agens hujuſcemodi locutus*. Vat. 1.

cemodi agens locutus est: *Si dilectus filius noster domnus Imperator istius Joannis archiepiscopi actus, & mores bene cognosceret, ipse non solum pro illo nos minime flagitaret; sed etiam ut se corrigeret, ad nos eum, etiam eo nolente, dirigeret.*

XXIX. Tunc, sicut ipse egregius Papa decreverat, multis in unum episcopis provinciarum convenientibus, eidem Archiepiscopo destinavit ut coram veniens de se plenissimam satisfactionem ostenderet: & quæ prævaricatus fuerat, satius emendaret. [a] Quod Archiepiscopus audiens & se a nemine adjuvari posse conspiciens, in angustiæ lamenta, & nimiæ tribulationis [b] se contulit victus, & quos poterat cum lacrimis implorabat dicens: *Miseremini mei, [c] peto misereri mei. Et clementiam summi Præsulis, ut mei misereatur, exposcite. Quia ecce paratus sum ad omnia, [d] quæ præceperit, peragenda.* Quod non nulli videntes, & audientes summo referebant Antistiti & responsionis illius, quas lamentabili voce dabat, suggestiones ad liquidum exponebant.

XXX. Tunc compatientissimus Papa, Dominum, qui mortem non vult peccatoris, imitatus, misericordia motus [a] præfatum Archiepiscopum ad humilitatis viam tandem conversum suscipere decrevit. Tunc ille confestim [b] apprehensa charta repromissionis, & juramenti sui [c] scripturas, quas tempore consecrationis suæ imperfectis confusisque, ut in eis videbatur, repleverat dictionibus, propria manu scribens juxta consuetudinem ante decessorum suorum composuit. [1] Et domum, quæ dicitur Leoniana, in qua beatissimus

VARIANTES LECTIONES

XXIX. *a* Vat. I. *Quod Archiepiscopus perter* (leg. *perterritus*, sive, *per ter*, ut Baronius) *audiens* &c. *b* Vat. I. *se contulit justus*, leg. *luctus*, Baron. *se contulit intus*. *c* Vat. I. *peto miserere mei*. *d* Vat. VI. *quæ præcipit*.

XXX. *a* Idem Vat. I. *prælatum archiepiscopum*. *b* Idem, *adprehensa*. *c* Vat. IV. *scripta, quæ*. Vat. I.

NOTÆ

XXX. ET DOMUM, QUÆ DICITUR LEONIANA, IN QUA &c.) Quam Leo III. ædificaverat, ubi triclinium juxta templum Lateranense.

mus Præſul cum epiſcopis, presbyteris, proceribus, & optimatibus multis aſtantibus reſidebat, conſcendit, prædictaſque ſcripturas, quas fecerat, ſuper vivificam crucem Domini noſtri Jesu Chriſti, [1] atque ſandalia ejus, & ſuper ſacrum quatuor ſanctorum evangeliorum codicem poſuit, & has manu tenens, innumeris, qui convenerant, audientibus clara voce ſponte juravit ſe omnibus diebus vitæ ſuæ obſervando integriter tenere, atque perficere, ſicut in ipſis [d] ſuæ reſponſionis continebatur atque legebatur ſcripturis. Quas etiam in conſpectu omnium ore proprio legit, ſummoque Præſuli tradidit.

XXXI. His ita peractis ipſe inſignis & præcipuus Pontifex baſilicam Salvatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, cum omnibus epiſcopis, & cuncto clero altero die deſcendit. Ubi à ſummo Pontifice juſſus prænotatus Archiepiſcopus affuit, & de crimine hæreſeos, [a] quo impetebatur, ſe expurgavit. Quem communioni ipſe Papa reſtituit, & ut ſacrarum miſſarum [b] ſolemnia celebraret licentiam ei benignus indulſit. Sequenti vero die præſidente eodem ſummo, & univerſali Papa in eadem domo Leoniana, & juxta morem reſidente ſanctiſſimo ſacerdotum & coepiſcoporum collegio affuit idem archiepiſcopus, & juſſu ſummi Præſulis reſedit.

XXXII. Tunc Æmilienſes aſtiterunt epiſcopi dantes querimoniam in libellis ſuper eumdem Joannem archiepiſcopum, dicentes ſe multa præjudicia, & ſuperimpoſita ab ipſo Archiepiſcopo ſuſtinere. Nam & nonnulli Ravennenſes, & Æmi-

VARIANTES LECTIONES

d Vat. I. & ſſ. nempe, *ſponſionis*, ut legit Vat. VI. & cod. Barberin. vocem, *ſuæ* idem Vat. I. non agnoſcit.

XXXI. *a* Baron. *quo imputabatur*. *b* Vat. IV. & VI. *ſolempnia*.

Baron.

NOTÆ

1. ATQUE SANDALIA EJUS) Videlicet ad pedes Crucifixi: neque enim crediderim ſandalia ipſa & crepidas Chriſti Domini ad ea uſque tempora ſervata fuiſſe. Ad pedes Crucifixi ſyngraphas, & chirographa poni mos erat, majus inde pondus & firmitatem adquiſitura.

QUÆ

Æmilienses eadem fatebantur, sicut in gestis, quæ in bibliotheca rejacent, quisquis investigaverit, poterit reperire. [1] Quæ audiens a Deo protectus Pontifex una cum sancta synodo contra ecclesiasticæ regulæ normam talia esse prædixit, & ut omnes istæ transgressiones corrigerentur, acclamante sancta synodo ita debere fieri, dulci affatu statuit, ne sibi principaliter grex commissus dominicus per desidiam lupinis lacerandus morsibus relinqueretur.

XXXIII. *Verumtamen*, [a] *o Joannes archiepiscope* (egregius inquiens Præsul) *ut cuncta, quæ dicuntur speciali possint correctione amodo facilius corrigi, præcipimus tibi, ut remota omni excusatione præter gravem corporis molestiam, quæ te venire omnino prohibeat, ad sedem Apostolicam semel in singulis properare studeas annis, nisi forte remorandi licentiam ab Apostolica sede percipias. Item sancimus,* [1] *ut episcopos per Æmiliam* [b] *non consecres, nisi post electionem, ducis, cleri, & populi, atque per epistolam Apostolicæ sedis Præsulis* [c] *acceperis eos consecrandi licentiam. Ipsos autem episcopos*

VARIANTES LECTIONES

XXXIII. *a* Baron. *o Joannes archiepiscope*, inquit, *ut cuncta* &c. *b non consecres*) hæc card. Deusdedit non agnoscit. *c* Vat. IV. *non habeas consecrandi licentiam*, cod. Barbetin. *licentiam*.

Iidem,

NOTÆ

XXXII. I. QUÆ AUDIENS A DEO PROTECTUS PONTIFEX UNA CUM SANCTA SYNODO &c.) In synodo hac Lateranensi adversus Joannem archiepiscopum Ravennatem coacta plura sancita sunt per Nicolaum papam. I. Ut Joannes archiepiscopus singulis annis sedem Apostolicam adeat, nisi ab Apostolica sede dispensationem obtineat. II. Ut episcopos Æmiliæ legitime electos non consecret, nisi ab Apostolica sede facultatem consecrandi habeat. III. Ut prohibere non possit, si iidem episcopi ad eamdem sedem accedere velint. IV. Ut nihil ab iisdem exigat a sacris canonibus non præceptum. V. Ut abstineat ab exigendo ab episcopis consuetudinem tricesimalem. & VI. Ut nullius personæ res olim possessas occupet, aut titulum superimponat, nisi per legitimum judicium evictas.

XXXIII. I. UT EPISCOPOS PER ÆMILIAM NON CONSECRES &c.) Ex Rubeo in Histor. Raven. lib. V. pag. 243. ad archiepiscopum Ravennæ pertinebat consecratio episcoporum totius Æmiliæ, cujus regionis termini ample extendebantur, intra quos plures civitates continebantur, quarum omnium caput erat & Metropolis Ravenna.

Ego

pos quotiescumque ad Apostolicam sedem accedere voluerint nequaquam prohibeas. [2] *Sed & nullam dationem, quam sacri canones* [d] *non præcipiunt, ab eis aliquando exigas.*

XXXIV. *Præcipimus etiam, ut ipsos episcopos* [a] [1] *illam malam consuetudinem, quæ a quibusdam tricesimalis dicitur, nullo modo Ravennati exhibere, aut exercere compellas ecclesiæ, nec* [b] *ullum morem, qui contra episcoporum privilegium sit, ab eis exigere quoquo modo* [c] *tentes. Nihilominus* [2] *præcipimus tibi, ut numquam res cujuscumque personæ qualicumque ingenio,* [d] *vel chartula acquisitas, & possessas olim,* [e] *modo occupes, aut titulum superimponas, donec in præsentia Apostolica,* [f] *vel missi ejus, aut vesterarii Ravennæ legali ordine illas in judicio convincas.*

XXXV. Cumque hoc a Papa beatissimo observandum Archie-

VARIANTES LECTIONES

d Iidem, *non recipiunt.*

XXXIV. *a* Vat. VI. *& nullam dampnationem.* *b* Vulgati, *illum morem*, Vat. I. IV. & VI. ut in contextu. *c* Iidem Vat. IV. & VI. *temptes.* *d* Cod. Barberin. *vel chartulas acquisitas.* *e* Vat. I. & IV. *aliquo modo occupes.* *f vel missi ejus, aut vesterarii)* Vat. IV. & Barberin. card. Deusdedit, *vestararii*, Vat. VI. *vestiarii*, prave libri editi, *vestararum*, Baron. *vestrorum.*

Cod.

NOTÆ

2. SED ET NULLAM DATIONEM) ex quo vocabulo derivatum videtur italicum *dazio*, hoc est, tributum, vectigal.

XXXIV. 1. ILLAM MALAM CONSUETUDINEM, QUÆ A QUIBUSDAM TRICESIMALIS DICITUR) Consuetudo tricesimalis erat solutio unius pro singulis triginta ex proventibus beneficiorum, quam solutionem faciebant episcopi Æmiliæ archiepiscopo Ravennati. *Consuetudo*, inquit Alteserra, *sæpius occurrit pro vectigali, quod consuetudine inductum est.*

2. PRÆCIPIMUS TIBI, UT NUMQUAM RES CUJUSCUMQUE PERSONÆ QUALICUMQUE INGENIO VEL CHARTULA ADQUISITAS, ET POSSESSAS OLIM, MODO OCCUPES, AUT TITULUM SUPERIMPONAS, DONEC IN PRÆSENTIA APOSTOLICA, VEL MISSI EJUS, AUT VESTERARII RAVENNÆ LEGALI ORDINE ILLAS IN JUDICIO CONVINCAS) Joannes & Gregorius ejus frater aliorum bona invadebant, quorum dominos possessione privabant ecclesiæ, vel episcopatus titulum superimponentes, *leg. Unic. Cod. de his, qui potens. nom. tit. præd. affig.* Unde Augustin. in psalm. 21. *Quid ad defensionem possessionis tuæ titulos Christi posuisti? Nonne hoc faciunt nonnulli in domo sua, ne domum suam invadat aliquis potens? ponis ibi titulos potentis, titulos mendaces.* Nisi de titulo in judicio legitime constet, vetat Pontifex id fieri.

IN

archiepiſcopo Joanni fuiſſet injunctum ac imperatum, ſurrexit ſancta ſynodus, & tribus [a] vicibus acclamavit: *Rectum judicium ſummi Præſulis, juſta diffinitio totius paſtoris Eccleſiæ, ſalubris inſtitutio Chriſti diſcipuli omnibus placet: Omnes eadem [b] dicimus, omnes eadem ſapimus, omnes eadem judicamus.* [c] Tunc tam eodem Archiepiſcopo, quam omni ſancta ſynodo ſacri verbi pabulo refectis, dulciſſimique ſaporis a beatiſſimo Præſule nectare [d] ſatiatis, unuſquiſque ad propria, licentia accepta Pontificis, exivit.

XXXVI. Eodem tempore hic egregius, & a Deo conſervandus papa in eccleſia beatæ Dei genitricis MARIÆ, quæ vocatur Coſmedin, fecit ſcalpi [a] iconam de argento puriſſimo penſan. libras quinque & uncias duas. Nec non [1] in titulo Veſtinæ expreſſæ figuræ beati Vitalis martyris fecit iconam habentem quatuor libras & ſemis. Fecitque etiam in baſilica beati Chriſti martyris Anaſtaſii in circuitu ſacri altaris cum periclisi de blattin vela quatuor. In baſilica vero beati Petri apoſtoli in oratorio ſancti Gregorii papæ veſtes fundatas per circuitum ornatas de olovero obtulit tres.

XXXVII. Qui beatiſſimus & præcipuus Pontifex in eccleſia doctoris gentium beati Pauli apoſtoli miræ pulchritudinis veſtem auro textam, in circuitu gemmas habentem hyacinthinas albas, ac praſinas, [a] ſimulque & carbunculos lapides, mente obtulit pura. Ubi etiam & duo vela pari modo auro-

VARIANTES LECTIONES

XXXV. a Cod. Barberin. *vocibus*. b Idem, *dicimus*, *ſapimus*. c Sic Baron. cum Vat. I. & IV. editi, *Tunc tandem*. d Iidem Vat. I. & IV. ita, vulga editio, *ſaciatis*.

XXXVI. a *iconam*) vox ex cod. Flor. *ſuppleta*, Baron. pro *iconam*, legit, *calicem*.

XXXVII. a Idem, *ſimul & carbunculos lapides*, *ſimul & duo vela*.

Ita

NOTÆ

XXXVI. 1. IN TITULO VESTINÆ EXPRESSÆ FIGURÆ BEATI VITALIS MARTYRIS FECIT ICONAM ARGENTEAM) Titulum Veſtinæ eumdem eſſe cum titulo ſancti Vitalis ſatis declarat ſtatua argentea a Nicolao in eo titulo Veſtinæ erecta. De titulo Veſtinæ vid. in I. Tom. in vita ſancti Innocentii I. num. IV. pag. 131.

Ec-

auro texta fecit cum gemmis & obtulit. [1] Ecclesiam autem Dei genitricis semperque virginis MARIÆ, quæ primitus Antiqua, nunc autem Nova [b] vocatur, quam domnus Leo IIII. papa a fundamentis construxerat, sed picturis eam minime [c] decorarat, iste beatissimus Præsul pulchris ac variis fecit depingi coloribus augens decorem, & plurimis corde puro ornavit speciebus.

XXXVIII. Igitur, ut paulo superius protuli, quoddam in sancta Constantinopolitana schisma adoleverat ecclesia, scilicet quia ejecto ex ejusdem sede ecclesiæ Ignatio [a] reverendissimo patriarcha, [1] Photium ex laicis, & ex militia tonsuratum contra reverendorum canonum statuta neophytum subito inibi subrogarunt antistitem. Verum quia Michael imperator Græcorum super his Ignatium patriarcham Constantinopolitanum, quem tempore domni Leonis IIII. papæ laudum præconiis extulerunt, vituperando, & invasorem Photium collaudando, Romanam sedem, ut illuc iste beatissimus, & insignis Papa missos suos ad invenienda, quæ dicebantur, dirigeret, humiliter per Arsavir spatarium scilicet legatum, & apices suos, consuluit.

Porro

VARIANTES LECTIONES

b Ita Vat. IV. editi, *vocabatur*. *c* Idem, *decoraverat*.
XXXVIII. *a* Vat. I. *reverentissimo patriarcha*.

Vat. VI.

NOTÆ

XXXVII. 1. ECCLESIAM AUTEM DEI GENITRICIS SEMPERQUE VIRGINIS MARIÆ, QUÆ PRIMITUS ANTIQUA, NUNC AUTEM NOVA VOCATUR, QUAM DOMNUS LEO IIII. PAPA A FUNDAMENTIS EREXERAT) Adhuc vocatur *sancta Maria Nova in Campo Vaccino* juxta templum Pacis, quam incolunt monachi de monte Oliveto.

XXXVIII. 1. PHOTIUM EX LAICIS, ET EX MILITIA TONSURATUM CONTRA REVERENDORUM CANONUM STATUTA NEOPHYTUM SUBITO INIBI SUBROGARUNT ANTISTITEM) Photius de repente ex laico factus est patriarcha Constantinopolitanus. Refert enim Nicetas in vita S. Ignatii primo die de laico factum monachum; 2. anagnostem, seu lectorem; 3. subdiaconum; 4. diaconum; 5. presbyterum; & 6. patriarcham, quem ausus fuit consecrare Gregorius Syracusanus a patriarcha Ignatio communione Fidelium ob scelera privatus, & sede episcopali jam antea dejectus.

TUNC

XXXIX. Porro eo quod vigorem ecclesiasticum desiderabat intemeratum consistere, id fieri summus Præsul minime recusavit. Cupiens zizaniorum cumulos usque ad radicem evellere, ne in sancta Dei ecclesia per desidiam in aliquo macula pullularet. [1] Tunc e latere suo duos episcopos Radualdum, sicut prædictum est, Portuensem, & Zachariam Anagninum, quos idoneos ad hoc opus esse putavit, direxit, præcipiens & mandans eis, ut causam ejectionis ipsius Ignatii, & subrogationis Photii solummodo inquirerent, & sibi renunciarent: & interim Photii neophyti communionem vitarent, quousque revertentes certum de omnibus responsum reddere studuissent.

XL. Illi autem abeuntes, quod in mandatis acceperant, contemnentes, non solum Photio neophyto contra sibi interdictam sententiam communicaverunt; sed etiam corrupti muneribus, ipsi & consecrationi ejus favendo, convocata generali synodo, eumdem virum Ignatium patriarcham denuo deposuerunt, sicut in gestis Constantinopoli ab illis compilatis facile reperitur, & per legatos, scilicet, Leonem a secretis, ac alios, nec non & epistolam prædicti Imperatoris veraciter mansit compertum. Revertentibus autem ipsis legatis, quod in Photio egerant nonnullis præconiis extollebant, & qui in Ignatio patriarcha nequiter operati fuerant, multis oppositionibus vituperabant.

XLI. [a] Rector ergo & totius ecclesiæ princeps, Apostolicæ sedis eximius & discretus Præsul Romæ hæc sancto considе-

VARIANTES LECTIONES

XLI. *a* Vat. VI. *Rector igitur eximius & discretus.*

Idem,

NOTÆ

XXXIX. 1. TUNC E LATERE SUO DUOS EPISCOPOS RADUALDUM &c.) Primum occurrit hic loquendi modus mittere *legatos e latere*, qui postmodum in Romana curia obtinuit, quoties occasio tulit ad Reges mittendi Cardinales gravioribus de caussis. Quum enim Cardinales unum corpus cum Papa constituant, cujus corporis Papa est caput, & Cardinales membra, videntur quodammodo de latere Papæ desumti qui ad ejus vicibus fungendum expresse mittuntur.

fiderabat intuitu ; fed audita quæ contra fuam difpofitionem fuerant perpetrata, donec fecundum myfticum fuæ intellectum fophiæ cuncta fcrutaretur, minime credebat. Interim facræ fuæ auctoritatis tam ad Michaelem Græcorum imperatorem, quam ad eumdem Photium literas, quæ in hujus fedis fcrinio habentur, componens, dansque illas eidem Leoni a fecretis, & mandans, nec in depofitione Ignatii patriarchæ, nec in fubrogatione Photii fe fore confenfurum, quousque veritate agnita coram fe legitimum caufa finem acciperet. Ubi aliis ajentibus, ipfius Præfulis in hoc fuiffe decretum, & aliis acclamantibus Ignatium injufte extitiffe depofitum, fupernum Arbitrum idem fummus jugiter Pontifex precabatur, ut per ejus clementiam, quem nulla latent abfconfa, Dei patefieret ecclefiæ, fuæ voluntatis in talibus non fuiffe confenfum.

XLII. Tunc vocavit [a] zelo fretus divino epifcoporum concilium, in quo luculentius patefactum eft, in depofitione Ignatii illum minime confenfiffe, & legatos Apoftolicæ fedis in talibus deviaffe. Denique decernente eodem piiffimo cum fancta fynodo Præfule præfatum Zachariam epifcopum, qui tunc aderat, [b] [1] ficut beatus papa Felix Vitalem & Mifenum epifcopos, qui Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti confenferant, facerdotali gradu, immo ecclefiaftica communione privavit, [2] eo quod in pluribus apoftolica interdicta exceffiffe inventus eft. Et Radoaldi epifcopi caufa, quem

VARIANTES LECTIONES

XLII. a Idem, *& zelo fretus divino vocavit epifcoporum concilium*, cod. Barberim. *confilium*. b *Sicut beatus Felix &c. coacti confenferant*) hæc idem codex Vat. VI. non profert. Idem.

NOTÆ

XLII. 1. SICUT BEATUS PAPA FELIX VITALEM ET MISENUM EPISCOPOS, QUI &c.) De quibus fupra num. XX. Not. 2.

2. EO QUOD IN PLURIBUS APOSTOLICA INTERDICTA EXCESSISSE INVENTUS EST) Mandaverat Nicolaus Radoaldo & Zachariæ, ut in caufa Photii nihil decernerent ; fed duntaxat inquirerent fuper ejectione Ignatii, & fubrogatione Photii, & referrent, & Photii communionem vitarent. Illi autem, quum

quem postea cum sancta synodo pariter Papa pius [c] mandata ejus, etiam in Galliis violantem, & excommunicationem frangentem, judiciumque canonicum subterfugientem damnavit, suspensa est.

XLIII. Igitur ipse [a] præclarus vir, sanctique studii [1] Pontifex quemdam Peponem diaconum [b] a Pandulpho Capuano episcopo sedem Apostolicam appellantem [c] injuste depositum, officio suo restitui jussit; [d] & quia sine certo numero episcoporum, immo sine criminis approbatione, & ipse diaconus sine oris professione fuerat judicatus, omnem illam judicii sententiam cassavit, [e] & ad rectitudinis tramitem Apostolica causam pietate reduxit. [f] Ipso etiam præstantissimo præsule culmen Apostolicum gubernante [2] Hludovicus Augustus hæc sancto Petro apostolo contulit dona, videlicet...

XLIV. [a] Erat autem clementissimus idem Pontifex [b] in exhibendis Dominici gregis vigiliis adeo curiosus, ut cum ali-

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *& amplius mandata illius*.

XLIII. *a* Idem Vat. VI. *præclarus pontifex*. *b* Idem, *Pandulpho Capuano episcopo*, Vat. I. *Jandulfo episcopo*, editi, *Pandulpho episcopo*, appellativo nomine, *Capuano* prætermisso. *c* Vat. VI. *invidiose depositum*. *d* Idem, *At quia*. *e* Idem, *& causam ad rectitudinis tramitem* &c. *f* Vat. I. *Ipso etenim*.

XLIV. *a* Idem, & Vat. VI. *Erat enim*. *b* Idem, *in exhibendum*, leg. *in exhibendis*. Idem,

NOTÆ

quum Constantinopolim pervenissent, & cum Photio communicarunt, & muneribus corrupti synodo super ea re convocatæ interfuerunt. Romam reversis, cognitaque eorum nequitia, coacta synodo Zacharias quidem damnatus est, & sacerdotali gradu & communione privatus; Radoaldus autem, qui præsens non aderat, alii judicio est reservatus. De his fusius Gratianus *in Can. Theugualdum* 10. XI. *quæst.* 3. *Decret. part.* 2.

XLIII. I. PONTIFEX QUEMDAM PEPONEM DIACONUM A PANDULPHO CAPUANO EPISCOPO SEDEM APOSTOLICAM APPELLANTEM INJUSTE DEPOSITUM OFFICIO SUO RESTITUI JUSSIT) Tribus de caussis injustam declarat Papa depositionem Diaconi: I. quia judicium coram justo numero episcoporum institutum non fuit: II. quia crimen non est legitime probatum: III. quia reus ore suo crimen non est confessus.

2. HLUDOVICUS AUGUSTUS HÆC SANCTO PETRO APOSTOLO CONTULIT DONA, VIDELICET...) Textus est mutilus, & quænam fuerint dona isthæc, in Platina atque in aliis frustra quæsivimus.

aliquod ſcandalum [c] in ſancta eccleſia oriebatur, nec requiem corpori, nec membra dabat ſopori. Quouſque per miſſos, aut literas ſuas pax reformaretur, [d] & tranquillitatis populus reſumeret lucrum. [e] [1] Nam Hlotharius rex relicta Theutberga regina, & Waldrada concubina in matrimonium ſumpta, licet carnaliter ſuper his Romanam ſedem, eumdemque pium conſuluiſſet Pontificem, in putredine luxuriæ, carniſque petulantia volvebatur.

XLV. Cumque hoc ſummus Pontifex malum qualiter ab eccleſia Dei pelleret, ne alios hujus morbi peſte rex ille pollueret, intra ſe cogitaret, diutiſſime cœpit affligi & intimo corde dolens, valde ſuper iſtis gemebat erroribus. Præſertim cum Theutgaudum Treverenſem, [a] & Guntherum Agrippinæ Coloniæ archiepiſcopos cum Haganone Bergomenſi, & ceteris epiſcopis talem eidem regi auctoritatem dediſſe audierit, ut Theutbergam liberius poſſet rejicere, & Waldradam concubinam in matrimonium legitime copulare. Et quos debuerat ante Dominum adjutores habere, atque ductores, [b] ipſos habere præſul beatiſſimus compererat, hanc dando pro auctoritate perpetuo igni, traditores.

XLVI. [a] Unde ſine mora continuo miſſos ſuos in Franciam

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *in ſancta Dei Eccleſia*. d Idem, *& tranquillitatis fidelis populus* &c. Vat. 1. *& tranquillitati fidelis populus*. e Idem, *Igitur Hlotharius*.

XLV. a Vat. 1. *& Guntharium*. b Idem, *Ipſos habere eum præſul*.

XLVI. a Idem Vat. 1. *Tunc nec mora continuo miſſos ſuos Franciam*, præpoſitione *in* omiſſa, quod non infrequens: Vat. v1. *Hic præſul miſſos Franciam deſtinavit ad Lotharium pro Reuberga regina, quam reliquerat, & Waldrada concubina in matrimonium ſumpta*: quæ poſtrema ſuperiori numero præponuntur.

Idem,

NOTÆ

XLIV. 1. NAM HLOTARIUS REX RELICTA THEUTBERGA REGINA, ET WALDRADA CONCUBINA IN MATRIMONIUM SUMPTA &c.] Lotharius filius imperatoris Lotharii, Lotharingiæ rex, regionumque illi finitimarum, quæ Francorum regnum olim conſtituebant, amore incenſus erga Waldradam, de inceſtu accuſatam Theutbergam legitimam uxorem de conſilio Epiſcoporum dimiſit, & in uxorem Waldradam adſumpſit. Qui conſilium dedere fuerunt Theutgaudus archiepiſcopus Trevirenſis, Guntharius archiepiſcopus Coloniæ Agrippinæ, & Hagano epiſcopus Bergomenſis. Vid. Gratian. loco ſupra citato.

ciam destinavit, præcipiens & monens, ut in Metensium urbe aggregato synodali conventu, requirerent, cur idem Rex Theutbergam rejiceret, aut Waldradam sibi in conjugium copularet? Quo requisito, & invento legitimum finem imponerent. [b] Sed pervenientes illuc sedis Apostolicæ legati scrutari cœperunt hujuscemodi causam, & [c] id ab Lothario inter cetera audierunt: [d] *Quicquid ego feci, istorum episcoporum consilio usus feci*. [e] Erant autem ibi præcipui prædicti [f] Theutgaudus, & Guntherius archiepiscopi, quos auctores in tanto scelere sanctus jam Papa compererat, astruentes, & dicentes legitimum illud fuisse connubium, quod de Waldrada concubina rex construxit Lotharius, & quæ dicebant, coram domino eximio Papa venientes se defendere posse spondebant.

XLVII. Cumque legati Apostolicæ sedis, licet in multis seducti, Romam iter regrediendo reflecterent, quæ a rege, ac [a] a Theutgaudo, & Genthario archiepiscopis audierant, ac cognoverant summo retulerunt Pontifici. Piissimus autem Præsul adventum archiepiscoporum dum præstolaretur illorum, ecce, superna dirigente clementia, idem Theutgaudus, & Guntharius archiepiscopi [b] Romanam urbem adeuntes, vestigiis hujus præsulis se sacris præsentari petierunt. Qibus benigne Præsule a præstantissimo susceptis, libellum ei obtulerunt dicentes, se nihil plus, vel minus egisse, nisi sicut libellus ipse cantabat. Quo diligentissime scrutato, non pauca in eo reperta sunt profani, & multis inauditi sermonis turpitudinem habentia, quæ episcopalem excedentes ordinem, ipsos sicut phreneticos [c] ligaverunt archiepiscopos.

Deni-

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *Qui pervenientes illuc*. c Idem, *ita a Lothario*. d Vat. 1. *Quicquid ego feci inquiens, istorum consilio usus sum*. e Vat. v1. *Erant enim*. f Idem, *Theugandus Treverensis, & Gunthariu Agripinensis archiepiscopus cum Haganone Bergamensi, quos prædictus papa Romam venire præcepit*: Vat. 1. *Theutgaudus, & Guntarius*.

XLVII. a Editi, *Theutgando*. b Baron. *Romanam ecclesiam*. c Idem. *ligarent*.

Vat. v1.

XLVIII. Denique convocata ſynodo [a] in Lateranenſi poſt hæc palatio ſub Apoſtolis, inventi ſunt iidem, ut dictum eſt, archiepiſcopi, unde damnationis notam incurrerent. Præcipue, quia auctores ſe tanti divortii fuiſſe clamabant, & ſententiam, [1] quam [b] in Ingiltrudin uxorem [c] Boſonis [d] papa tulerat, quæ eumdem virum ſuum Boſonem, per ſeptenne tempus reliquerat, atque excommunicata etiam, & a ſummæ ſedis pio Papa ligata, & anathematizata extiterat, [e] & ad eum reverti [f] curaverant communicantes, ac converſantes cum ea, [g] immo loquentes diſſoluiſſe ſe non negabant, ſed altiſone publicabant [2] & epiſtolam Pii pontificis, [h] ſicut in illis male compoſitis geſtis in ſcrinio hujus ſedis repoſitis declaratur, ad libitum [i] falſaverant.

XLIX. [1] Tunc judicante & eodem ſancto Præſule cum ſynodo

VARIANTES LECTIONES

XLVIII. *a* Vat. VI. *in Lateranenſi palacio*. *b* Idem, *in Giltrudim*, Baron. *Engeltrudem*. *c* Vat. I. *Boſinis*. *d papa tulerat*) Idem hæc non agnoſcit. *e* Vat. I. *ad eum reverti*, conjunctione & ſuppreſſa. *f* Baron. *curaverat*. *g* Idem, *item loquentes*. *h* Vat. I. *ſicut in illis ab illis male*. *i* Idem, *falſaverunt*.

In

NOTÆ

XLVIII. 1. QUAM IN INGILTRUDIN UXOREM BOSONIS PAPA TULERAT, QUÆ &c.) *Ingeltrudis*, inquit Baronius ad ann. Chr. 862. num. XXXIII. *nobiliſſima natalibus femina, ſed moribus ignominioſiſſima, nulla ſuæ fama habita ratione..... nullo parentis, inter Francos primarii habito reſpectu (hic erat Mattefridus comes) contemptoque Boſone comite, cui juncta erat vinculis conjugalibus, œſtro impudicitiæ percita a viro receſſit, & per Aquitaniam per Gallias vagata a Nicolao papa excommunicata fuit, niſi Armnio epiſcopo Papa legato ſe ſiſtat juramentum emittens, ſe ad ſanctam Romanam eccleſiam reverſuram, & quæ Papa juſſerit expleturam; ſed paulo poſt juramentum fregit, & per Galliarum provincias profuga diſcurrit*. De hac quoque Gratian. in *Can. Engeltrudam* 32. III. *quæſt.* 4.

2. ET EPISTOLAM PII PONTIFICIS SICUT &c. AD LIBITUM FALSAVERANT) Quatuor epiſtolas ſcripſiſſe dicitur S. Pius, quas reſpuunt recentiores una cum aliis epiſtolis Decretalibus veterum Pontificum uſque ad Siricium papam. Ven. Baronius rejectis prima & ſecunda S. Pii, legitimam judicat tertiam & quartam, quæ ob brevitatem & ſimplicitatem ſtili, quo ſcriptæ ſunt, propius accedere videntur iis temporibus, quibus S. Pius Eccleſiam Catholicam rexit. Hiſce literis falſa quædam admiſcuiſſe intelligendi ſunt tres epiſcopi judices in cauſa Lotharii, & facile attribuiſſe Pio papæ, quæ Hermes frater Pii in lib. 2. Paſtoris decernit de Adulteris in mandato IV.

XLIX. 1. TUNC JUDICANTE ET EODEM SANCTO PRÆSULE CUM SYNODO

ſynodo decernente ſacerdotali honore privati ſunt, & depoſitionis cenſuram merito incurrerunt. [2] In hac quidem ſynodo [a] benignus Præſul Metenſem ſynodum, ubi geſta illa contra voluntatem Dei, & ſuam digeſta fuerant, [b] illico caſſavit, & quædam neceſſaria in ſancta Eccleſia capitula promulgavit.

L. [a] His ita peractis una cum jam dicto Haganone epiſcopo, qui, ſicut quidam epiſcoporum eidem coangelico Præſuli ſcribebant, ob ſermones imperitos, qui in prænominatis profanis geſtis a Theutgaudo, & Gunthario [b] oblatis ſonabant, [c] [1] Heliu nominatus eſt, eo quod ipſe Hagano auctor illorum præfuerit, & talia cum eiſdem archiepiſcopis inconvenientibus mendacibuſque loquelis compoſuerit, Joanne, de cujus ſuperius memoria textus eloquitur, aſcito archiepiſcopo cum Gregorio germano fratre illius, qui multarum

VARIANTES LECTIONES

XLIX. *a* In Vat. 1. *benignus* (*præſul* deeſt). *b* Idem, *ilico papa caſſavit*.

L. *a* Vat. VI. *His ita peractis idem depoſiti*, leg. *iidem*) *una cum Joanne Ravennate epiſcopo atque Gregorio fratre ejus* &c. ut mox infra: alia vero omittit. *b* Vat. 1. *oblatos*. *c* Baron. *Heliud*.

Idem,

NOTÆ

NODO DECERNENTE, SACERDOTALI HONORE PRIVATI SUNT, ET DEPOSITIONIS CENSURAM MERITO INCURRERUNT) Propterea quod ambo, ſcilicet Theutgaudus Trevirenſis, & Guntharius Colonienſis regi Lothario conſilium dederant repudiandæ Theutbergæ, & ducendæ Waldradæ, & cum Engeldrude excommunicata communicaverant.

2. IN HAC QUIDEM SYNODO BENIGNUS PRÆSUL METENSEM SYNODUM, UBI GESTA ILLA CONTRA VOLUNTATEM DEI, ET SUAM DIGESTA FUERANT, ILLICO CASSAVIT) Indixerat Nicolaus ſynodum in urbe Metenſi pro definienda cauſa ſuper repudio Theutbergæ, & conjugio Waldradæ; cui intereſſe juſſit Radoaldum Portuenſem, & Joannem Teodenſem. In hac ſynodo declaratum eſt, Theutpergam utpote inceſtuoſo fornicationis crimine ex ejus publica confeſſione notatam non eſſe legitimam Lotharii conjugem, & Waldradam jam a tenera ætate eidem ab ejus patre Lothario auguſto in matrimonio conjunctam dicendam eſſe legitimam ejus conjugem. Huic declarationi muneribus deliniti miſſi Apoſtolici aſſenſum præbuere. Quibus auditis a Nicolao, qui non ut ſynodus definiret, ſed ut rem duntaxat cognoſceret, in Lateranenſi ſynodo Metenſem ſynodum ipſe damnat & abrogat.

L. 1. HELIU NOMINATUS EST) Pro *Helius*, leg. *Heli*, quem ex 1. Regum cap. IV. ℣. 18. Deus morte multavit indulgentiæ reum erga filios Ophni & Phinees prævaricatores.

BUL-

tarum prævaricationum juramenti, [d] quod præstaverant, obliti obnoxii habebantur. Iidem depositi pœnitentiæ lamenta non requirentes, & tantum facinus, quod in uxorem Lotharii regis gesserant, adhuc non condolentes cum eisdem Haganone scilicet, & Joanne Ravennate episcopo, atque Gregorio fratre ejus contra sedem Romanam, immo specialiter contra summum Pontificem, & populum illi subditum, & a Domino Jesu Christo per beatum Petrum apostolum, regnique cœlorum clavigerum commendatum, multa nefanda, multa contraria, multaque sacrilega, & christianitatis modum excedentia palam, & clam, fraudolenter, atque procaciter operari cœperunt, ita ut [e] eorum nequitia montes transiret, & maria. Et in cœlum os suum ponentes populum Domini crudeliter discerperent, & innocentes animas viperea factione [f] deciperent. Et quibus non sufficiebant mala præterita, nova & inaudita alia deteriora prioribus, diabolo suadente, facere non recusabant. Quia, & quod sigillatim utrisque prohibitum, & synodice secundum qualitatem sceleris interdictum fuerat, audacter contingere præsumpserunt, [g] & quæ tentanda nemini, Deo contempto, eheu pro dolor! peregerunt.

LI. [a] Hic Christi amicus omnium nomina claudorum, cæcorum, atque ex toto debilium in urbe Roma consistentium scripta apud se retinens, [b] quotidianum illis victum ministrare [c] studiose curabat. Nam reliquis pauperibus gressum, aut vires habentibus hujuscemodi, ut vicissim eos pasceret, sapienter reperit modum, scilicet, [1] bullas suo nomine titulatas

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *quod præstiterunt*. *e* Idem, *eorum nequitia montes transirent*, Vat. 1. *montes tranaret*. *f* Baron. *dejicerent*. *g* Idem, *& quæ nunc intentando memini*.
LI. *a* Vat. 1. *Hic etenim Christi amicus*. *b* Idem, *cotidianum*. *c* Baron. *curiose*. Idem,

NOTÆ

LI. 1. BULLAS SUO NOMINE TITULATAS FIERI JUSSIT, ET HAS EIS DARI PRÆCEPIT) Bullæ dictæ sunt sigilla quædam vel plumbea, vel aurea

tas fieri justit, & has eis dari præcepit. Ut quanti prima feria, quanti secunda, quanti tertia, [d] vel ceteris obliquis feriis prandere debuissent per signum bullarum facilius nosceretur, & in illis quidem bullis, quæ eis datæ sunt, qui prima feria [e] refici debebant fecit per singulas duos nodos, & sic per omnes usque in Sabbatum, ut quot feriæ essent, tot essent nodi per singulas bullas, [2] includens in eis [f] nuscas, ubi nodi fiebant, quatenus nullus pauper haberetur in urbe, qui vel uno die per hebdomadam de suis eleemosynis non esset refectus.

LII. Interea Carolus rex sancto Apostolo obtulit ex purissimo auro, & gemmis constructam vestem habentem gemmas prasinas, hyacinthinas, & albas. Sanctissimus autem, & fulgidissimus Pontifex dolens populum tot oppressum calamitatibus [a] Deum tantummodo innumeris invocabat precibus & infinitis laudabat præconiis, non tamen ecclesiarum Dei curam relinquens, sed potius in tribulatione, & temporali [b] tentatione decenter adaugens. [1] Nam renovavit in basilica Dei genitricis MARIÆ, quæ dicitur [c] Cosmedin, secretarium, ibique pulchri decoris fecit triclinium cum caminatis ad honorem, & decorem ejus. Pari modo juxta idem secre-

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *vel ceteris aliis feriis*. *e* Idem, *refici debeant*. *f* Sic Vat. 1. editi, *nuces*.
LII. *a* Baron. *Domini*. *b* Vat. 1. *temptatione*. *c* Idem, *in Cosmidi*.

Idem

N O T Æ

aurea tympano, seu capsula ad diuturniorem conservationem conclusa diplomatibus vel Pontificum vel Regum appensas ad faciendam fidem publicæ auctoritatis. Bullæ autem a Nicolao papa pauperibus distributæ, chartulæ quædam erant sigillatæ, vulgo *bollettini*, quibus pauperes per singulos hebdomadæ dies adnotatis per quosdam nodos feriarum titulis, de ejus eleemosynis possent sustentari.

2. INCLUDENS IN EIS NUSCAS) hoc est, fibulas. Vide Dufresnium in Glossar. tom. IV. col. 1255.

LII. 1. NAM RENOVAVIT IN BASILICA DEI GENITRICIS MARIÆ, QUÆ DICITUR COSMEDIN SECRETARIUM, IBIQUE PULCHRI DECORIS FECIT TRICLINIUM CUM CAMINATIS) Ad basilicam sanctæ MARIÆ de Schola græca sactarium construxit, & atrium ad prandendum, & cubicula suis caminis instructa. De caminatis supra in Gregorio IV. num. XXXVI.

ſecretarium porticum renovans illic conſtruxit atque ædificavit oratorium in honore ſancti Nicolai, & plurima dona ibi contulit almus.

LIII. [1] Renovavit etiam ipſe paſtor benignus cimiterium beati Felicis martyris, ac confeſſionem via Portuenſi. [2] Nec non & cimiterium eadem via ad urſum Pileatum, ubi corpora ſanctorum Chriſti martyrum Abdon [a] & Sennen requieverunt jam in ruinis poſitum pulchro, ac miro reſtauravit honore. [3] Via autem Appia de cimiterio ſancti Chriſti martyris Sebaſtiani in catacumba, ubi Apoſtolorum corpora jacuerunt, quod multis ab annis ruerat, meliori illud fabrica renovans, monaſterium fecit, & monachos ſub Abbatis regimine

mine

VARIANTES LECTIONES

LIII. a Idem Vat. 1. *& Sennes*.

Idem,

NOTÆ

LIII. 1. RENOVAVIT ETIAM IPSE PASTOR BENIGNUS CIMITERIUM BEATI FELICIS MARTYRIS, AC CONFESSIONEM VIA PORTUENSI) Felix II. baſilicam, ſeu cimiterium in via Portuenſi ædificavit. Vid. in vita Felicis Tom.I.num.11.pag.120.

2. NEC NON ET CIMITERIUM EADEM VIA AD URSUM PILEATUM, UBI CORPORA SANCTORUM CHRISTI MARTYRUM ABDON & SENNEN REQUIEVERUNT &c.) Duo erant vici, ſeu loca ad *urſum Pileatum* denominata, unus in Exquiliis ad ſanctam Bibianam, & alter in via Portuenſi in cœmeterio Pontiani, ubi corpora ſanctorum Abdon & Sennen quieverant. Vid. in Tom. I. pag. 128. & in II. pag. 213.

3. VIA AUTEM APPIA DE CIMITERIO SANCTI CHRISTI MARTYRIS SEBASTIANI IN CATACUMBA, UBI APOSTOLORUM CORPORA JACUERUNT &c.) Nuſquam contigit legere corpora apoſtolorum Petri & Pauli fuiſſe in catacumbis S. Sebaſtiani in via Appia. Legimus quidem, ſanctum Cornelium papam rogatu Lucinæ noctu levaſſe corpora apoſtolorum Petri & Pauli de catacumbis, & corpus beati Pauli accepiſſe beatam Lucinam, & poſuiſſe in prædio ſuo via Oſtienſi juxta locum, ubi decollatus eſt: beati vero Petri corpus accepiſſe beatum Cornelium epiſcopum, & poſuiſſe juxta locum, ubi crucifixus eſt, in vita ſancti Cornelii papæ num. IV. Tom. I. pag. 48. Quum autem de ſancto Xyſto (qui longe præceſſit ſanctum Cornelium) legamus, fuiſſe ſepultum juxta corpus beati Petri in Vaticano, arduum eſt conciliare Anaſtaſium dicentem, Xyſtum ſepultum juxta corpus beati Petri in Vaticano cum Anaſtaſio dicente Cornelium, qui vixit centum & fere triginta annis poſt Xyſtum levaſſe corpora Petri & Pauli de catacumbis, & corpus beati Petri poſuiſſe juxta locum, ubi crucifixus eſt. Opinatus eſt V. C. Vignolius in Notis ad vitam ſancti Cornelii loco citato vel Zephyrinum, vel pontificem quempiam alium Zephyrini ſucceſſorem, & fortaſſe Calliſtum ipſum, qui ei proxime ſucceſſit, in ſui nominis

cœme-

mine undecumque potuit, aggregavit, victuique necessaria dari, ceteraque stipendia ministrari præcepit.

LIV. Hujus igitur tempore cum multi ad sanctitatis ejus nomen accurrerent, quidam de Anglorum gente Romam venerunt, qui in oratorio beati Gregorii papæ, & confessoris Christi [a] in principis Apostolorum æde [b] Frascatæ constructa unam tabulam argenteam posuerunt habentem lib... [c] Prædictus clementissimus pontifex in ecclesia cœlestis regni clavigeri beatissimi Petri apostoli vela numero quinque de fundato, quæ ad decorem ipsius basilicæ sursum [d] in trabibus intra tantæ ædis vestibulum appenduntur, ornata in circuitu olovero optimo fecit, & pro æternæ vitæ contulit palma.

LV. [a] Hujus beatissimi temporibus Præsulis tot, tantæque diversarum provinciarum, [b] cognita luce clarius doctrina præclari dogmatis ejus, ad sedem Apostolicam consultationes directæ sunt, quantas numquam penitus [c] quis reminiscitur a priscis temporibus pervenisse: [1] qui præsagus sacri verbi pabulo præsul ubertim singulos reficiebat, [d] tradensque eis præcepta,

VARIANTES LECTIONES

LIV. *a* Idem, *infra principis Apostolorum ædem constructo*. *b Frascatæ*) Idem nomen hoc non agnoscit. *c* Baron. *Prædictus itidem*. *d* Vat. I. *in travibus*.

LV. *a* Vat. VI. *Hujus temporibus beatissimi Præsulis*. *b cognita luce clarius doctrina præclari dogmatis ejus*) Hæc idem omittit. *c* Idem, *reminiscitur*: vocem, *quis* reticet. *d* Vat. I. *tradens eis*,

Idem,

NOTÆ

cœmeterium a se ampliatum, ad quod catacumbæ pertinent, cum aliorum Pontificum corporibus potuisse illa transferre, & in eisdem catacumbis tamquam in sanctiori loco recondere. Verum adhuc superest difficultas præsentis Textus, corpora Apostolorum fuisse in catacumbis sancti Sebastiani, nisi dicere velimus confundi hic ab Anastasio catacumbas sancti Callisti cum catacumbis sancti Sebastiani, quæ tunc temporis erant unum & idem cœmeterium, & longe postea diversam denominationem sortita sunt.

LV. I. QUI PRÆSAGUS SACRI VERBI PABULO PRÆSUL UBERTIM SINGULOS REFICIEBAT, TRADENSQUE EIS PRÆCEPTA JURAQUE MYSTICA BEATIFICIS ILLOS INSTITUTIS SATIABAT) Plura responsa sapientissimus Pontifex dedit absentibus, qui per epistolas eum consulebant, ut videre est in Labbæjana Conciliorum Collectione; sed & præsentes tam in iis, quæ ad mores, quam quæ ad ecclesiæ disciplinam spectant, saluberrime instituebat.

cepta, juraque myſtica beatificis illos inſtitutis ſatiabat: docebat, & ad propria [e] benedictos, & eruditos remittebat.

LVI. [a] Et quicquid quoquo modo perperam fieri cognoſcebat, [b] audiebatve per aliquos, [c] Dei tantum reſpectu corrigere illud malens, gravibus lamentis orationibuſque infinitis [d] vacabat, ut Deus omnipotens per ſuam clementiam tale quid, tanquam non eſſet, bonis ac præcipuis immutaret exemplis. [1] Sicuti veniente de inſula Sardiniæ relatione, quod etiam & per domeſticos ſuos [e] genere Sardos agnoſcens, hujuſcemodi verbis relatum fuit: quod judices [f] ipſius Inſulæ cum populo gubernationibus ſuis ſubjecto in proximis ac ſanguinis ſui propinquis inceſtas & illicitas contraherent copulas, velut temporibus domni Gregorii IIII. papæ facere conſueverant.

LVII. [a] Tunc enim mellifluos & prævaricantibus, a ſancto Spiritu doctus, terribiles ſuæ prædicationis, quæ in univerſo orbe micabat, componens apices, miſſos etiam ſtrenuos Paulum Populonienſem epiſcopum, [b] & Saxu venerabilis monaſterii ſanctorum Joannis & Pauli abbatem accerſiens, miſit eos illuc, ut eamdem gentem Sardorum a tanto revocarent errore: quibus euntibus [c] valde quoſdam ex eis invenerunt adverſos, diſciplinæ monita recipere contemnen-

VARIANTES LECTIONES

e Idem, *benedoctos & eruditos*.

LVI. a Idem, *Tamen quicquid*. b Baron. *arguebat*. c Vat. 1. *Dei tantus reſpectu*. d Baron. *rogabat*. e Idem, *generare Sardos*. f Vat. 1. *ipſius aventes Inſulæ*.

LVII. a Idem, *Tunc*, particula, *enim* ſubducta. b Baron. *& Saxum venerabilem monaſterii ſanctorum Joannis & Pauli Abbatem*. c Idem, *& quoſdam ex iis adverſus diſciplinæ monita reperere contendentes*.

Var. VI.

NOTÆ

LVI. 1. SICUTI VENIENTE DE INSULA SARDINIÆ RELATIONE, QUOD ETIAM ET PER DOMESTICOS SUOS GENTE SARDOS AGNOSCENS) *Pontifices utebantur domeſticis genere Sardis*, inquit Alteſerra, *ut eos quaſi obſides haberent fidei, quia Sardinia erat patrimonii eccleſiæ Romanæ ex donatione Conſtantini*, ut habetur in vita Silveſtri num. XXVII. Tom. I. pag. 102.

Qui-

temnentes. Verumtamen secundum præceptionis summi Præsulis auctoritatem [d] Sardos excommunicaverunt ac anathematizaverunt [e] auditores, quousque malum incestarum effugerent copularum pœnitentiæ medicamina requirentes, sicut in epistolis, quas iidem legati [f] in Sardiniam deportaverant regesto ipsius Præsulis continetur insertis. Et sic Romam post affluentes prædicationes datas reversi sunt.

LVIII. [a] [1] Quidam præterea Hincmarus Remorum archiepiscopus Rhothadum Suessonicæ urbis episcopum sedis Apostolicæ judicium appellantem [a] contra [b] Sardicensis concilii regulas deposuit, custodiaque arcta servari præcepit: cujus videlicet depositi ter beatissimus Papa libellos cum [c] innocentiæ suscepisset, ipsum Archiepiscopum monens literis, & præcipiens, ut depositum Rothadum Romam dirigeret cum suis missis audiendum. Sed veniente eo hanc Romanam secun-

VARIANTES LECTIONES

d Vat. VI. *Hic per legatos suos pro incestis nuptiis Sardos omnes excommunicavit.* e Baron. *a suvere quousque.* f Vat. I. *Sardiniam*, præpositione, *in* more suo prætermissa.

LVIII. a Vat. VI. *Quodam zelo præterea Hicmarus Remorum archiepiscopus quasi accensus Rothardum Suessoniæ urbis episcopum sedis Apostolicæ judicium appellantem* &c. *ab officio removit.* b Vat. I. *Sendicensis.* c Idem & Vat. VI. *innocentiæ recepissent.* Idem

NOTÆ.

LVIII. 1. QUIDAM PRÆTEREA HINCMARUS REMORUM ARCHIEPISCOPUS RHOTHADUM SUESSONICÆ URBIS EPISCOPUM SEDIS APOSTOLICÆ JUDICIUM APPELLANTEM &c.) Ob graves simultates, quæ inter Hincmarum, & Rhothadum intercesserant, Rhothadus depositus fuerat ab episcopatu in synodo ab Hincmaro collecta. Appellavit Rhothadus ad sanctam Sedem, seque promtum ad iter Romam versus declaravit suam causam coram Pontifice acturus. Neglecta appellatione Hincmarus captivum duxit Rhothadum & carceri mancipavit. Sed tandem, obtenta facultate abeundi, Romam venit Rhothadus, stetit coram Pontifice, se ab objectis criminibus purgavit, & a Pontifice absolutus suæ episcopali sedi restitutus fuit. Præter ea, quæ hic referuntur ab Anastasio, historiam ex auctoribus synchronis integre recitat Natalis Alexander sæculo IX. Dissert. VI.

2. CONTRA SARDICENSIS CONCILII REGULAS) Inter canones concilii Sardicensis tertius, quartus, & septimus adserunt jus appellationum Romano Pontifici *ad honorandam sancti Petri apostoli memoriam*. Hoc concilium habitum est Sardicæ, quæ urbs est inter confinia Illyrici, Russiæ & Thraciæ, anno Christi 347. sub Julio I.

FECIT

cundum mandatum beati Papæ ad urbem, & per novem circiter menses hic commorante, numquam penitus ex accusantium parte quisquam affuit, qui [c] coram sanctissimo Præsule cum eodem Rhothado contenderet, aut illum accusaret.

LIX. Tunc in die vigiliarum nativitatis Domini nostri Jesu Christi, quo secundum olitanam consuetudinem hujus Apostolicæ sedis Præsul cum clero, & populo in basilica Dei genitricis ad Præsepe missarum officia celebrare [a] consueverat; [b] conveniens cum omnibus Papa benignus [1] fecit in ambone publice de ipso Rhothado sermonem, significans qualiter sedem Apostolicam appellans depositus fuerit, & in conspectu suo nullus per tot menses [c] accusatorum occurrerit.

LX. Denique consentiente sibi episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, omniumque conventu, decrevit, ut dignus esset idem Rhothadus indui sacerdotalibus indumentis, qui a nemine per tot menses accusabatur, & ad sedis Apostolicæ judicium [a] proclamabat; nec honore privaretur. [b] Ubi vestitus episcopali Rhothadus indumento, omni tempore se pollicitus est suis infestatoribus responsurum, rursus expectatis aliquantis diebus, scilicet, usque in diem [c] natalitium sacræ virginis Agnetis, qui est duodecimo Kal. Febr. sed nec sic quisquam affuit adversum Rhotathum jam restitutum episcopum aliquid altercans.

LXI. Conveniente ergo beatissimo Præsule cum omnibus

VARIANTES LECTIONES

c Idem Vat. 1. *coram summo præsule*.

LIX. a Baron. *consuevit*. b Idem, *istuc conveniens*, Vat. 1. *iste conveniens*. c Baron. *accusationi occurreret*.

LX. a Vat. 1. *proclamabat cum honore suo privaretur*, Baron. *ne honore suo privaretur*. b Idem, *ibi*. c Vat. 1. *nataticium*.

Vat. VI.

NOTÆ

LIX. 1. FECIT IN AMBONE PUBLICE DE IPSO RHOTHADO SERMONEM) Scilicet, in pulpito, ubi decantari solet epistola, & evangelium papa Nicolaus coram populo declaravit Rhothadum injuste a sede episcopali dejectum, jussitque illum indui sacerdotalibus indumentis.

IN

bus in basilica ipsius Virginis foris muros urbis via Numentana idem Rhothadus episcopus excusationis, & promissionis suæ, qua pollicitus fuit, se omni tempore accusatoribus suis responsurum, libellum summo Pontifici tradidit, qui coram cunctis audientibus jussu Præsulis eximii est recitatus. Ubi etiam restitutionis ejus forma relecta est, & post omnium consensum [1] in ecclesia sanctæ Constantiæ juxta eamdem sanctæ Virginis basilicam decreto beatissimi hujus Præsulis sæpedictus Rhothadus jam restitutus episcopus missarum solemnia solemniter celebravit.

LXII. [a] Sequenti vero die congregata in domo, quæ nuncupatur Leoniana, denuo synodo, excusatoque ipso (sicut in libellis ab eo recognitis, duobusque quaternioribus insertis, atque diverso tempore missis, & oblatis, archivoque hujus sedis repositis continetur) Rhothado, ne talia sacerdotes, & maxime sedem Apostolicam appellantes ultra discrimina paterentur, sicut prænotatum est, in gradum pristinum est restitutus, & ad propriam sedem cum Apostolicis sanctionibus remissus, [b] quatenus vestitus episcopalibus infulis, si provocatus fuisset de cetero, suis accusatoribus coram sedis Apostolicæ Præsule responderet.

LXIII. [a] Cum quo & sanctissimus, & a Deo conservandus Præsul tam pro restitutione illius, quam pro abolenda regis Lotharii copula, & [b] pace etiam & concordia Regum Galliarum conservanda Arsenium episcopum [1] hujus almæ sedis

VARIANTES LECTIONES

LXII. *a* Vat. VI. *Tunc congregata synodo*. *b* Vat. I. *quatinus*: sic insta.
LXIII. *a* Idem & Vat. VI. *Cum quo quippe sanctissimus*. *b* Idem Vat. I. *pro pace etiam & concordia*. Vat. VI.

NOTÆ

LXI. I. IN ECCLESIA SANCTÆ CONSTANTIÆ JUXTA EAMDEM SANCTÆ VIRGINIS BASILICAM) Ecclesiam sanctæ Constantiæ juxta sanctæ Agnetis ædificasse Constantinum fertur, inque egregie sculpta arca ex lapide porphisetico ejusdem corpus sepofuisse.

LXIII. I. HUJUS ALMÆ SEDIS APOSTOLICÆ APOCRISARIUM ET MISSUM) Apocrisarius est nuncius Papæ. Vid. Glossas. I. & II. Tom.

dis Apoſtolicæ apocriſarium & miſſum illico deſtinavit, quatenus reformata pace ſanctæ [c] eos eccleſiæ finibus ſine refragatione conjungeret, & quædam neceſſaria in Galliarum eccleſia ex apoſtolica traditione ſtatuta diligentius, & affluentius perageret.

LXIV. [a] Nihilominus Seufredum Placentinæ ſedis antiſtitem a ſede propria a cujuſdam diaconi Pauli perfidia pulſum per legatos ſuos idem Papa ſedi ſuæ reſtituit, [b] & eundem diaconum, qui ſedem illam proprio Rectore ſuperſtite præſumpſit invadere, competenti cum ſuis ſequacibus increpatione corripuit. Pro cujus etiam infauſta, nefariaque præſumptione penitus amputanda ſanctitatis ſtudio juſſit, & pro pace Dei eccleſiæ ipſi jamſato præcepit diacono, ut nec tale quid umquam tentaret peragere, nec eandem ſedem Placentinam ſive viveret Seufredus, ſive moreretur epiſcopus, repetere præſumeret vel recipere.

LXV. Omnium namque inſignis idem atque præclarus Pontifex pietate magiſtra miſerias ac neceſſitates prævidens, cunctis clementer compatiendo celeri ſubveniebat egenis intuitu, & imitatione Domini noſtri Jesu Chriſti, qui ad redimendum humanum genus e ſublimi [a] deſcendit ad infima, [b] in populo labores ſuſtinebat ingentes.

LXVI. Claudorum quapropter atque cæcorum, nec non & diverſis pœnis affectorum in porticu beati Petri apoſtoli jacentium [a] ad oram Tiberini fluminis ad ſitim auferendam non poſſe greſſus conſpiciens tendere, ac diverſarum gentium, quæ undique pro ſceleribus apoſtolica limina propriis expetebant utilitatem divinitus [b] attendens, juſſit, minime cor-

VARIANTES LECTIONES

c Vat. vi. *eccleſiæ finibus*.

LXIV. *a* Idem, *Nichilominus*. *b* Vat. vi. *& eumdem diaconum ne eamdem ſedem Placentinam ſive viveret ipſe, ſive moreretur Seufredus repetere præſumeret, vel recipere juſſit*: deinde ſilet ad numerum uſque lxviii.

LXV. *a* Vat. i. *deſcendit populo* (leg. *polo*) *ad infimum*. *b* Baron. *pro populo*.

LXVI. *a* Vat. i. *ad ora Tiberini fluminis*. *b* Idem, *adtendens*.

Baron.

corpori suo parcens, [1] formam aquæductus, qui multis a temporibus ruerat, & ad beatum Petrum apostolum ob hoc aqua non ducebatur, in meliorem, quam fuerat, [b] certamine quamplurimo revocari statum: ita ut non solum hominibus profuerit debilibus, sed etiam omnibus ecclesiam beati principis Apostolorum adeuntibus præcipuum opus extiterit, [c] sicut hactenus ad decorem Leonianæ urbis luculenter conspicitur, ac habetur.

LXVII. [a] Præterea Ostiensem urbem, [b] quam divæ memoriæ beatus papa Gregorius, ne gens iniqua [c] Sarracenorum populum Domini in circuitu caperet, aut interimeret, ad salutem multorum construxerat, in ruinis jacentem, inspiratione superna tactus, fortiori firmiorique fabrica reædificari iste sanctissimus Præsul jussit, & in melius restauravit, portisque etiam, & turribus fortissimis muniens [d] promptos ad bella in ea homines collocavit, ita ut nullatenus alienigenæ gentis incursio de cetero illi possit dominari, aut concivibus ejus damna in aliquo, nisi, quod absit, per desidiam operari.

LXVIII. [a] Interea meritis beatissimi hujus in orbe prorsus exuberantibus, operante potentia summi Dei, qui [b] quotidie suos per famulos signa & mirabilia magna facit, [c] [1] Rex Bulgarorum christianitatis, & fidei sanctæ doctrinas agnoscens,

VARIANTES LECTIONES

b Baron. *conamine*. *c* Vat. 1. *sicut in actenus*.
LXVII. *a* Idem, *Nichilominus Ostiensem urbem*. *b divæ memoriæ*) Idem, editi, *quam diu ac memoriæ*. *c* Ita Vat. 1. vulgati, *Saracenorum*. *d* Vat. 1. *prumptos*.
LXVIII. *a* Vat. 1. *Interea hujus temporibus, operante potentia summi Dei* &c. *qui quotidie* &c. reliqua vero istius periodi codex iste non prodit. *b* Vat. 1. *cotidie*. *c* Idem, *rex Vulgarorum*, Baron. *rex Bulgarorum Michael*. Idem.

NOTÆ

LXVI. 1. FORMAM AQUÆDUCTUS, QUI MULTIS A TEMPORIBUS RUERAT, ET AD BEATUM PETRUM APOSTOLUM OB HOC AQUA NON DUCEBATUR) Forma hæc eadem ipsa est Sabbatina olim dicta, quam renovavit Hadrianus papa I. ut diximus in ejus vita num. LIX. Tom. II. & in atrium sancti Petri deduxerat. Hanc collapsam Nicolaus restituit, & novissimis temporibus ad montem Aureum addito fonte & lacu, Paulus V. magnifice renovoavit.

LXVIII. 1. REX BULGARORUM CHRISTIANITATIS, ET FIDEI SANCTÆ DOCTRINAS AGNOSCENS &c.) Anno DCCCLXI. Christianam fidem amplexus

ſcens, meruit baptizari, & qui prius creaturæ [d] ſerviens ſæviebat crudelitate, hujus temporibus Creatori colla ſubmittens, ampla cœpit [e] religione jubere, magnaque uſus eſt pietate. [f] Tunc ad hunc catholicum & vere Præſulem orthodoxum legatos ſuos menſe Auguſto, Indictione XIV. deſtinavit, donaque non parva [g] tam ſanctis locis, quam eidem ſummo Pontifici contulit, ſuggerens ejus apoſtolatui quid ſe facere ſalubrius oporteret, vel quid erga reliquum [h] Bulgaricum adhuc baptiſmo ſacro carentem populum, ut fidei ſacramenta perciperet, agi deberet.

LXIX. Quod beatiſſimus audiens Papa magna repletus lætitia laudes Chriſto reddidit amplas, & cum omni ſibi divinitus commiſſa eccleſia gratulans infinita præconia Deo noſtro, qui noviſſimis [a] his temporibus tantum fecit miraculum, devota mente, ſupplici quoque voce reſolvit. Porro legatos ejuſdem jam nomine Michaelis [b] Bulgarici regis a ſancto Papa receptis honorifice apud ſe eos retinuit. Et interim ſedis Apoſtolicæ miſſos Paulum ſcilicet Populonienſem, & For-

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *ſerviens ſerviebat*. *e* Idem, *religione fulgere*. *f* Vat. VI. *Tunc ad hunc orthodoxum præſulem legatos ſuos deſtinavit*. *g* Baron. *tam e ſuis locis, quam aliunde*. *h* Vat. I. & VI. *Vulgaricum populum*.

LXIX. *a* Idem Vat. I. *bis in temporibus*. *b* Idem & Vat. VI. *Vulgarici*: ſic Vat. I. deinceps.

NOTÆ

plexus fuerat Bogoris Bulgarorum rex a ſuſcepto baptiſmate Michael nuncupatus. Subortis in gente illa recens ad fidem converſa diſſidiis, & dubitationibus circa doctrinam Chriſti, & circa eccleſiæ diſciplinam, deficientibus idoneis miniſtris, & presbyteris, a quibus inſtruerentur, anno DCCCLXIII. miſſi ſunt ad Nicolaum pontificem a Rege legati, ut ab ipſo opportuna conſilia ſuggererentur, quibus & recentes Chriſtiani in iis, quæ credere & quæ agere oporteret, dirigerentur, & qui nondum baptiſmum ſuſceperant quo ritu, quibuſve cæremoniis fidei ſacramenta percipere deberent. Papa reſponſa dedit, quæ ſunt num. CVI. eaque ad Bulgarorum regem deferenda Paulo Populonenſi, & Formoſo Portuenſi epiſcopis tradidit injuncto onere universæ illi genti evangelium prædicandi, & rudimenta fidei explanandi. Paullo poſt addidit illis in magni operis adjutorium Donatum epiſcopum Oſtienſem, Leonem presbyterum, & Maximum diaconum, quibus tamen in Bulgariam aditus non patuit, impedito progreſſu ad fines Conſtantinopolis a Michaele imperatore.

Ma-

Formosum Portuensem magnæ sanctitatis episcopos statuens, [c] hosque monitis mellifluis, atque doctrinis instruens [d] ad prædicandum [e] genti illi eos ire decrevit.

LXX. Cum quibus, quoniam per Bulgaricum regnum iter usque Constantinopolim [a] terra tenus tenditur, ut quicquid de sancta Constantinopolitana ecclesia, licet jam per Orientem hoc ipsum idem Papa semel & bis apostolicis literis divulgatum habuerit, apud se decretum existeret, eidem per suos legatos ecclesiæ notum faceret: Donatum episcopum Ostiensem, Leonemque presbyterum sanctæ Romanæ ecclesiæ, necnon & [1] Marinum sanctæ sedis diaconum Apostolicæ missos idoneos æque direxit, ut illi Bulgariæ populum ad fidem converterent, [b] & isti quid, vel qualiter Apostolica sedes de eadem Constantinopolitana deliberatum habuisset ecclesia, modis omnibus nunciarent. Quod in nomine Domini cum adjutorio [c] sancti Petri & Pauli factum est.

LXXI. Sed præfatis Paulo, & Formoso venerabilibus episcopis in Bulgaria morantibus, Donatus reverendus episcopus, Leoque presbyter, & Marinus Apostolicæ sedis [a] minister, dum Constantinopolim ire vellent; ecce inter fines Bulgariæ, Constantinopolitanorumque [b] [1] quendam Theodorum marcham illam custodientem invenerunt, qui eos ultra non

VARIANTES LECTIONES

c Vat. 1. *hosque sacris monitis*. d Idem & Vat. VI. *ad prædicandum gentem illam*, editi, *ad prædicandam*. e Baron. *ad gentem illam*.

LXX. a Vat. VI. *terratenus*. b Sic idem, editi, *iste*. c Vat. 1. *sancti Petri & factum est*.

LXXI. a Baron. *diaconus*. b *quendam Theodorum marcham illam custodientem*) Ita Vat. 1. Vat. VI. *marcam*: in editis vocabulum *marcham* desideratur.

Idem

NOTÆ

LXX. 1. MARINUM SANCTÆ SEDIS DIACONUM APOSTOLICÆ) Successor hic fuit Joanni VIII. in Apostolica sede anno DCCCLXXXIII.

LXXI. 1. QUENDAM THEODORUM MARCHAM ILLAM CUSTODIENTEM) *Marcha*, seu marca regio est limitanea. Sirmund. in Not. ad Capitularia Caroli Calv. c. XI. pag. 96. *Marcha, & marca limes, sive fines cujuscumque regionis, & marchio comes marchæ præpositus*. Confœderatio inter Flandriæ

non dimisit abire, [c] quin potius innumeris eos denotans injuriis adeo tantæ sedis legatis abusus est, ut etiam equorum, in quibus sedebant, capita percuteret, diceretque: *Imperator noster vos necessarios sane non habet*.

LXXII. Sed idem Imperator legatis regis Bulgarorum, ita fertur dixisse: *Nisi per Bulgariam missi sedis Apostolicæ venissent, nec faciem meam, nec Romam diebus vitæ suæ viderent*. Illi vero per quadraginta dies illic residentes, ut cognoverunt, [a] quia hoc Imperator Græcorum fieri jusserat, terga verterunt, & Romam hæc eadem nunciantes [b] coacti reversi sunt.

LXXIII. [a] Porro a prænominato rege Bulgarorum apostolici missi [b] mente alacri, [c] magnaque suscepti devotione, cœperunt salutaribus edocere populum monitis, & a minimo usque ad maximum sacro fonte cum Dei gratia [d] abluerunt, omnemque ritum christianæ fidei, sicut a sanctissimo Papa instructi fuerant, [e] in consuetudinem Bulgarorum tradiderunt. Gloriosus autem Bulgarorum rex fidei tanta cœpit [f] flagrare monitis hujus pii patris illectus constantia, ut omnes a suo regno pellens alienigenas, præfatorum apostolicorum solummodo prædicatione usus missorum, pascuis vitæ æternæ jugirer refici [g] nempe decreverit, unumque ex his Formosum vita, & moribus episcopum sibi dari archiepiscopum expetierit.

Tunc

VARIANTES LECTIONES

c Idem Vat. VI. *quin pejus*.

LXXII. *a* Idem, *quia hæc*. *b* Idem, *coacte reversi sunt*.

LXXIII. *a* Vat. I. *Porro a prænotato rege*. *b* Idem, *mente alacrissimaque suscepti devotione*, Baron. *pia mente*. *c* Idem, *charissimaque devotione suscepti*. *d* Idem, *abluere*. *e* Idem, *in consuetudinem Bulgaris tradiderunt*. *f* Vat. I. *flaglare*. *g* Baron. *pia mente*, pro *nempe*.

Vat. IV.

NOTÆ

drix & Hannoniæ Comites ann. 1176. apud Matten. tom. I. Anecd. col. 586. *In confinio etiam terrarum nostrarum, quod vulgo* marcha *dicitur, non debemus, nec possumus alias construere firmitudines*.

II

LXXIV. [a] Tunc iterum legatos suos Romam direxit, & inter alia beatissimo Papæ id ipsum suggerens ab ejus sanctitate pro instructione gentis illius presbyteros postulavit. Ipse vero talibus Papa compertis valde gavisus est, & infinitas Deo laudes rependens [b] non pauci numeri coram se probavit presbyteros, & quos dignos [c] reperit, prædicationis gratia in Bulgariam direxit, cum quibus Dominicum [d] Trivensem, [e] [1] & Grimoaldum Polimartiensem episcopos destinavit. Ut quia ipsum Formosum plebem dimittere sibi creditam non oportebat episcopum, ex his presbyteris ad archiepiscopatum, qui dignus inveniretur, in nomine Domini tandem eligeretur, [f] & sedi consecrandus Apostolicæ mitteretur.

LXXV. [a] Inter hæc quidem statuit beatissimus Papa solertissimusque vitiorum corrector, & Dei cultor, [b] ut penetrantibus ipsis Bulgariam episcopis, Paulus, cujus superius memoriam fecimus, Populoniensis, ipseque Grimoaldus episcopi [c] Bulgariæ quicquid ad divinum ministerium pro instructione gentis illius pertineret, efficerent. Et sæpius dictus Formosus, atque Dominicus venerabiles episcopi iterum Constantinopolim pro schismate ibi exorto, de quo jam late disserui, proficiscerentur.

LXXVI. [1] Sed dum hæc agerentur Dei judicio Michaelem

VARIANTES LECTIONES

LXXIV. *a* Vat. IV. *Hujus denique temporibus gloriosus rex Bulgarorum cum toto sibi regno commisso ad prædicationem ejus baptizatus est, atque archiepiscopum ipsemet mox expetivit*, Vat. VI. *Tunc gloriosus Vulgarorum rex iterum legatos suos Romam direxit, & inter alia, ut Formosum vita & moribus episcopum sibi daret archiepiscopum, expetivit*. *b* Idem, *non paucos numero*. *c* Idem & Vat. I. *repperit*. *d* Idem Vat. VI. *Triniensem*. *e* Idem, *& Grimaldum Polimartiensem*. *f* Idem, *& sibi consecrandus mitteretur*.

LXXV. *a* Codex idem Vat. VI. *Inter hæc idem statuit*, Vat. I. *Idem statuit*. *b* Baron. *& penetrantibus ipsam Bulgariam*. *c* Idem, *in Bulgaria*.

Idem,

NOTÆ

LXXIV. 1. ET GRIMOALDUM POLIMARTIENSEM) De quo infra sermo erit in fine vitæ Hadriani II.

LXXVI. 1. SED DUM HÆC AGERENTUR DEI JUDICIO MICHAELEM GRÆCORUM IMPERATOREM ULTIO DIGNA

lem Græcorum imperatorem [a] ultio digna perculit, [b] & nefanda nece peremit. Imperante autem Basilio in Constantinopoli, quoniam voluit Deus ipsius sancti Pontificis juges labores, quos pro sancta Constantinopolitana passus fuit ecclesia, cum fine boni operis consummare, [c] sicut fama se habuit, [d] Photius neophytus ac invasor, ut [e] mœchus pellitur, & juxta decretum sedis Apostolicæ patriarcha Ignatius Constantinopolitano redditur throno.

LXXVII. Neque enim hic divinorum executor operum piissimus, & catholicus Papa, quæ sua sunt, sed ea, quæ Dei sunt, primo loco posuit & quæsivit. Et cum adjutorio sancti Petri bella Domini summo dispensationis libramine spiritaliter præliari curavit. Prælatos siquidem quosque, ne subditos læderent magna provisione moderans, ut pater commonuit, & ut subjecti Prælatis subessent juxta uniuscujusque privilegia pastoraliter quoque decrevit. [1] Cujus qui sanctum studium vult agnoscere, in epistolis suis, quas bene libratas per mundi partes direxit, luce clarius [a] invenire valebit.

LXXVIII. Quippe qui animam suam in manibus suis posuit,

VARIANTES LECTIONES

LXXVI. *a* Idem, *ultio digna percutit*, Vat. VI. *pertulit*. *b* Baron. *& nefanda cæde peremit*. *c* Idem, *sicut fama se habet*. *d* Vat. VI. *Phocius*. *e* Idem, *mechus*, cod. Barberin. & Vat. IV. *Ipse autem beatissimus Pontifex totum mundum sedavit, atque Photium invasorem & neophytum, ut mechum ejecit, & juxta ritum sanctæ Romanæ ecclesiæ ibi archiepiscopum constituit*.

LXXVII. *a* Vat. I. *invenisse valebit*.

nec

NOTÆ

DIGNA PERCULIT) Elegerat sibi prole destitutus Michael in filium & Cæsarem Basilium, quem etiam imperatorem dixerat. Mox ejusdem pertæsus necem illi parabat, quum Basilius, ut sibi caveret, eum occidit. *Servatus*, inquit Curopalates, *studuit potius aliquid committere, quam ipse pati, & ita Michael occiditur ad palatia divi Mamantis*.

LXXVII. 1. CUJUS, QUI SANCTUM STUDIUM VULT AGNOSCERE, IN EPISTOLIS SUIS, QUAS BENE LIBRATAS PER MUNDI PARTES DIREXIT, LUCE CLARIUS INVENIRE VALEBIT) Editæ sunt epistolæ Nicolai papæ in Conciliorum Collectione Labbæi, quæ sunt num. LXX. tom. IX. una cum responsis ad consulta Bulgarorum, quæ sunt num. CVI.

ſuit, qui nulla niſi cœleſtia cogitabat, qui jejuniis, vigiliis, & orationibus nocte ac die vacans, nec requiem corpori, [a] nec membra dabat ſopori. Nam ſi cuncta, quæ Chriſti gratia plenus virtutibus atque fide ſanctitatis opera geſſit, & moribus, vitaque docuit & implevit, chartis inſerere volumus, prius fortaſſe membrana, quam ſermo deficiet. Tamen antequam ad finem vitæ illius ſtilum vertamus, ad ea, quæ ſanctis locis contulit, redeamus.

LXXIX. Hic igitur egregius Papa ob amorem principis Apoſtolorum Petri apoſtoli nutritoris ſui fecit in baſilica ejus pannos tam ſcilicet de ſtauraci, quam & de fundato, vel aliis pulchris, variiſque coloribus [a] numero ...... Qui [b] trabes majores in presbyterio reſpicientes omnes in gyro [c] complevit, quæ illud luculenter ornant decuſque augent & amplius [d] mira ſua magnitudine dant honorem. Ubi etiam, quod nullus poſt devaſtationem Sarracenorum agere [e] nixus eſt, arcum fecit argenteum, [f] & melius, quam olim fuerat, [g] ſuper excellentiorem trabem, quæ eſt [h] ante cyborium in medio, poſuit penſ. lib. ... & tres imagines argenteas, [i] una figuram Domini Salvatoris, [k] duabus vero Angelorum ſcalpſit effigies, ac illis novem lib. auri deaurans ſubpoſuit. Quarum una penſ. libras octuaginta, alia libras ſeptuaginta, tertia vero penſ. libras ſimiliter ſeptuaginta.

LXXX. [a] Fecitque ibidem crucem auream unam pretioſis gemmis ornatam penſ. lib..... Et in ſummitate ejuſdem [b] eam arcus locavit, ubi pro amplitudine decoris ejus, atque ſpeciminis appendit coronam auream unam, cruces argenteas

VARIANTES LECTIONES

LXXVIII. *a nec membra dabat ſopori*) Hinc Vat. VI. uſque ad ea verba: *Hujus quippe beati*, quæ ſub initium numeri LXXXII. occurrunt, non legit.

LXXIX. *a* Baron. *numero quatuor*. *b* Vat. I. *traves majores*. *c* Idem, *complevit luculenter & orna* (leg. *ornans*) *decuſque augens*. *d* Idem, *miræ magnitudinis dant honorem*, Baron. *& tres miræ magnitudinis*. *e* Vat. I. *niſus eſt*. *f* Baron. *& meliorem*. *g* Idem, *ſuper excelſiorem*. *h* Vat. I. *ante cyburium*: ſic infra. *i* Baron. *in quarum una*. *k* Idem, *in duabus vero*.

LXXX. *a* Vat. I. *fecitque ibi*. *b* Baron. vocem, *eam* non agnoſcit.

Vat. I.

teas duas, [c] calices argenteos duos, & ſtaupos argenteos duos. Porro in purpureis marmoribus, quæ ante corporis beati Petri apoſtoli [e] rugas argenteas retinent, dextra lævaque duas cruces argenteas offerens poſuit penſ. libras....

LXXXI. In patriarchio ſiquidem Lateranenſi domum pulcherrimam, nimiſque decoram fieri juſſit. Et oratorium ſanctæ Dei genitricis illic conſtruens veſtes, & competentes ornatus pro æternæ vitæ amore lucifluis votis ipſe beatiſſimus Pontifex [a] obtulit. [b] Idem etiam a Deo protectus, & cœleſti gratia circumvallatus [c] multa caſum minantia renovavit loca Sanctorum, [d] & diverſis eccleſiis diverſa munera contulit, & commoda luculenter adauxit. [e] [1] Et in cyborio Conſtantinianæ baſilicæ, [f] optimos de ſiſori, & de fundato quatuor pannos appendit. [g] Deinde regni cœlorum clavigero paris in cyborio numeri pannos optimos obtulit.

In

VARIANTES LECTIONES

c Vat. 1. *rugulas*.

LXXXI. *a* Vat. 1. *optulit*. *b* Idem, *etenim a Deo protectus*. *c* Idem, *multa caſus ad ima dantia*, Baron. *multaque loca Sanctorum caſu ad ima delata renovavit*. *d* Idem, *& diverſis eccleſiis diverſa contulit*, Vat. 1. *diverſa immo contulit*. *e* Idem, *Idem tamen in ciborio*, Baron. *In ciborio Conſtantinianæ baſilicæ quatuor pannos de fundato obtulit, ſicut & in ciborio S. Petri fecit. Et in eccleſia Dei genitricis Ad præſepe, & in eccleſia S. Laurentii foris muros quatuor pariter pannos pro ciborio obtulit*: quæ numero inſeqoenti fuſios prodeunt. *f* Vat. 1. *optimos de ſiſori*. *g* Idem, *nihilominus regni cœlorum clavigero* &c.

Baron.

NOTÆ

LXXX. 1. CALICES ARGENTEOS DUOS, ET STAUPOS ARGENTEOS DUOS) *Staupi* ſunt vaſa, e quibus aqua & vinum funditur in calicem, a græco σάζειν ſtillare & fundere. Hinc ſtaupi adjunguntur calicibus, quaſi acceſſiones calicum. Ita Alteſerra. At hoc in loco apud Baronium pro *ſtaupos* ad oram folii legitur, *ſcyphos*: ſunt enim ſtaupi etiam vaſa potoria..

LXXXI. 1. ET IN CYBORIO CONSTANTINIANÆ BASILICÆ OPTIMOS DE SIFORI, ET DE FUNDATO QUATUOR PANNOS APPENDIT) Quid ſint panni *de ſiſori* hæret Lacerda *Adverſar.* *cap.* XCV. *num.* 25. *Mihi*, inquit Alteſerra, *ſi quis divinationi locus, ſunt panni peregrini barbarici, id eſt, Babylonici, verſicolores, & belluati, ſic dicti, quia foris, id eſt, peregre advehebantur*. Legont alii *ſtrophori*, videlicet, panni de Syria delati, ubi ex ſerico texebantur. Ducangius autem in Gloſſar. tom. VI. col. 518. putat legi poſſe tam de *ſiſori*, quam de *ſilſori*, inquiens: *A* σίλφη *voce græca vox videtur deducta, quæ Græcis blattam ſonat, ut colligitur ex Gloſſariis Latino-græcis, & Græco-latinis; ita ut terminatio Longobardica ei adjuncta ſit*.

EX

LXXXII. In ecclesia Doctoris gentium similiter fecit. In ecclesia sanctæ Dei genitricis ad Præsepe pari modo, æternæ pro retributionis præmiis egit. Et in ecclesia sancti Laurentii Christi martyris foris muros urbis æque pannos optimos quatuor in cyborio dedit. [a] Hujus quippe beati temporibus Præsulis tanta ubertas & victuum copia extitit, [1] ut omnem memoriam famis decessoris sui factæ diebus hæc oblivioni traderet [b] abundantia.

LXXXIII. [a] Hic fecit ordinationem unam per mensem Martium; presbyteros septem; diaconos quatuor; episcopos per diversa loca numero sexaginta quinque. Postquam autem sedem Apostolicam [b] victoriosissime, & ut verus Dei athleta catholice, ac principaliter rexit [1] ex hac luce Id. Novemb. Indictione prima migravit ad Dominum. Porro quid dicam, cum non solum ejus exitum diversæ hominum nationes plena ratione utentes, verum etiam, quantum [c] ad intemperantiam aeris, ipsa mundi elementa diu fleverunt, & de morte tanti viri in tristitia permanserunt? Quo defuncto corpus ejus sepultum est [d] ante fores basilicæ beati Petri apostoli.

VARIANTES LECTIONES

LXXXII. *a* Baron. *Hujus itidem*. *b* Vat. I. & VI. *babundantia*.

LXXXIII. *a* Cod. Barberin. *Hic fecit ordinationem per mens. Maii* I. *b* Idem, *virtuosissime*. *c* Idem, *ad intemperanciam*, Baron. *ad intemperiem*. *d ante fores beati Petri apostoli*) Hic explicit eod. Vat. VI. subnectens duntaxat nomina, & tempora sedium subsequentum Pontificum. Codex Vat. IV. addit: *& cessavit episcopatus ann.* VIII. *mens.* VII. *dies* XVIIII. Vat. VII. *ann.* V. *dies* XV. Codex Barberin. vero in margine: *vacat sedes annos* V. *mens.* VII. *dies* XIX. Verum non sine manifesto errore, quum sedes non vacaverit ultra unum mensem, sicut mox patebit ex ipso contextu in Hadriano II. num. IX. & ex iis, quæ adnotantur num. I.

NOTÆ

LXXXII. I. UT OMNEM MEMORIAM FAMIS &c.) Cujus licet non fiat aperta mentio in Benedicto III. ejus decessore, subindicari tamen illa videtur per eam Tiberis inundationem, quæ *agros desertavit evellens segetes* &c. ut in vita ejusdem Benedicti num. XXIII.

LXXXIII. I. EX HAC LUCE ID. NOVEMB. INDICTIONE PRIMA MIGRAVIT AD DOMINUM) Anno igitur DCCCLXVII. die decima tertia Novembris Nicolaus papa ad Deum migravit; non die decima tertia Decembris, ut refert Annalista Bertinianus, cujus verba exscripsit Flodoardus lib. III. cap. VII. quemadmodum infra dicemus.

ADNOTATIO ONUPHRII PANVINII

In Platinam post Nicolaum I.

Ad hunc usque Nicolaum Romanorum Pontificum vitas scripsit Anastasius monachus, & S. R. E. Bibliothecarius, sub quo & ejus successoribus Hadriano II. & Joanne VIII. in orbe floruit. Quæ sequuntur, concinnavit Guilielmus quidam alter Bibliothecarius, quæ in libro, qui sub Damasi nomine circumfertur, extant.

ADNOTATIO VEN. CARD. CÆSARIS BARONII S. R. E. Bibliothecarii

In Onuphrium Panvinium

* Ad ann. Chr. 885. num. VII.

* *Porro Anastasii Bibliothecarii nomine ista citavimus, eo quod in ejus codice de rebus gestis Romanorum Pontificum includantur, nec in uno volumine dumtaxat, sed in omnibus, quæ hactenus reperire potuimus, exemplaribus. Qui autem res Anastasii parum compertas habuerunt, putarunt, ipsum cum vita Nicolai finem scribendi fecisse, reliqua autem, quæ in ejus codice reperiuntur sive de Hadriano II. sive de Stephano VI. scripta, esse Petri Guilelmi, sive Guilermi Bibliothecarii. Sed scias fuisse istam divinationem Panvini. Verum cum constet superstitem diu fuisse post Nicolaum Anastasium, & adhuc vixisse tempore Joannis P. Octavi, ut, quæ de eo sunt superius recitata, declarant, & ab obitu Joannis Octavi, ut vidisti, usque ad Stephanum hunc, de quo est sermo, non nisi anni tres intercedant, haud adeo impossibile erit ista etiam de Stephano VI. ab eodem Anastasio esse conscripta, quæ, ut diximus, eo quod eodem ejus codice includuntur, nomine Anastasii haud perperam, puto, citare consuevimus. Cum præsertim nullus sit codex in Vaticana Bibliotheca, vel extra (quod viderim) in quo Romanorum Pontificum vitæ scriptæ legantur, qui habeat, Guilermum Bibliothecarium ab Hadriano II. vel Stephano VI. scribere cœpisse vitas Romanorum Pontificum. Sed nec adeo repugnat, ut non possit eorum esse auctor Anastasius eo quod in Hadriano II. ejusdem Anastasii summa cum laude mentio fiat; nam non est novum, ut auctor de se ipso tanquam de alio in suis scriptis mentionem ingerat. De ipso vero Petro Guilermo Bibliothecario dicendum fusius alias.*

Joannes Ciampinus in opusculo inscripto: *Examen Libri Pontificalis*, quod edidit Muratorius Tom. III. Scriptorum Rerum Italicarum sect. VIII. pag. 48. judicium fert pro Panvinio adversus Baronium, eidemque adhæret etiam Pagius in Critic. ipsius Baron. ad annum Chr. 867. num. CXXX. & ad annum 885. num. VII.

HA-

CVI.

HADRIANUS II.

I. HADRIANUS natione Romanus, [1] ex patre Talaro [a] post episcopo regionis tertiæ, [2] sedit [b] annos quinque, mens. XI. dies XII. Hic ex proximitatis genealogia beatæ recordationis quarti Stephani, & Sergii junioris pontificum descendens, dum miris polleret actibus a venerandæ memoriæ quarto Gregorio sedis Apostolicæ præsule subdiaconii sortitus est ministerium. Deinde vero in Lateranensi patriarchio familiariter assumptus, laudabiliter conversatus ad regendum titulum sancti Marci confessoris Christi atque pontificis presbyter ordinatus tam inculpabiliter deguit, [c] tam viriliter ministravit, ut non tantum sicut factus presbyter, sed sicut futurus pontifex, reverenter ab omnibus coleretur. [d] Siquidem & inierat in Christo, ejusque Genitri-

An. Chr. 867. Ludovici Pii Imper. II. 12. Basilii Maced. Imper. 1.

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Moguntina editio, librique alii formis excusi, *postepiscopo*, Baron. *postea episcopo*, Vat. IV. & cod. Barberin. *episcopo*, Vat. I. ut in contextu. *b annos quinque mens. XI. dies XII.*) Vat. IV. Vat. V. *ann.* IIII. *mens.* XI. *dies* XI. *c tam viriliter*) Hæc reticet Vat. I. *d* Idem, *siquidem inerat in Christo* &c. *tanta fiducia*, Baron. *siquidem in eo erat in Christo* &c. *tanta fiducia*. Vat. IV.

NOTÆ

I. 1. EX PATRE TALARO POST EPISCOPO) Is est fortasse Talarus episcopus Minturnæ, qui anno DCCCLIII. interfuit concilio Romano, teste Ughell. Ital. Sac. tom. X. col. 140.

2. SEDIT ANNOS QUINQUE) Post mensem unum, quo sedes pontificia vacavit, consecratus est Hadrianus II. die decima quartâ Decembris, incidente anno Christi 867. in diem Dominicum, ut Auctor vitæ notat, videlicet, *nonodecimo Kalendarum Januariarum, Indictione prima, & decimonono Ludovici Pii*, numerando ab ejusdem coronatione facta a Leone IV. anno 2. pontificatus, vivente Patre. Legendum puto: *sedit annos quatuor, menses undecim, dies duodecim* cum cod. Vat. 3518. cui consonat cod. 341. nempe Vat. V. qui discrepat in uno tantum die, legitque: *annos* IV. *mens.* XI. *dies* XI. Unde ejusdem obitus contingere debuisset die vicesima sexta Novemb. anni DCCCLXXII. sedesque vacua mansisset diebus decem & octo. Infra enim videbimus Joannem VIII. electum fuisse die decima quarta Decembris ejusdem anni DCCCLXXII. & facile conciliatur textus Auctoris vitæ, *sedit annos quinque*, quum ad complendum quinquennium non nisi dies decem & octo deerant.

nitrice, apud cujus præsepe jugibus orationibus incumbebat, tantam fiduciam, ut bene faciens non deficeret, nec quicquam discriminis, cuncta, quæ habere poterat, discretissime largiens, incurrere formidaret.

II. [a] Nam cum [b] die quadam inter compresbyteros suos a sanctissimo papa Sergio consuetudinaliter [c] denariis quadraginta perceptis, [d] domus suæ portas revertens ingredi vellet, ac præ multitudine peregrinorum, quæ ibi [e] fiducialiter more solito, velut ad horreum commune, confluxerat, omnino nequiret, misericordia motus, [f] equestri suo [1] retulit, nil sine tantis fratribus in tantillis denariis sibi esse commune. Cumque ille neque tertiæ parti pauperum singulos denarios posse sufficere [g] intulisset, *in virtute*, inquiens, *Christi, qui de quinque panibus, & duobus piscibus quinque millia hominum satiavit, non singulis singulos, sed ternos singulis denarios erogabo.* Et hæc dicens forinsecus portæ [h] succedens, ac de manu equestris sui suscipiens, peregrinis cunctis egredientibus [i] ternos [k] sigillatim denarios erogavit. In qua redundatione cum miraretur equester non solum non defecisse denarios, quinimo [l] superfuisse, liberalis [m] presbyter, qui supererant, demum recipiens, [n] multitudini familiæ suæ [o] ternos nihilominus personatim nummos largitus est. [p] At cum sex itidem superessent, [q] *vides*, inquit, *quam largus, & quam suavis sit omnipotentissimus Dominus, qui quadrage-*
nariam

VARIANTES LECTIONES

II. *a* Vat. IV. *Hic cum aliquando*. *b* Vat. I. *diu*. *c* Vat. IV. *denarios* XL. *percepisset*. *d* Idem, *domum regressus*. *e* Vat. I. *fiducialiter solito*; vocem *more* non agnoscit. *f* Vat. IV. *præcepit, ut multitudini peregrinorum, quos ante januas ejusdem domus invenit, ternos ex eisdem denariis singulis erogaret*. *g* Idem, *affirmaret*. *h* Baron. *subsidens*. *i* Vat. IV. *ipse acceptis denariis ternos singulis erogavit*. *k* Vat. I. *singillatim*. *l* Idem, *fuisse super*. *m* Vat. IV. *sacerdos*. *n* Idem, *ex residuis multitudini familiæ suæ*. *o* Idem, *ternos cuique largitus*. *p* Vat. I. *Ad cum*, pro *At cum*. *q* *vides, inquit*) sic Vat. IV.

Idem,

NOTÆ

II. 1. EQUESTRI SUO RETULIT) equester hoc in loco idem est ac dispensator, cui nempe cura erat custodiendi pecunias domini, ac inopibus elargiendi.

ET

nariam quantitatem nummorum & fratribus nostris per ternos distribuit, [r] *& mihi ternos*, *tibique ternos* [s] *æqua sorte servavit* ?

III. Erat præterea tantæ hospitalitatis, & largitatis, ut non [a] immerito beato Job in his valeat comparari, [b] nam ab infantia crevit cum eo miseratio, & de utero matris cum ipso egressa est. Non despiciebat [c] prætereuntem, eo quod non haberet indumentum, [d] cujus latera nimirum [e] ovium calefaciebat velleribus, nec buccellam quidem suam comedebat solus, cum hanc cum pupillis, & egenis comederet. Quippe qui oculus esset cæco, & pes probabatur [f] existere claudo, [g] & ut scriptis virtutum ejus multiplicitas referatur, pater erat pauperum, & cordis viduæ consolator: Ostium ejus viatoribus patebat, nec erat clausa janua domus ipsius quippiam postulantibus ab eo; ut ab omni clericali gradu, ab omni senatorio, & populari concordissimo cœtu, sicut post mortem quarti papæ Leonis, ita post obitum tertii Benedicti pontificis, subire summum pontificium, nisi ipse diversis argumentis, & exquisitis excusationibus verecunde [h] subterfugisset, cogeretur.

IV. Sed cum apostolicæ memoriæ sanctissimus papa [a] Nicolaus rebus excessisset humanis, [1] & iste [b] impræsentiarum tertio quintum & vicesimum annum transiret; omnes urbis Roma-

VARIANTES LECTIONES

r Idem, *& michi*, *tibique*. *s* Idem, *misericorditer reservavit*.

III. *a* Vat. 1. *inmerito*. *b* Idem, *denique ab infantia*. *c* Idem, *præter eundem*, Baron. *inter eundum eum, qui* &c. *d cujus latera*) desunt hæc in Vat. 1. *e* Baron. *sed de suis ovium* &c. *f* Vat. 1. *existere clodo*. *g* Idem, *& ut scripsi*. *h* Idem, *subterfugeret*.

IV. *a* Idem Vat. 1. *Nycolaus*. *b* Idem, *impræs*, nempe *in præsens*.

Idem,

NOTÆ

IV. 1. ET ISTE IMPRÆSENTIARUM TERTIO QUINTUM ET VICESIMUM ANNUM TRANSIRET) Haud difficulter per hunc loquendi modum annus indicatur septuagesimus quintus ætatis Hadriani: viginti enim quinque ter repetiti dant septuaginta quinque. Nec ea ætas videtur dedecuisse Hadrianum, quippe qui subdiaconatus ordine insignitus fuerat a Gregorio IV. qui in ponti-

Romanæ concives, ſimul & hi, quos extrinſecus tunc adeſſe contigerat, tam pauperes, quam divites, tam clericalis ordo, quam cunctum populi vulgus, omnis ſcilicet ætatis, profeſſionis, & ſexus, contemptis omnibus excuſationibus Hadrianum deſiderant, Hadrianum dari ſibi præſulem ac paſtorem exoptant. Nulluſque in totius urbis ampliſſimo ſpatio repertus eſt, niſi vel ſe, vel ſuum quemque provehi voluiſſet, qui non Hadrianum promoveri ad hoc culmen medullitus exoptaret. Proceres vero licet [c] ſoluto in duas partes corpore, viderentur eſſe diviſi, una tamen mente, parique circa hunc flagrabant ardore, quoniam cauſam diviſionis eorum, [d] non niſi nimius in tantum virum faciebat charitatis affectus, dum ſic alterutra pars ſibi præferri geſtiret, ut ſi hunc altera pars deligeret, pars altera penitus dubitaret, [e] nec erat ibi parti alteri retinendi voluntas, niſi quia opinabatur eam ſua in alium vota dirigere.

V. Præſertim cum multi monachorum, plerique religioſorum ſacerdotum, ac fidelium laicorum cœlitus emiſſis viſionibus, multo jam tempore Hadrianum futurum pontificem, non ſolum dubitarent, verum etiam apertis vocibus proclamarent. Inter quos [a] quidam Hadrianum in ſede Apoſtolica [b] pallio humeris obducto reclinatum videbant: alii eum cum apoſtolicis infulis miſſas celebrantem: non nulli more apoſtolico in baſilica Lateranenſi aureos erogare: plerique in equo, cujus ſeſſione ſanctiſſimus papa Nicolaus ad ſanctum Pe-

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *ſolito*. *d* Idem, *non niſi nimium*, leg. *nimius*, ut in editis. *e* Baron. *nec ulla parti altera*.

V. *a* Idem, *quidam Hadrianum* &c. *viderat*. *b* Vat. 1. *palleo*: ſic infra. Idem,

NOTÆ

pontificatui ſederat anno 827. & quadraginta jam anni ad annum 867. decurrerant, & poterat annos jam numerare triginta quinque quum ad ſubdiaconatum adſcendit. In cod. Marquardi Freheri legitur: *& ipſe presbytero quintum & viceſimum*: videlicet, ab ordinatione in presbyterum annos numerabat viginti quinque; potuit enim presbyter fieri quum eſſet quinquaginta annorum, & hac ratione uterque textus conciliaretur.

PRÆ-

Petrum pergens usus fuerat, eum cum pontificali pallio impositum [1] præcedentibus axiomaticis, & subsequentibus reliquis turbis in urbem redire, patriarchiumque subire conspexerant. [c] Verum ubi evidentibus indiciis hunc eundem [d] utraque parte diligi claruit, tanta in eum unitas & animorum & corporum fuit, ut unum in eis [e] erga eundem Domini sacerdotem cor & unus spiritus inesse omnibus videretur. Ita ut lapis angularis, salva reverentia Jesu Christi Domini nostri, quodammodo possit vocari. Quoniam [f] per ostensionem, immo [g] provectionem suam solvens inimicitias cordium, fecit utraque unum.

VI. Collectis igitur omnibus tam episcopis cum universo clero, quam primoribus urbis cum obsecundantibus sibi populis, [a] ab ecclesia sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, quæ appellatur ad Præsepe, rapitur, trahitur, & ad Lateranense patriarchium certatim, ac a procerum, & plebis multitudine deportatur. [b] [1] Quod audientes tunc missi Principis moleste tulere, [c] indignati scilicet, non quod tantum virum [d] nollent Pontificem, quem nimirum anxie cupiebant; sed

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *Verum ubi emicantibus indiciis*. d Idem, *utraque pars diligere*. e Baron. *erga eundem dominum*. f Idem, *per ostensiones*. g Ita Vat. I. editi, *profectionem*.
VI. a Vat. IV. *Hic cum ad Romanum pontificatum ab ecclesia Dei genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad Præsepe, traheretur, ad Lateranense patriarchium, certatim a clero, & proceribus, & plebe deportatus est*. b Idem, *Quod audientes missi Hludovici imperatoris*; particulam, *tunc* prætermittit. c Idem, *indignati scilicet quod dum præsentes essent, non invitati fuerint*. d Vat. I. *nolent*.

Vat. IV.

NOTÆ

V. 1. PRÆCEDENTIBUS AXIOMATICIS) ex græco *axioma*, latine dignitas, dicti sunt axiomatici, qui in dignitate sunt constituti.

VI. 1. QUOD AUDIENTES TUNC MISSI PRINCIPIS MOLESTE TULERE) Missi imperatoris Ludovici ægre tulerant non fuisse sibi præsentibus indicatum proxime eligendum Hadrianum in pontificem. Redditum autem est responsum, noluisse pessimum exemplum induci, quod missi Imperatoris interessent electioni Papæ, retenta tantum consuetudine, ut in eorum præsentia solemnis consecratio perageretur. Quo audito nihil ultra conquesti sunt, & consecrationi interfuere. Porro necessariam fuisse iis temporibus legatorum Imperatoris præsentiam consecrationi Pontificum docemur a Baronio ad ann. Chr. 904. num. XIII.

ſed quod ſe, dum præſentes eſſent, Quirites non invitaverint, nec optatæ a ſe futuri præſulis electioni intereſſe [e] conſenſerint. Qui accepta ratione, quod non cauſa contemptus Auguſti, ſed futuri temporis proſpectu hoc omiſſum omnino fuerit, ne videlicet legatos Principum in electione Romanorum Præſulum mos expectandi per hujuſmodi fomitem inoleſceret, omnem ſuæ mentis indignationem medullitus [f] ſedavere, [g] ac ad ſalutandum electum etiam ipſi humiliter acceſſere.

VII. Cumque patriarchium Lateranenſe [a] aſcenderent, atque deſcenderent, tantis clamoribus univerſæ plebis, ut ſibi diu deſideratus vir ad conſecrandum daretur, clamitantis obſeſſi ſunt, ut nullus eorum loquentis ſecum collegæ ſui verba poſſet audire. [b] Erat enim cernere ſingulos circa conſecrandum Pontificem tantam dilectionis efficaciam poſſidere, quantam nec vidiſſe, nec viſurum unquam quis æſtimaſſet. Denique omnes hunc certatim coram eiſdem legatis rapere, & ad ſummum pontificatus apicem provehendum trahere, ac anxie nitebantur portare, niſi blanditiis ſenatorum, [c] & conſiliis [d] alquantulum ſedati fuiſſent.

VIII. Quorum omnium unanimitatis deſiderium audiens Hludovvicus chriſtianiſſimus imperator, cognoſcens etiam, qua-

VARIANTES LECTIONES

e Vat. IV. *nuntuerint*. *f* Vat. I. *ſedabere*, pro *ſedavere*. *g ac ad ſalutandum*) ex Vat. IV.

VII. *a* Vat. I. *adſcenderent*. *b* Idem, *Erat enim ſingulis circa conſecrandum pontificem vel tantum dilectionis efficaciam poſſidere nec vidiſſe, nec viſuros uſpiam æſtimaſſe*, leg. *exiſtimaſſent*. *c* Baron. & *conviciis*. *d* Vat. I. *aliquantulum ſedarentur*. Idem,

NOTÆ

num. XIII. referente acta concilii Ravennæ habiti a Joanne IX. ex codice Antonii Auguſtini: *Quia ſancta Romana Eccleſia, cui Deo auctore præſidemus, plurimas patitur violentias. Pontifice obeunte; quæ ob hoc inferuntur, quia abſque Imperatoris notitia, & ſuorum legatorum præſentia Pontificis fit conſecratio, nec canonico ritu, & conſuetudine ab Imperatore directi interſunt Nuncii, qui violentiam & ſcandala in ejus conſecratione non permittant fieri: volumus id ut deinceps abdicetur, & conſtituendus Pontifex convenientibus epiſcopis, & univerſo clero eligatur expetente Senatu, & populo: qui ordinandus eſt ſic in conſpectu omnium celeberrime electus ab omnibus, præſentibus legatis Imperialibus conſecretur.*

ANNO

qualiter in eo decretum suis subscriptionibus [a] roboraverunt, valde gavisus est. Et, ut tantus Domini famulus, cunctisque gentibus, videlicet tam Romanis, quam diversis advenis desideratus, & desiderabilis christianæ plebi præficeretur, medullitus exoptavit: & mox imperialem scribens epistolam, cunctos Romanos quod dignum tanto elegissent officio præsulem conlaudavit: per quam videlicet innotuit, nulli quippiam præmii fore [b] ex consecratione ipsius quoquo modo pollicendum, cum ipse hanc non suorum suggestione, sed Romanorum potius unanimitate commotus ardentissime cuperet [c] provenire. Maxime cum reddi, quæ ablata fuerant, non auferri ab ecclesia Romana, vel deperire quippiam [d] se diceret amare.

IX. Itaque Sabbato peractis rite orationibus, vigiliis, & [a] eleemosynis, Dominico secundum morem idem venerabilis sacerdos ab universitate ad ecclesiam sancti Petri apostolorum principis ductus nonodecimo Kalendarum Januariarum Indictione I. [1] anno præfati Augusti decimo nono [2] per episcopos [b] reverendissimos, scilicet, Petrum [c] Gavensem, Leonem silvæ Candidæ, deinde tertio loco Donatum Ostiensem, quia episcopus Albanensis obierat, Formosus vero Portuen-

VARIANTES LECTIONES

VIII. *a* Idem, *roboraverint*. *b* Vat. IV. *pro consecratione*. *c* Idem, *pervenire*. *d* Idem, *anbelare*, Vat. I. *se diceret anbelaret*, leg. *anbelare*.

IX. *a* Idem, *belemosynis*. *b* Idem, *reverentissimos*. *c* Apud Baronium in margine, *Cavensem*. Vat. I.

NOTÆ

IX. 1. ANNO PRÆFATI AUGUSTI DECIMO NONO) Anno enim 849. a Lothario patre assumtus fuerat in societatem imperii, ut dictum est supra in Leone IV. numero XC. & in Benedicto III. num. VI.

2. PER EPISCOPOS REVERENDISSIMOS, SCILICET, PETRUM GAVENSEM, LEONEM SILVÆ CANDIDÆ, DEINDE TERTIO LOCO DONATUM OSTIENSEM) Consecratio Papæ, quæ fieri debebat per tres episcopos Ostiensem, Portuensem, & Albanensem, Formoso Portuensi in Bulgaria exsistente, & Albanensi mortuo, peracta est ab Ostiensi, & subrogatis Cavensi, & silvæ Candidæ. Recte apud Baronium in margine legitur *Cavensem*, ubi in Textu habetur *Gavensem*. Cava urbs est episcopalis triginta mille passibus a Neapoli distans.

tuensis [d] a beatissimo Nicolao ad prædicationem, & instructionem [e] Bulgarorum destinatus extiterat, benedictionem [f] summi pontificatus ad consolationem videlicet multorum sanctæ Dei ecclesiæ filiorum, qui, factiosorum tyrannide liberius solito sæviente, [3] inter unius decessionem & alterius substitutionem Pontificis diversis agebantur exiliis, variisque afficiebantur incommodis, suscipere meruit in nomine Domini.

X. Siquidem ad celebritatem missæ ipsius tam incredibilis extitit multitudo, ut certatim de manu ejus omnibus communicare nitentibus, [1] Teutgaudus [a] Trevirorum archiepiscopus, & Zacharias Anagninus episcopus, qui a domno Nicolao sacerdotio denudati, etiam communione caruerant, simulque Anastasius, qui dudum a Leone, Benedictoque pontificibus presbyterio denudatus inter laicos communicare solitus erat, [2] ecclesiasticam communionem sub congrua satisfactione [b] receperint.

Igitur

VARIANTES LECTIONES

d Vat. 1. *beatissimo papa Nycolao*. *e* Vat. 1. *Vulgarorum*. *f* Baron. *summi pontificis*.

X. *a* Idem, *Trevisorum archiepiscopus*. *b* Idem, *receperunt*.

Baron.

NOTÆ

3. INTER UNIUS DECESSIONEM, ET ALTERIUS SUBSTITUTIONEM PONTIFICIS DIVERSIS AGEBANTUR EXILIIS, VARIISQUE AFFICIEBANTUR INCOMMODIS) Quæ occasio fuit Imperatoribus mittendi legatos, ut consecrationi Pontificum interessent, ut supra diximus num. VI. & alibi.

X. 1. TEUTOAUDUS TREVIRORUM ARCHIEPISCOPUS, ET ZACHARIAS ANAGNINUS EPISCOPUS, QUI A DOMNO NICOLAO SACERDOTIO DENUDATI, ETIAM COMMUNIONE CARUERANT, SIMULQUE ANASTASIUS, QUI &c.) Theutgandus quidem quod conjugium Lotharii cum Waldrada approbasset; Zacharias quod subscripsisset electioni Photii; & Anastasius propter absentiam a suo titulo, ad quem sæpe vocatus a Leone papa IV. renuit accedere.

2. ECCLESIASTICAM COMMUNIONEM SUB CONGRUA SATISFACTIONE RECEPERINT) Tres illi Theutgaudus, Zacharias, & Anastasius sacerdotali munere privati a benignissimo Pontifice fuerunt inter clerum recepti, & ecclesiastica communione donati, videlicet, ut ego opinor, sub utraque specie sacrosancta Eucharistia refecti: in quo communionem ecclesiasticam a communione laicali differre crediderim.

ET

XI. Igitur mox ad patriarchium Lateranenſe reverſus eſt, [1] & conſuetudinem ab eo, qua diverſorum xeniorum hinc inde confluentium (retentis ſolum, [a] quæ uſibus menſarum ſufficerent,reliquiis) [b] pretia capiuntur, excluſit dicens: *Non eſſe pium quod gratis accipimus, pretio venundare, & cariores habere rationalibus fratribus irrationabiles nummos; pro quibus Chriſti pretioſus eſt cruor effuſus. ſed parvipendantur*, inquit, *obſecro hæc pudenda* [c] *pretiorum commercia, & quod gratis accepimus, gratis juxta præceptum Domini largiamur, & oblationes Chriſti cum ejus hoſpitibus ac inopibus partiamur, propter quos has nobis tribui divinitus ſcimus.*

XII. Eveſtigio etiam Dominicum, [a] & Grimoaldum episcopos, quos deceſſor ſuus ſanctæ recordationis papa Nicolaus [b] in Bulgariam patriam ire præceperat, & a ſe in ipſo articulo [c] ſui diſceſſus abſolverat, quique videntes tanti patris obitum, ire diſtulerant, eadem ſungentes legatione direxit, & quaſdam epiſtolarum, quas ille mittendas delegerat, ut ſe ejuſdem voluntatis & ſtudii fore oſtenderet, ſuo nomine titulari præcipiens, in quantum tempeſtas fluctuoſi temporis permittebat, piiſſimi patris votum pius heres implevit.

XIII. His ab urbe dimiſſis, continuo exules, [a] [1] Gaudericum videlicet Velitrenſem, & Stephanum Nepeſinum epiſco-

VARIANTES LECTIONES

XI. *a* Baron. *quæ uſibus Miſſarum*. *b* Vat. 1. *pretia captivantur*. *c* Idem, *pretioſorum commercia, & ut quod* &c.

XII. *a* Idem, *& Grimualdum*. *b* Idem, *in Vulgarum patriam*. *c* Idem, *ſui diceſſus*.

XIII. *a Gaudericum videlicet Veltrienſem*, pro *Velitrenſem*) ita Vat. 1. perperam editi, *gaudere cum videlicet Veltrienſem*. Baron.

NOTÆ

XI. 1. ET CONSUETUDINEM AB EO, QUA DIVERSORUM XENIORUM HINC INDE CONFLUENTIUM &c.) Obtinuerat uſus mittendi munera Pontifici electo occaſione ejuſdem conſecrationis in argumentum publici, privatique gaudii, & ſubjectionis, quæ venundata ærario Pontificis accedebant.

XIII. 1. GAUDERICUM VIDELICET VELITRENSEM &c.) *Jadericum* alias dictum, qui poſtmodum legatione functus fuit tempore Joannis papæ VIII.

apud

ſcopos, & Joannem [b] cognomento Hymmonydem, quos procaciſſima ſalſitas sereniſſimo Auguſto incuſans, domo patriaque proſcripſerat, ab auguſta manſuetudine multis epiſtolarum documentis requirere ſtuduit, dicens, ſe bonum eccleſiæ Dei paſtorem videri non poſſe, niſi oves, quas fide ſanctæ Eccleſiæ infidelis vir per ſuam ſurreptionem proſcripſerat, recepiſſet. Qua religioſa ſuggeſtione lætificatus Auguſtus una cum chriſtianiſſima conjuge non ſolum eos, propter quos ſummus Pontifex miſerat, honorifice ad urbem remiſit, verum etiam quoſcumque privata ſimultate tanquam [c] reos Imperatoriæ majeſtatis & in ergaſtulis [d] quilibet truſerat, ut reverterentur, præcepit abſolvi.

XIV. Poſt hæc ſummus Pontifex [1] baſilicam Nicolaitanam, quam ſanctiſſimus papa Nicolaus a fundamentis adeo luculenter cum tribus aquæductibus ſabrefactis extruxerat, ut omnes Lateranenſes baſilicas ſui pulchritudine ſuperaret, [a] juxta votum deceſſoris ſui picturis variis decoravit. Cujus ipſe converſationis exempla ſic ſolertiſſime ſequebatur, ut ab hoſtibus ſancti Nicolai, [b] quia omnibus ejus acta penitus infringere nitebantur, Nicolaitanus & ſcriberetur, & publice diceretur.

XV. Quorum ſcilicet hoſtium quia non nullos, parturientes injuſtitiam, conceptum dolorem effuſuros eſſe cognoſcens, penes ſe, velut [a] zizanium inter frumenta, uſque ad matu-

VARIANTES LECTIONES

b Baron. *cognomento Simonidem*, Vat. 1. *Hymmonidem*. *c* Idem, *reos Imperatoriæ majeſtatis in ergaſtulis*. *d* Baron. *in ergaſtulis quibuslibet*.
XIV. *a* Idem, *juxta notam prædeceſſoris ſui*. *b* Idem, *qui in omnibus*.
XV. *a* Idem, *zizania*.

Vat. 1.

NOTÆ

apud Ludovicum regem ex codice Antonii Auguſtini ſupra laudato. Scripſit cum Joanne diacono vitam ſancti Clementis papæ & martyris, quæ exſtat in cod. MSS. Bibliothecæ Barberin. 3131.

XIV. 1. BASILICAM NICOLAITANAM) Inter ceteras baſilicas, quæ Lateranenſem circumſtabant, & hæc a Nicolao I. ædificata recenſetur, quæ ab ejus nomine *Nicolai* dicta eſt, quemadmodum baſilica *Julii* a Julio, *Vigilii* a Vigilio, *Theodori* a Theodoro &c.

maturitatis tempus [b] dispensatorie retinebat, rumore fallaciter exurgente, [c] creditum est, quod omnia decessoris sui acta, quæ ille zelo divino sanxerat, hostes vero ejus ad proprios libitus infamabant, voluisset infringere. Unde accidit, [d] ut omnes occidentalium regionum episcopi [e] solemnes, ac honorificas literas emittentes religiosam ejus memoriam, utpote orthodoxæ, & veræ philosophiæ pontificis excolendam summo Pontifici jugiter inculcarent.

XVI. A cujus videlicet sanctissimi Hadriani papæ collegio, cum per dies aliquot quidam Græcorum, & aliarum gentium servorum Dei per id tempus Romæ morantium, se clanculo suspendissent, [a] sexta feria LXX. idem sanctissimus Antistes eos secundum consuetudinem refectionis gratia solito plures numero convocavit. Quorum omnium manibus per semet humiliter aquam fudit, cibos apposuit, pocula ministravit, & quod [b] nullum Pontificum ante se fecisse noverat, ut eos promptiores ad prandium redderet, cum illis discubuit, [c] canticis spiritalibus ibi per totum spatium jugiter laudes concrepantibus.

XVII. Dum surrexisset ab epulis in faciem suam coram omnibus procidit, dicens: *Rogo vos, & suppliciter obsecro patres, fratres, & filii, ut fundatis Domino pro sancta catholica Ecclesia sua preces, oretis pro christianissimo filio nostro Hludovvico imperatore Augusto, ut ei Deus omnipotens ad nostram perpetuam pacem, Sarracenorum faciat subditam nationem. Oretis etiam pro me fragili & imbecilli, ut det mihi Christus virtutem tantam Ecclesiæ suæ multitudinem in sanctitate* [a] *& justitia regendi, qui commisit beato Petro apostolo cunctos regere, quos redemit. quatenus qui curarum*

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *dispensorie*. *c* Baron. *creditus est*. *d* Idem, *ut omnium Occidentalium*. *e* Vat. 1. *solempnes*.

XVI. *a* Baron. *sexta feria Septuagesimæ*. *b* Sic idem, vulgati, *nullus Pontificum*. *c* Vat. 1. & *canticis s. i. p. t. s. l. concrepantium laudes*.

XVII. Vat. 1. & *justitia rectitandi*.

Baron,

rarum ſæcularium pulvere caligans, plerumque ſpiritalia minus luculenter intueor, veſtra mihi jugis oratio, quæ tanto purior, quanto ab inquinamentis ſæculi remotior eſt; divinitus ſuffragetur.

XVIII. Cumque illi pro ſe magis illum oportere preces fundere clamitarent, qui tanto acceptior apud Deum haberetur, quanto ſolus pro omnibus in labore ferventior, interna miſeratione commotus cum lachrimis ait: *Quia pro valde bonis orare, chariſſimi, gratiarum actiones Deo perſolvere eſt, peto ut dominum patrem, deceſſoremque meum ſanctiſſimum & orthodoxum papam Nicolaum habentes* [a] *in veſtris orationibus, communes grates Domino referatis, qui eum, eccleſiam ſuam miſeratus, elegit, & ad excludendum mundi tumidiſſimos ſtrepitus,* [b] *ſicut Joſuæ clypeo protectionis armavit, & gladio ſpiritalis potentiæ roboravit.*

XIX. Quo audito cuncti famuli Domini, videlicet Hieroſolymitani, Antiocheni, Alexandrini, ac Conſtantinopolitani, quorum aliqui legationibus mundi Principum fungebantur, [a] diutino ſtupore attoniti, in vocem clariſſimam prorupere dicentes: [b] *Deo gratias, Deo gratias, qui talem eccleſiæ ſuæ præficiendum diſpoſuit,* [c] *qui noſſet, ſui patris, & deceſſoris reverentiam* [d] *præ oculis ponens, gregem Dominicum in virga & baculo paſcere; teſtamentumque patrum non convellere, ſed implere: Deo gratias, Deo gratias, qui in ſede ſui Apoſtoli non poſuit apoſtaticum papam, qui domus ſuæ fundamenta poſuit non ſuper arenam, ſed ſuper firmiſſimam petram: qui te ſuccedere fecit ſanctiſſimo papæ Nicolao, nec ab ejus decretis abſcedere: eja ceſſet invidia, mendax fama recedat: domno noſtro Hadriano a Deo decreto ſummo pontifici,*

VARIANTES LECTIONES

XVIII. a Baron. *in veſtris orationibus communem habentes*. b Idem, *ſicut os ſuæ protectionis armavit, & gladio*, Vat. 1. *ſicut Oſuæ protectionis armavit, & gladio* &c.

XIX. a Baron. *divino ſtupore attoniti*. b Vat. 1. *Deo gratias te talem eccleſiæ ſuæ præficiendum diſponenti*. c Baron. *qui noſcis*, Vat. 1. *qui noſſes tui patris*. d Idem, *præ oculis poſſidens*.

Baron.

tifici & universali papæ vita: dictum est ter. Cumque manu silentium innuisset summus Præsul, intonuit dicens: *Reverendissimo, sanctissimo, & orthodoxo domno Nicolao a Deo decreto summo pontifici & universali papæ sempiterna memoria*: dictum est ter. *Novo Heliæ vita perennis, & immarcescibilis gloria*: dictum est ter. *Novo Phinees æterni sacerdotii* [e] *insulas*: dictum est ter. *Sequacibus ejus pax, & gratia*: dictum est ter.

XX. [1] Igitur [a] Lambertus Vintonis filius dux Spoletanus tempore consecrationis hujus venerandi pontificis Romanam urbem præter consuetudinem, sicut tyrannus, intravit, non rebellantem, sicut victor satellitibus suis ad prædandum distribuit, majorum domos multis muneribus vendidit: nullis monasteriis, ecclesiis nullis pepercit, quinimo nobilissimi generis puellas tam intra urbem, quam extra suis satellitibus

VARIANTES LECTIONES

e Baron. *insulas merenti*.

XX. *a* Vat. 1. *Lampertus Viutonis filius*, Baron. *Vuitonis*. Vat. 1.

NOTÆ

XX. 1. IGITUR LAMBERTUS VINTONIS FILIUS DUX SPOLETANUS TEMPORE CONSECRATIONIS HUJUS VENERANDI PONTIFICIS ROMANAM URBEM &c.) Non facile est extricare obscuram geneologiam Lamberti & Widonis, qui per ea tempora ducatum Spoletinum tenuere. Ex Bibliothecarii textu constat, Lambertum filium Widonis (ab eo *Vintonis* dicti) quo tempore consecratio Hadriani II. fiebat, nempe anno DCCCLXVII. irrupisse in urbem Romam, & nobilium & divitum domos diripuisse. Wido itaque iste natione Italus, origine Francus, Wido I. dicendus est; & similiter ejus filius, Lambertus I. dici debet. Hic autem Lambertus ob turpe facinus direptionis urbis ab imperatore Ludovico II. ducatu Spoletino privatus & in exsilium pulsus, & non diu post ab exsilio redux pater fuit alterius Widonis, quem Widonem II. dicemus. Hic mortuo Carolo Crasso, & prælio devicto in agro Brixiano Berengario, qui ex duce Forijulii se regem Langobardorum nuncupaverat, a Stephano V. ut lib. VI. de Regn. Italiæ Sigonius tradit, rex Italiæ, & imperator anno Chr. DCCCXCI. coronatus fuit. Anno autem DCCCXCII. Lambertum filium, quem Lambertum II. vocandum asserimus, in imperii societatem a Widone adscitum, Formosus papa imperiali corona donavit. Nummi pontificii signati nomine Widonis imperatoris, atque nomine Lamberti imperatoris proferuntur a præsule nostro Joanne Vignolio in eximio opere inscripto: *Antiquiores Romanorum Pontificum Denarii*, a Cl. V. Benedicto Floravante recuso anno MDCCXXXIV. Mi-

litibus indifferenter diripiendas conceſſit. Propter quæ [b] apud Auguſtos piiſſimos Romanorum querimoniis prægravatus, ducatum perdidit, iram Principum, & invidiam pæne cunctorum Gallorum, tanquam revera ſedis Apoſtolicæ hoſtis adjudicatus, incurrit.

XXI. Mox Romanus pontifex tanta tyrannide liberatus, [a] Aiſtaldum, Walterium, [b] Hilſpianum, Odonem, & [c] Teopertum cum cunctis aliis raptoribus & prædonibus, quouſque [d] rapta redderent, ſibique legaliter ſatisfacerent, omni eccleſiaſtica communione privavit. Sed Teopertus [e] quæ rapuerat haud difficulter reddere ſtuduit. Aiſtaldus vero, vir Deo devotus, belloque fortiſſimus, ad Præſulem [f] ſe percutientem tota humilitate converſus eſt, [g] ejuſque gratia ſecundum omne Romanorum libitum [h] ſatisfacturum accipiens, ſpem quoque [i] reſumendæ communionis [k] accepit. Quam nimirum recipere [l] prævaluiſſet, niſi conjurationi [m] Lambertorum poſtea conſcius cum viris excommunicatis, [n] ac rebellibus fugiens, Beneventum petere maluiſſet.

XXII. His ita compoſitis poſtquam [1] Michael Græcorum imperator Bardam Cæſarem [a] Photii fautorem, ſuum, ſicut per-

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *aput*.

XXI. *a* Idem, *Auſtaldum*: infra, *Aiſtaldus*: Baron. *Hiſtaldum*. *b* Idem, *Gilpianum*. *c* Idem, *T/cupertum*. *d* Idem, *rapius*, Vat. 1. *raptas*. *e* Idem, *quas rapuerat*. *f* Idem, *ſe percutiente*. *g* Idem, *ejus gratiam*. *h* Baron. *ſatisfacturus*. *i* Idem, *recuperandæ*. *k* Vat. 1. *frequenter accepit*. *l* Idem, *prævaleret*. *m* Idem, *Lampertorum*. *n* Idem, *ac rebellionibus*.

XXII. *a* Vat. 1. *Photii fautorem ſuum, ſicut perhibent, ſuum interitum &c.* Idem,

NOTÆ

XXII. 1. MICHAEL GRÆCORUM IMPERATOR BARDAM CÆSAREM, PHOTII FAUTOREM, SUUM, SICUT PERHIBENT, INTERITUM MACHINANTEM PEREMIT) De nece Bardæ audiatur Curopalates: *Periculum certe evitaſſet, & propulſaſſet Cæſar ob conjuratos metu perculſos atque perterritos, niſi Baſilius, qui mox Imperator fuit, quique præfectus regii cubiculi tunc erat, ad facinus ſe ſe accinxiſſet. Hic enim metum abjicere conjuratos perſuadens, ad rem confirmabat. Igitur homines gladiis ſtrictis in ſe confertim invadentes Bardas conſpicatus, ſibi moriendum ſenſit, ſeque ad Imperatoris pedes abiecit. Verum ipſum inde abſtractum fruſtratim concidunt. Deinde genitalia membra haſtæ appenſa*

perhibent, interitum machinantem peremit, Basilium [b] collegam sibi adoptans imperatorem constituit: cumque [c] novus imperator Basilius a Catholicis, tanquam qui semper eis faverit, summo studio coleretur, [2] Michael a spadonibus suis, dubium [d] an filii voluntate, peremptus est. moxque Basilius rerum potitus primo quidem non se fuisse conscium necis Michaelis, ut fertur, omnibus satisfecit.

XXIII. [a] Tum vero secundum Romanæ ecclesiæ constitutum pervasorem Photium [b] pepulit, & Ignatium patriarcham, populo adnitente, patriarchio restituit: ac ex utraque parte, Ignatii videlicet patriarchæ, Photiique neophyti legatos Romam per suum spatarium Basilium nomine destinavit, qui præsente summo Antistite alternatim confligerent, & ju-

VARIANTES LECTIONES

b Idem ita, Baron. nomen, *collegam* non legit. *c* Vat. I. *nobus*, pro *novus*, Baron. *nobilis*. *d* Idem, *an Basilii voluntate*.

XXIII. *a* Vat. IV. *Hujus temporibus celebrata est apud Constantinopolim synodus pro expulsione Photii, & restitutione Ignatii patriarchæ*: Hinc silet usque ad num. XLIX. *b* Baron. *depulit*.

Vat. I.

NOTÆ

appensa per exercitum traducunt. Ingens autem turba concitata, quæ Imperatori periculum intentaret: Quam quidem vigilantissimus præfectus Constantinus, cum multis confestim in medium accurrens, sedavit cum laudibus Imperatorem celebrans, justa nece occisum Bardam pronunciasset. Atque ita Bardas periit. Hæc Curopalates. *Cæsares dicti sunt*, inquit Spartianus in Ælio Vero in princ. lit. A. *quasi quidam principum filii viri, & designati augustæ majestatis heredes.*

2. MICHAEL A SPADONIBUS SUIS, DUBIUM AN FILII VOLUNTATE, PEREMPTUS EST) Michaelis imperatoris necem ita narrat Zonaras in Compend. Historiar. seu in Annalib. tom III. pag. 134. num. XX. *Basilius de inferenda nece Michaeli consilio cum aliis communicato, cum denuo Michael vino in cœna obrutus torperet, manuque ductus in cubiculum Regiæ, quæ est ad divi Mamantis, somno profundissimo oppressus jaceret, egressus primum claustra cubiculi imperatorii confregit, ne fores a cubiculariis claudi possent, deinde cum conjuratis advenit. Iis autem, qui ante cubiculum excubabant pauci adeo, percussores aditu probibere conantibus, orto tumultu Imperator experrectus, quodam cum stricto gladio ingresso, manus sustulit, quibus ille ambabus resectis, ad ceteros rediit. At Michael cum ex vino titubans, ebrietate impediente, fugere non posset, miserabiliter ejulans jacebat. In quem alius ex Basilianis adhuc vivere conspicatus insiliit, ensemque in ejus pectus adegit, ut ventre etiam trajecto intestina elaberentur.*

& justitia suffragante, aut justificarent Photium, aut perpetuo [c] condemnarent.

XXIV. Sed divino judicio disertissimam partem Photii pelagus sorbuit, & simplicissimam partem Ignatii cum legato Imperiali salvam servavit. Nullusque ex neophyti parte, nisi monachulus Methodius nomine solus, evasit. Qui postmodum neque Photium, pro cujus parte venerat, neque Ignatium, contra quem, sed neque universalis Ecclesiæ, ad quam venerat, jura suscipiens, tertio conventus, tertio perfidiæ denotatus, semel anathematizatus abscessit.

XXV. At vero Basilius legatus Imperatoris, [1] & Joannes metropolita Cæsareæ Cappadociæ [a] Nicolao fuerant destinati. [b] Hinc sanctissimo papæ Hadriano cum episcopis, & proceribus in secretario sanctæ Mariæ Majoris, juxta morem sanctæ sedis Apostolicæ, residenti se satis humiliter præsentarunt; dona, & epistolas obtulerunt. Quibus susceptis sanctæ Romanæ ecclesiæ, [c] cujus conamine Constantinopolitana ecclesia [d] de schismate purgata surrexerat, multiplices gratias retulere, ac post innumera laudum præconia concordi voce dixere: *Devotissimus filius vester imperator Basilius, & patriarcha munere vestro restitutus Ignatius, dum ecclesia Constantinopolitana, per interventum vestrum, invasorem Photium* [e] *propulisset, in archivo ejus librum summa falsitate congestum contra ingenium sanctæ Romanæ ecclesiæ, sanctissimique papæ Nicolai* [f] *reperere.* [2] *Quem bullatum,* [g] *quasi vere contagiosum, a sua urbe penitus propulere, vobisque, utpote summo*

VARIANTES LECTIONES

c Vat. 1. *condempnarent*.

XXV. *a* Baron. *qui Nicolao fuerant destinati*. *b* Idem, *Huic*. *c* Vat. 1. *cujus voramine*, Baron. in ora folii, *certamine*, *juvamine*. *d* Vat. 1. *scismate*. *e* Baron. *pepulissent*: sic mox infra. *f* Vat. 1. *repperere*. *g* Idem, *quasi vere contagium*. Baron.

NOTÆ

XXV. 1. ET JOANNES METROPOLITA CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ) Notatur hæc Cæsarea Cappadociæ ad differentiam alterius Cæsareæ, quæ erat in Palestina.

2. QUEM BULLATUM) bullis plumbeis sigillatum.

ſummo capiti, cui Chriſtus cælo terraque ſolvendi, atque ligandi poteſtatem tribuit, [b] *miſere*.

XXVI. *Quem, precamur, ſuſcipientes rimamini, & fraudulentiam, quam inſontibus Conſtantinopolitis noſter verſipellis Photius inferre potuit, ex eo quod in hanc ſanctam Romanam eccleſiam non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid hujuſmodi, audacem linguam exacuit prorſus advertite. Et quid eccleſiæ Dei de hoc latrocinio ſit ſentiendum, quod ſub nomine ſynodi furtim ab eo confictum eſt, palam omnibus promulgate.*

XXVII. Utrarumque partium [a] conſeſſum Pontifex annuens, [b] reſpondit: *Contra ſedem Apoſtolicam, Pontificemque ipſius*, [c] *quia Photius vocem non habuit, ſententiam forte præcipitare potuit, judicium vero librare non potuit.* [d] *Sed a ſede Apoſtolica bis judicatus biſque damnatus eſt.* [e] *Et quia viribus ſuis potius confidens in ſanctiſſimum pontificem noſtrum Nicolaum falſa garrire non timuit, os ſuum nimirum in cœlum poſuit, & linguam ſuam, ut terram pertranſiret, exeruit. Ideoque conciliabuli ipſius librum ſcrutandum admittimus, ut auctor illius, & fabricator mendacii, & inventor perverſorum dogmatum tertio judicetur.*

XXVIII. Egreſſus Metropolita librum exhibuit, & in terram præcipitavit, [a] imprecando illi dicens: *Tu maledictus Conſtantinopoli, ſis Romæ iterum maledictus: te miniſter diaboli Photius, novus Simon, mendacii compilator aptavit: te miniſter Chriſti Nicolaus, novus Petrus, veritatis amator attrivit.* Et Spatharius calce ſuo, enſeque librum percutiens, nihilominus ait: *Credo, in hoc opuſculo diabolus habitat*,

VARIANTES LECTIONES

b Baron. *remiſere*.

XXVII. *a* Vat. 1. *conceſſum pontificem annuenti*, editi, *conſeſſum Pontificem annuenti*, Baron. *Utrarumque partium conſenſu electus Pontifex annuens*. *b* Vat. 1. R. hoc eſt, *reſpondit*, ut in contextu. *c* Baron. *quam Photius vocem non habuit*. *d* Vat. 1. *Sed ſede Apoſtolica ab bis judicatus*, Baron. *qui a ſede Apoſtolica*. *e* Idem, *Et quia vires ſuas Photius tranſcendens*, Vat. 1. *Sed quia viribus ſuis potio (leg. potius) conſcendens*.

XXVIII. *a* Idem, *imprecarie illi dicens*, Baron. *imprecatorie*,

 Vat. 1.

bitat, quia [b] *per os complicis sui Photii ea, quæ per se dicere* [c] *nequit, eructat.*

XXIX. *Nam & subscriptionem Basilii nostri imperatoris* [1] *post subscriptionem Michaelis, quem ebriosissimum subscribere noctu suasit, falsissime continet, quam ejus non esse restitutio Ignatii declaravit, & satisfactio nostra, si vobis placuerit,* [a] *jurejurando firmabit. Neque enim unius semper catholici Basilii nomen non potuit falso suis feralibus commentis inserere, qui mutato charactere potuit multorum absentium episcoporum nomina cum paucis complicibus suis describere.*

XXX. *Quorum videlicet episcoporum universitas tam immunis est hujus subscriptionis, quam tenoris ignara. Siquidem nullus Constantinopolitanorum, quando illud conciliabulum collectum fuisset (quia re vera nec fuit) agnovit; sed quia Constantinopolim comprovinciales, veluti regiam civitatem, pro diversis negotiis instar istius urbis ascendunt, pervicacissimus Photius mendacium suum veritatis medicamento, sicut ei a primævo fuerat institutum, linivit. Dum in locum* [a] *quorundam sanctissimorum episcoporum cives quidem aliquorum illorum, sed transfugas, ut fama vulgatum est, muneribus excæcatos, subscribere fecit.*

XXXI. *Inde est, quod subscriptionum istius videntur diversi characteres, & quidam eorum acutiori penna, quidam grossa,*

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *per hos*. *c* Idem, *nequid*, pro *nequit*.

XXIX. *a jurejurando firmabit*) Ita Baron. editi, *firmavit*: mendum irrepsisse puto ex Vat. 1. qui similiter legit, & cui familiaris est conversio *b* in *v*, & contra, ut pluries vidimus.

XXX. *a* Baron. *quorundam schismaticorum*, Vat. 1. *sanctissimorum*, ut in contextu.

Vat. 1.

N O T Æ

XXIX. 1. POST SUBSCRIPTIONEM MICHAELIS, QUEM EBRIOSISSIMUM &c.) ebrietati Michaelem fuisse obnoxium ex incontinentia vini narrat Curopalates: *Cum Michael se vino ingurgitare consuevisset, quo tempore ebrius erat absurda multa fieri imperabat; alii enim aures amputari, alii nares, alii caput.*

PRÆ

grossa, non nulli vero decrepitum simulantes grossiori membranam inquinantes describunt, ut videlicet fraude præsentium, simplicitati absentium illudatur: & illud credat facilius universitas esse verissimum, quod dissimilibus literis fecerit falsitas esse diversum. At vos [a] *illico subscriptionum quidem* [b] *dissimilitudinem* [c] *referentes characteres videbitis; fraudem vero nisi Constantinopolim, ut omnis illa ecclesia deprecatur, miseritis, minime cognoscetis.*

XXXII. Tunc summus Pontifex utriusque linguæ peritis librum scrutandum per aliquot dies decrevit, & omnia, quæ in eo continebantur, coram synodo fideliter [a] propalari, [b] quæ ubique omnia strenue perscrutata est. Nam venerabilis Pontifex, adnitente omni senatorio popularique conventu, apud beatissimum Petrum apostolum in defensionem suæ ecclesiæ, decessorisque sui sacrum concilium convocavit. Et primo quidem per legatos Constantinopoleos [c] veritate luculenter audita, decessoris sui super hujusmodi literas legens, sinistram ipsius famam purgavit. Deinde [d] Photium cum conciliabulo, complicibusque suis tertio anathemate [e] perculit. Ad extremum vero [f] ceterorum subscriptionibus & sententiis roboratum [1] præ foribus graduum nefandi dogmatis librum cunctorum pedibus conculcatum excussit.

Quem

VARIANTES LECTIONES

XXXI. *a* Vat. 1. *ilico*. *b* Baron. *multitudinem*. *c* Idem, *librum referantes*, Vat. 1. *referantes*, leg. *referantes*, ut supra.

XXXII. *a* Baron. *propalare*. *b* Vat. 1. *Qui ubi strenue perscrutatus est: venerabilis pontifex* &c. *c* Baron. *rei veritate*. *d* Vat. 1. *Fotium*: sic alibi. *e* Baron. *percutit*. *f* Vat. 1. *cunctorum subscriptionibus sententiis roboratis*.

Vat. 1.

NOTÆ

XXXII. 1. PRÆ FORIBUS GRADUUM NEFANDI DOGMATIS LIBRUM CUNCTORUM PEDIBUS CONCULCATUM EXCUSSIT) Libellus Photii adversus ecclesiam Romanam, & Nicolaum pontificem falsis subscriptionibus munitus ab Hadriano utriusque linguæ peritis traditus primum examinandus, in synodo Romana damnatus est, tertio anathemate percusso auctore. Damnationis sententia coram senatu & populo prolata est, & præ foribus basilicæ sancti Petri super ipsis gradibus in damnationis signum pedibus sacrilegus liber conculcatus est, atque igne combustus,

DEIN-

XXXIII. Quem nimirum rogus, ut fomentum quoddam ignis, [a] excepit, & pæne, antequam [b] semiustum credi potuisset, cum magno fœtore piceoque [c] colore consumpsit. Et cum forte focus inundatione pluviæ naturaliter debuisset extingui, ad pluviam, quasi [d] ad guttas olei, flamma convaluit, & in laudes Dei, sanctissimique papæ Nicolai, simulque Hadriani summi pontificis, miraculi stupor tam Latinorum, quam Græcorum corda resolvit.

XXXIV. Post hæc cum epistolis decessoris sui, [a] sicut ab eo fuerat ordinatum, Donatum episcopum Ostiensem, & Marinum diaconum Constantinopolim destinavit: [b] [1] deinde ejusdem epistolas suo tantum nomine titulatas, [c] & commonitorium, [d] sed & Stephanum Nepesinum episcopum sociavit. Eisque præcepit, ut omne scandalum ecclesiæ Constantinopolitanæ solerter sopirent, [e] consecratisque a Methodio & Ignatio [2] sub satisfactione libelli, quem de scrinio susceperant, proprias ecclesias redderent. Photianis vero sub eadem,

VARIANTES LECTIONES

XXXIII. *a* Vat. 1. *et cepit*, leg. *excepit*, ut in editis. *b* Idem, *semustum*, pro *semiustum*. *c* Baron. *odore*. *d* Vat. 1. *ad olei guttas*.

XXXIV. *a* Idem, *sicut ab eo fuerant ordinati*. *b* Idem, *quibus ejusdem*. *c* Baron. *& commonitorium dedit*. *d* Idem, *bis autem & Stephanum Nepesinum* &c. *e* Idem, *& segregatis a Methodio*.

Vat. 1.

NOTÆ

XXXIV. 1. DEINDE EJUSDEM EPISTOLAS SUO TANTUM NOMINE TITULATAS, ET COMMONITORIUM &c.) Suis legatis epistolas a Nicolao papa ad imperatorem Basilium directas Hadrianus deferendas tradidit suo tantum nomine præmissa, & commonitorium insimul dedit. Nomine autem *commonitorii* veniunt monita data sive a Pontificibus, sive a Regibus suis legatis, juxta quæ suo munere recte fungi possent in iis, quæ illis occurrerent in legationibus. *Commonitorium*, inquit Baronius ad annum 859. num. VI. *ita vocabant Legatis insinuata præcepta*.

2. SUB SATISFACTIONE LIBELLI, QUEM DE SCRINIO SUSCEPERANT) Libellus, qui *formularium* etiam dici posset, nihil aliud erat, quam formula quædam, per quam quicumque ad synodum accedere vellet, profitebatur se ecclesiæ Apostolicæ firmiter adhæsurum, anathematizare omnes hæreses & schismata, & præsertim Photium schismatis auctorem; atque Apostolicam sedem & omnia ejus constituta observaturum. Hujus libelli exemplar recitatur ab eodem Baronio in Annalibus ad ann. Christi 869. num. XIX. Libellum scripserat Nicolaus I. & miserat Constantinopo-

dem, ac diſtrictiori ſatisfactione communicarent quidem, ſed ſacerdotum judicium, [f] uſque ad ſedis Apoſtolicæ ſententiam, manente ſanctiſſimi papæ Nicolai judicio, protelarent.

XXXV. Itaque multorum anfractuum laborioſos circuitus penetrantes, tandem Chriſto præduce, [a] [1] Theſſalonicam veniunt, in quam Baſilius imperator [b] [2] Euſtachium ſpatharium candidatum cum ſuæ ſalutationis officio ſanctæ Romanæ legatis eccleſiæ obviam deſtinavit. Qui eos admodum honorifice [c] per contigua itineris loca [d] ducentes, [3] Sillambriam [e] pervenerunt. Ubi a Siſinnio imperiali protoſpathario, [4] & [f] Theogniſto patriarchali [g] eugumeno, qui Romæ apud ſanctiſſimum papam Nicolaum pro reſtituendo Ignatio ſedulus interceſſor extiterat, cum quadraginta equis de ſtabulo imperiali, & totius menſæ argenteo apparatu, officialibuſque, qui ſibi ad omnem libitum famularentur, [h] ſunt excepti.

XXXVI. [a] [1] Ad caſtrum autem Rotundum, in quo eſt eccle-

VARIANTES LECTIONES

f Vat. 1. *uſque ad erecidivam* (leg. *recidivam*) *ſedis Apoſtolicæ ſententiam*.

XXXV. *a* Idem, *Theſalonicam*. *b* Idem, *Euſtathium*. *c* Baron. *per contingentia*. *d* Idem, *ducens Syllambriam*. *e* Vat. 1. *poſuerunt*. *f* Baron. *Theognoſto*. *g* Vat. 1. *egumeno*. *h* Baron. *excepti, ad caſtrum Rotundum* &c. *manſionem ſuſcipiunt*.

XXXVI. *a* Vat. 1. *Ad caſtrum Rotundum*, dictione, *autem* omiſſa.

Idem,

NOTÆ

nopolim ſubſcribendum ab iis, qui ab Ignatio receſſerant, atque adhæſerant Photio, ſed Photio ſedente, rejectus fuerat. Hunc iterum ex ſcrinio Romanæ ſedis eductum legati Hadriani papæ ad ſynodum retulere, cui omnes ſubſcriberent epiſcopi, ſacerdotes, monachi, & clerici.

XXXV. 1. THESSALONICAM VENIUNT) Theſſalonica, nunc *Salonichi*, urbs eſt archiepiſcopalis, metropolis Macedoniæ, centum vero leucis a Conſtantinopoli diſtans.

2. EUSTACHIUM SPATHARIUM CANDIDATUM) De dignitate & munere candidatorum paullo poſt.

3. SILLAMBRIAM PERVENERUNT) ſeu Selymbriam, quæ eſt parva urbs ad litus ſita maris Marmoræ prope Conſtantinopolim.

4. ET THEOGNISTO PATRIARCHALI EUGUMENO) qui nempe patriarchii regimini erat præpoſitus: de eugumeno, ſeu egumeno vid. in Indice II. Tom.

XXXVI. 1. AD CASTRUM AUTEM ROTUNDUM) Caſtellum erat ad Conſtantinopolis angulum Propontidem verſus.

ET

ecclesia miræ magnitudinis sancti evangelistæ Joannis nomini [b] dicata, favore Augustali, Sabbato mansionem suscipiunt: [2] et Dominica, quæ quintadecima dies Septembris erat, Indiction. III. singulos equos cum sellis aureis devotione Imperatoria capientes, [c] [3] obviati omnibus scholis, videlicet spathariorum, candidatorum, [d] strategorum, mandatorum, ceterorumque palatinorum ordinum, [4] omnibusque clericorum planetatis ordinibus ad portam Auream veniunt.

XXXVII. [1] Ibi a Paulo librorum custode, Joseph vasorum custode, simulque Basilio saccellario, ecclesiasticis indutis vestibus [a] salutati vic. . . . . a patriarcha Constantinopoleos solemniter [b] præceduntur, & ab omni populo cum cereis & lampadibus prosequuntur. [2] Sicque [c] ad Hirenis palatium

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *dedicata*. Baron. *Deo dicata*. *c* Idem, *obviatis omnibus scholis*. *d* Vat. 1. *stratorum*.

XXXVII. *a* Idem, *salutati vic. . . . e patriarcha*, Baron. *salutati cum syncellis patriarchæ*. *b* Idem, *procedunt*, Vat. 1. *præceduntur ab omni populo*; conjunctione & posthabita. *c* Idem, *ad Hierenis*, Baron. *ad Irenes*.

Idem,

NOTÆ

2. ET DOMINICA, QUÆ QUINTADECIMA DIES SEPTEMBRIS ERAT, INDICTIONE III. &c.) Tres isti characteres, dies Dominicus, quintadecima Septembris, Indictio III. quæ Græcorum more a mense Septembri incipiebat, determinant annum Domini octingentesimum sexagesimum nonum, qui erat annus secundus pontificatus Hadriani II. & tertius imperatoris Basilii.

3. OBVIATI OMNIBUS SCHOLIS, VIDELICET, SPATHARIORUM, CANDIDATORUM, STRATEGORUM, MANDATORUM &c.) De *spathariis*, & *strategis* dictum est alibi, de quibus vide in Indice II. Tomi. *Candidati* erant custodes ac veluti asseclæ Imperatoris, atque ex eorum cohorte, quæ habebatur summæ & præcipuæ dignitatis, deligebantur duces copiarum, & legati ad Principes. *Mandatores* erant in aula Imperiali qui jussa & mandata Imperatorum expedite deferebant: ita Ducangius sæpe laudatus in Glossar. tom. IV. col. 397.

4. OMNIBUSQUE CLERICORUM PLANEATIS ORDINIBUS) Clerici omnes comitati sunt pontificios legatos cum planetis, induti nimirum insigniis, quæ ordinem sui clericatus decebant.

XXXVII. 1. IBI A PAULO LIBRORUM CUSTODE, JOSEPH VASORUM CUSTODE, SIMULQUE BASILIO SACCELLARIO &c.) Singulæ ex his tribus dignitates erant, & officia domus Augustæ. Paulus itaque regius erat bibliothecarius; Joseph schevophilax; & Basilius fisci regii thesaurarius.

2. SICQUE AD HIRENIS PALATIUM DESCENDENTES IN DOMUM, QUÆ

latium descendentes in domum, quæ dicitur [d] Magna aurea, a Joanne a secretis, spatharioque candidato, & [e] strategi spathario candidato, [f] quibus subministrationis gratia deputati fuerant, laudabiliter suscipiuntur, per quos imperialia mandata suscipiunt devotissime procul dubio [g] suggerentia, ne forte moleste ducerent, quod [3] imperiali [h] natalitio imminente, in crastinum suscipi non valerent.

XXXVIII. Quo feliciter celebrato misit Imperator in occursum ipsorum omnes ordines palatinos. Quibus præcedentibus ante Imperatorem [a] in chryso triclinio [b] sibi continuo assurgentem salutabundi conveniunt, Apostolicas epistolas Imperatori offerunt, quas Imperator per semet suscipiens osculatur. De statu Romanæ ecclesiæ, & salute domni Hadriani summi pontificis, deque omni ecclesiasticorum, senatoriorumque ordine ordinabiliter perscrutatur, legatosque amabiliter osculatus, Ignatio patriarchæ jussionem Apostolicam [c] prolaturos [1] absolvit.

XXXIX. [a] Qui sequenti die ad Imperatorem redeunt, [b] a quo taliter alloquuntur: *Sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ, per ambitionem pervicacissimi Photii diversis schismaticorum fluctibus laceratæ,* [1] *sancta omnium ecclesiarum Dei mater*

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *Magnaura*. *e* Vat. 1. *stratigi*. *f* Baron. *qui subministrationis gratia*; *g* Idem, *suggesta*. *h* Vat. 1. *in natalicio*.

XXXVIII. *a* Baron. *in chrysotriclinio*. *b* Idem, *ipsis continuo*. *c* Idem, *perlaturos*.

XXXIX. *a* Idem, *Cum vero sequenti die*. *b* Idem, *taliter Imperator eos alloquitur*. Vat. 1.

NOTÆ

QUÆ DICITUR MAGNA AUREA &c.) Hirenes uxor Leonis Chazari imperat. Orientis palatium, seu magnam domum condiderat auratis trabibus ornatam: de qua Carolus Dufern. in Constantinop. Christian. lib. 2. de Palat. Urban. Imperat. in urbe Constantinopolit.

3. IMPERIALI NATALITIO IMMINENTE) Celebrabantur natalitia Imperatorum & Principum magna cum solemnitate, & cum publicis lætitiæ signis.

XXXVIII. 1. ABSOLVIT) absolvere nempe dimittere, abeundi facultatem dare: vide Glossatium II. Partis.

XXXIX. 1. SANCTA OMNIUM ECCLESIARUM DEI MATER ECCLESIA

mater [c] *ecclesia Romana, sanctissimi domni & universalis papæ Nicolai (sicut ex ejus literis, quarum auctoritate præsens pater noster Ignatius, qui violenter fuerat a Photianis expulsus, sedi propriæ nuper, juvante Domino, restitutus est, potest luculenter* [d] *intelligi) fida provisione consuluit. Quapropter nos cum omnibus Orientalibus patriarchis, metropolitis, atque episcopis censuram sanctæ matris nostræ Romanæ ecclesiæ per biennium præstolantes,* [e] *propter Deum petimus, ut Dei negotium viriliter peragatur, & tandem aliquando auctoritate vestri sacri collegii tam pestifera Photianæ tergiversationis scandala propellantur. Quatenus unitas & tranquillitas, optatæ diutius, juxta decretum sanctissimi papæ Nicolai restaurentur.*

XL. Legati sanctæ sedis Apostolicæ responderunt: *Et nos ideo venimus, ideo missi sumus: sed neminem Orientalium* [a] *vestrorum nunquam in nostram synodum suscipere possumus, nisi oblato libello, cujus formam de scrinio sanctæ sedis Apostolicæ sumpsimus, nobis fuerit satisfactum.* Imperator, & Patriarcha dixerunt: *Quia novum hoc, & inauditum de libello proferendo asseritis, necesse est, ut tenoris illius formam videamus.* Nec mora, libelli forma prolata est, & de latino in græcum conversa omnium notitiæ declaratur. Quorum quidam, libellum proferentes, in sancta synodo [b] resederunt; proferre nolentes, extra synodum [c] inglorii relicti sunt. sed dietim fervore sancti Spiritus temperati, præmissa libelli satisfactione, ad unitatem sacræ synodi [d] reversi sunt.

XLI. [1] In hanc synodum Photius ille pervasor de multis cri-

VARIANTES LECTIONES

c Vat. 1. ita, editis *ecclesiæ Romanæ*. *d* Vat. 1. *intellegi*. *e* Baron. *propter Dominum*.
XL. *a* Vat. 1. *Vestrorum ucunque in nostram synodum*, Baron. *Vestrorum (ut nostra synodo statutum est)*. *b* Vat. 1. *resedunt*. *c* Idem, *inglorii relincuntur*, pro *relinquuntur*. *d* Idem, *revertuntur in hanc*. Idem,

N O T Æ

SIÆ ROMANÆ) Præclaram hanc confessionem proprio ore pronunciavit Græcus imperator Basilius.

XLI. 1. IN HANC SYNODUM PHOTIUS ILLE PERVASOR DE MULTIS CRIMINIBUS PERPETRATIS RATIO-

criminibus perpetratis rationem redditurus adducitur. Omnes epiſtolæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ contra eum prolatæ leguntur. Et depoſitionis, ac anathematis ſententia dudum ab Apoſtolica ſede prolata, in eum ab omnibus identidem jaculatur, inque ipſius conſpectu nefandiſſimi conciliabuli profanata volumina, quibus contra ſanctiſſimum papam Nicolaum ſuſurra fauce latraverat, igne combuſta, veritatis innocentiæque lampas emicuit. [a] Qui laqueum, quem olim alteri paraverat glorificandus, nunc rationis virtute ad extremam taciturnitatis inertiam devolutus intravit; & apertum ſibi communionis [b] oſtium qui ſub ſatisfactione libelli [c] ſuſcipiendus admonebatur, quaſi cæcus in meridie declinavit.

XLII. [1] Denique geſtis ſalubriter omnibus, quæ in decem ſeſſionibus ſynodi textus complectitur, legati ſanctæ Romanæ eccleſiæ textum ſynodi, ne quid græca levitas [a] falſum in eam congeſſerit, [2] Anaſtaſio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ bibliothecario, (qui tunc temporis pro cauſa Hludovici ſereniſſimi noſtri auguſti cum Suppone archiminiſtro poſt eos Con-

VARIANTES LECTIONES

XLI. *a* Idem Vat. 1. *quoniam laqueum*. *b* Idem, *oſtium, quod*. *c* Idem, *ſuſcipiendum*.

XLII. *a* Idem, *falſum ſuatim*. Idem,

N O T Æ

RATIONEM REDDITURUS ADDUCITUR) Ad reſtituendam concordiam, & compeſcendas turbas, quas Conſtantinopoli, & per omnem Orientem excitaverat Photius, indicta eſt hæc ſynodus octava ab Hadriano pontifice, rogante & enixe poſtulante imperatore Baſilio.

XLII. 1. DENIQUE GESTIS SALUBRITER OMNIBUS, QUÆ IN DECEM SESSIONIBUS SYNODI TEXTUS COMPLECTITUR &c.) VIII. hæc ſynodus in cauſa Photii Conſtantinopoli congregata decem actionibus completa eſt: Prima actio habita eſt anno Chriſti octingenteſimo ſexageſimo nono, die quinta menſis Octobris feria quarta, Indictione tertia: & actio decima, qua finis ſynodo impoſitus eſt, habita eſt die ultima menſis Februarii anni ſequentis octingenteſimi ſeptuageſimi, Indictione tertia. In hac ſynodo damnatus eſt Photius, & anathemate confixus, & iterum Iconomachi damnati ſunt. Subſcripſere ſynodo, præter Hadriani legatos, & imperatores Auguſtos, & ſedium patriarchalium vicarios, epiſcopi centum & unus.

2. ANASTASIO SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO, QUI TUNC TEMPORIS PRO CAUSA HLU-

Constantinopolim, divina, ut creditur, dispensatione pervenerat) subtiliter inquirendum, antequam subscribant, committunt. [3] A quo, quia in utrisque linguis eloquentissimus existebat, studiosissime perscrutatus, omne, quod ad laudem serenissimi nostri Cæsaris sanctissimus dominus Hadrianus pontifex in epistola sui decessoris, Arsenio episcopo imminente, adjecerat, resecatum inveniunt.

XLIII. Quapropter epistolam sedis Apostolicæ fraudulenter eorrosam summis clamoribus conqueruntur, fatentes se nullo modo synodalibus actionibus subscripturos, nisi totius epistolæ integritas gestis synodicis jungeretur. Hoc modo Romanis certantibus, Græcis vero, non esse in synodo de laude Imperatoris, sed de solius Dei tractandum altisone respondentibus, [a] nomenque imperiale nostro Cæsari penitus [b] invidentibus: tandem ad hoc usque perventum est, ut interposita [c] conditione voluntatis Apostolicæ diffinitis sententiis minus finite subscriberent, ita legentes: *Ego ille vices agens domini mei sanctissimi & universalis Hadriani papæ in hac sancta synodo præsidens usque ad voluntatem ejusdem eximii præsulis* [d] *ad omnia, ut superius legitur*, [e] *consensi, & manu propria subscripsi.*

His

VARIANTES LECTIONES

XLIII. *a* Idem, *nomenque imperialis*, leg. *imperiale*. *b* Idem, *invidentibus ad hoc usque p. e.* Baron. *invadentibus*. *c* Vat. 1. *condiiione*. *d* Baron. *omnia*. *e* Idem, *promulgari*. Vat. 1.

NOTÆ

HLUDOVVICI SERENISSIMI NOSTRI AUGUSTI &c.) Caussa, ob quam missus fuerat Constantinopolim ad imperatorem Basilium Anastasius, hæc redditur a Ven. Baronio, ut ageretur de conjugio incundo inter filiam imperatoris Ludovici II. & filium primogenitum Basilii. Hanc caussam reddiderat idem Anastasius in præfatione ad decimam actionem synodi, in qua dicit, *se missum ab Ludovico piissimo imperatore cum duobus aliis viris insignibus causa nuptialis commercii, quod efficiendum ex filio imperatoris Basilii, & genita præfati Dei cultoris.*

3. A QUO, QUIA IN UTRISQUE LINGUIS ELOQUENTISSIMUS EXISTEBAT &c.) Hæc caussa visa est Onuphrio Panvinio abjudicandi Anastasio vitas Hadriani II. & Stephani V. easque tribuendi Gulielmo cuidam bibliothecario: quia videlicet Anastasius non sibi arrogasset præconium *eloquentissimi*, & *disertissimi*, si earum vitarum auctor fuisset.

XLIV. His expletis quidam Græcorum Imperatorem [a] conveniunt, & Constantinopolitanam ecclesiam per oblatos libellos in potestatem Romanam redactam flebiliter conqueruntur, [b] ex dubietate subscriptionum. Omnia, quæ in synodo decreta fuerant, revolvenda, cunctaque [c] residuis erroribus confundenda fatentur, & nisi libellos reciperent, libertatem pristinam se non posse recipere fingunt.

XLV. [a] Et illico quidam libelli a custodibus, quoniam excellentiorum episcoporum libellos legati sanctæ Romanæ ecclesiæ, futurorum præscii, prorsus [b] abstulerant, defraudantur, [c] ac per hoc incredibiliter [d] consternati, Supponis archiministri, & Anastasii disertissimi sedis Apostolicæ bibliothecarii [e] fidelissimis auxiliis innituntur. Quibus diverso modo non sine magno laboris periculo imminentibus, libellos quidem vix tandem recipiunt: sed Imperatoris iram pro nimia suæ districtione fidei vehementer incurrunt.

XLVI. Igitur post diem tertium, quo sacratissima synodus cum suis scriptionibus omnino in codice consummata,[a] retractaque ad omnem elegantiam in ecclesia sanctæ Sophiæ fuerat, ab Imperatore [b] in domo, quam cum vicariis patriarcharum, videlicet, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, simulque patriarcha Ignatio, qui cum aliquibus ibi residebat, callide convocati, sedere jubentur, & [c] quod principes Bulgarum eis literas, & dona per Petrum aliosque direxerint, audiunt.

XLVII. [a] Quorum legationem, Imperatore potissimum immi-

VARIANTES LECTIONES

XLIV. *a* Vat. 1. *conveniunt*, conjunctione & expuncta. *b* Baron. & *dubietate subscriptionum*. *c* Idem, *recidivis erroribus*.

XLV. *a* Vat. 1. *Illico quidam libellorum a custodibus*, conjunctione & omissa, ut supra. *b* Baron. *occuluerant*. *c* Vat. 1. *ac pro hoc*. *d* Baron. *consternati ipsi legati Apostolicæ sedis*. *e* Idem, *fidelissimi*.

XLVI. *a* Vulgati, *retractaque est*, Vat. 1. ut in contextu, Baron. *redactaque* &c. *in ecclesiam sanctæ Sophiæ*. *b* Idem, *in domo quadam Vicarii Patriarcharum, videlicet sedis Apostolicæ, Alexandrini, Antiocheni* &c. *simulque patriarcha Ignatius*. *c* Idem, *quo eas, quas Princeps Bulgarorum ei litteras & dona* &c. *direxerat, audirent*.

XLVII. *a Quorum legationem*) sic Vat. 1, libri typis cusi, *Quorum legatione*. Idem

imminente,ſuſcipiunt,ſicque poſt ſalutationem [1] Petrus [b] Bulgarum legatus exorditur: *Domnus Michael princeps Bulgaricus audiens quod pro utilitate ſanctæ Dei eccleſiæ ex diverſis partibus* [c] *auctoritate Apoſtolica conveneritis, gratanter accepit, vobiſque, qui ex ſede Apoſtolica miſſi eſtis, quia in veſtro tranſitu veſtris eum literis viſitare dignati eſtis, multiplices gratias agit.* Legati ſanctæ Romanæ eccleſiæ reſponderunt: *Nos quia vos filios ſanctæ Romanæ eccleſiæ novimus, inſalutatos vos præterire neque debuimus, neque voluimus, quos nimirum ſancta ſedes Apoſtolica, ut propria membra complectitur.*

XLVIII. Bulgarum legati dixerunt: *Uſque hodie pagani fuimus, & nuper ad gratiam chriſtianitatis acceſſimus. Ideoque ne in aliquo errare videamur, cui eccleſiæ ſubdi debeamus, a vobis, qui vices ſummorum Patriarcharum geritis, noſſe deſideramus.* Legati ſanctæ Romanæ eccleſiæ reſponderunt: *Sanctæ Romanæ eccleſiæ, cui per te, o Petre, tuus ſenior beato Apoſtolorum principi Petro cum omni gentis ſuæ regno ſe tradidit; a cujus ſucceſſore, videlicet, egregio papa Nicolao & præcepta vivendi, & epiſcopos, ac presbyteros ſuſcipere meruit,*

VARIANTES LECTIONES

b Idem Vat. 1. *Vulgarum*, pro *Bulgarum*, ſeu *Bulgarorum*, ut paſſim. c Idem, atque editi, *auctoritate Apoſtolicæ*, leg. *Apoſtolica*, ut in contextu, vel ſupple, *ſedis*, ut in Baronio, ſicque ſuadere videntur proxima verba ejuſdem contextus. Vat. 1.

NOTÆ

XLVII. 1. PETRUS BULGARUM LEGATUS EXORDITUR) Bulgari a dominio Imperatorum Græcorum armis & juſto bello ſoluti, a Nicolao papa impetraverant presbyteros & epiſcopos, a quibus Chriſtianam religionem edocti Chriſtianam fidem profitebantur. Abſoluta ſynodo legatos miſerant Conſtantinopolim ſciſcitaturi cui parere deberent Romanone Pontifici, an Patriarchæ Conſtantinopolitano. Inſtituta eſt controverſia inter legatos Romani Pontificis, & vicarios ſedium patriarchalium Græcarum, contendentibus illis Illyrium omne, cujus pars erat Bulgaria, Epirum, Miſiam, Theſſaliam, & Dardaniam complectens, ad patriarchatum occidentalem pertinere, & reſiſtentibus vicariis fuiſſe Bulgariam Græcis Imperatoribus ſubjectam, atque adeo pertinere ad patriarcham Conſtantinopolitanum, vicarii ſententiam dixerunt pro Conſtantinopolitano, a qua legati Pontificis ad ſedem Romanam provocaverunt.

ruit, vos & pertinuisse, & pertinere debere, etiam in eo monstratis, quod postulatos nostros sacerdotes & suscepistis, & hactenus veneratione congrua retinetis.

XLIX. Bulgarorum legati dixerunt: *A sancta Romana ecclesia sacerdotes* [a] *nos petiisse & suscepisse, & hactenus habere nos confitemur,* [b] *& ei in omnibus obedire decernimus; verum* [c] *utrum Romanæ, an Constantinopolitanæ ecclesiæ rationabilibus subdi debeamus, cum his Patriarcharum Vicariis diffinite.* Legati sanctæ Romanæ ecclesiæ responderunt: *Propter quæ nos sancta sedes Apostolica cum Orientalibus diffinienda mandaverat, Domino juvante, finivimus;* [d] *de causa autem vestra, secus quam diffinita est, finienda, quia nihil in mandatis accepimus, nihil vel diffinimus, vel in præjudicium sanctæ Romanæ ecclesiæ diffiniendum censemus. Quinimo, quia omnis vestra patria nostris sacerdotibus* [e] *ubique plena est, nulli vos, nisi sanctæ Romanæ ecclesiæ pertinere debere diffinitiva sententia, quantum ex nobis est, promulgamus.*

L. Vicarii orientalium Patriarcharum Bulgaris dixerunt: *Quando vos illam patriam cepistis, cujus potestati subdita erat, & utrum Latinos, an Græcos sacerdotes habuerit, dicite?* Legati Bulgarum dixerunt: *Nos illam patriam a Græcorum potestate armis evicimus, in qua non Latinos, sed Græcos sacerdotes reperimus.* Vicarii Orientalium responderunt: *Si Græcos sacerdotes ibi reperistis, manifestum est, quia ex ordinatione Constantinopoleos illa patria fuit.*

LI. Legati sanctæ Romanæ ecclesiæ responderunt: *A Græcis sacerdotibus argumentum sumere non debetis, quia linguarum diversitas ecclesiasticum ordinem non confundit. Nam sedes Apostolica cum ipsa latina sit, in multis tamen locis pro ratio-*

VARIANTES LECTIONES

XLIX. *a* Vat. 1. *petiisse, suscepisse, hactenusque habere.* *b* Baron. *& eis.* *c* Vat. IV. *Bulgarorum legati coram Basilio imper. & legatis IIII. Apostolicarum sedium longam disputationem habuere, utrum Romanæ, an Constantinopolitanæ ecclesiæ subjecti esse deberent.* *d* Baron. *causa autem vestra.* *e* Sic idem, editi cum Vat. 1. *ut & plena est.*

Vat. 1.

ratione patriæ Græcos sacerdotes & semper, & nunc usque constituens, privilegii sui detrimenta sentire nec debet, nec debuit. Vicarii orientalium Patriarcharum dixerunt: *Etiamsi Græcorum presbyterorum ordinationem vestri juris fuisse doceatis; illam tamen patriam Græcorum regno pertinuisse nunquam negare poteritis*.

LII. Legati sanctæ Romanæ ecclesiæ responderunt: *Sicut Bulgariæ nobis diverso modo pertinere ordinationem dicentes mendacium non loquimur: ita nimirum eandem Bulgariam ex Græcorum regno fuisse nunquam negamus. Sed intueri vos decet, quia* [1] *aliud ordinant jura sedium*, [a] *aliud patiuntur divisiones regnorum. Nos de divisione regnorum non agimus; sed de jure sedium loquimur*. Vicarii orientalium Patriarcharum dixerunt: *Illud quod vobis diverso modo Bulgariam pertinere dicitis, addiscere volumus*.

LIII. Legati sanctæ Romanæ ecclesiæ responderunt: *Sedes Apostolica, juxta quod decretalibus sanctissimorum Romanorum præsulum doceri poteritis, utramque a* [a] *Epirum, novam videlicet & veterem, totamque Thessaliam, atque Dardaniam, in qua & Dardania civitas hodie demonstratur, cujus nunc patria ab his Bulgaris Bulgaria nuncupatur, antiquitus canonice ordinavit, & obtinuit. Ac per hoc ordinationem, quam tunc paganorum Bulgarorum irruptione* [b] *omiserat, non a Constantinopolitana ecclesia modo, ut fingitur, abstulit, sed* [c] *ab his factis ipsa Christianis recepit. Secundo modo*,

VARIANTES LECTIONES

LII. *a* Vat. 1. *aut patiuntur*, leg. *aliud patiuntur*, ut in editis.
LIII. *a* Vat. 1. *Epyrum*. *b* Idem, *omisserat*, Baron. *amiserat*. *c* Idem, *ab iis factis modo Christianis*, Vat. 1. *ab his factis ipsi*, leg. *ipsis*. Baron.

N O T Æ

LII. 1. ALIUD ORDINANT JURA SEDIUM, ALIUD PATIUNTUR DIVISIONES REGNORUM) Quanvis initio sedes episcopales distributæ fuerint juxta provinciarum divisiones, progressu temporum his ob varia bellorum ac foederationum eventa immutatis, illæ tamen immobiles perseverarunt. Ita Innocentius I. epist. XVIII. & Gelasius papa epist. VI. ad Dardanum.

modo, quia Bulgares, qui jure gentili sibi patriam subjugantes, [d] *eam per tot annos retinent, quod ceperunt, sedis Apostolicæ semel, ut superius diximus, patrocinio ordinationique specialiter committentes, nobis debent, nec immerito, subjici,* [e] *quos ultronea voluntate magistros elegere.*

LIV. *Tertio modo, quia eosdem Bulgares sancta sedes Apostolica, jussu quondam sanctissimi papæ domini Nicolai, tam per aliquot nostrum, qui hic sumus, & illic, multas ecclesias dedicantes, sacerdotes creavimus: quam per Paulum, Dominicum, Leopardum, ac Formosum venerabiles episcopos, sed &* [a] *Grimoaldum coepiscopum nostrum,* [b] *quem hactenus* [c] *isti Bulgares cum multis nostris sacerdotibus in conspectu nostro habere se fassi sunt, a diversis erroribus ad catholicæ fidei veritatem multo sudore, Christi gratia prædUce, transferens, ecce ultra triennium tenuit, tenet, ordinat ac disponit. Ideoque consequens non est, ut sine conscientia Romani summi Pontificis ecclesia Romana de quibus præsentialiter vestita cernitur, spolietur.*

LV. Vicarii orientalium Patriarcharum dixerunt: *At quem istorum modorum modo dispensare velitis,* [a] *edicite.* Legati sanctæ Romanæ ecclesiæ responderunt: *Sancta sedes Apostolica vos, quia revera inferiores estis, super sua causa judices* [b] *nec eligit, nec per nos elegit, utpote quæ de omni ecclesia sola specialiter fas habeat judicandi. Sed neque nobis de hac causa sententiam proferre commisit. Quapropter quod ab ea faciendum* [c] *non accepimus,* [d] *ejus cognitionis judicium ei, qui librorum multiplicitate ad defensionem sui multa proferre prævalet, ex integro reservamus. A qua omnis vestra sententia* [e] *tanta facilitate despicitur, quanta levitate profertur.* Vica-

VARIANTES LECTIONES

d Baron. *ecce per quot annos.* *e* Vat. 1. *quos ultronea voluntate magistros.*

LIV. *a* Idem, *Grimualdum*, ut alibi. *b* Idem, *quem actenus*. *c* Libri editi, *iste*, Vat. 1. *isti*, ut in contextu.

LV. *a* Idem Vat. 1. *et dicite*, pro *edicite*. *b* Idem, *nec elegit, nec per nos elegit*. *c* Idem corrupte, *non sepimus*, pro *non accepimus*. *d* Idem, *ejus cognitionis judicium, quem librorum* &c. *e* Idem, *tanta facilitate respuitur*.

LVI. Vicarii orientalium Patriarcharum dixerunt: *Satis indecens est*, [a] *ut vos, qui Græcorum imperium detrectantes, Francorum fœderibus inhæretis, in regno nostri Principis ordinandi jura servetis. Quapropter Bulgarum patriam ex Græcorum potestate dudum fuisse, & Græcos sacerdotes habuisse comperimus, sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, a qua quia per* [b] *paganismum recesserat, nunc per christianismum restitui judicamus.*

LVII. Legati sanctæ Romanæ ecclesiæ clamantes dixerunt: *Sententiam, quam non electi, neque admissi, sive timore, seu gratia, vel quicquid illud est, modo præcipitastis, potius quam protulistis, auctoritate sancti Spiritus usque ad diffinitionem sanctæ sedis Apostolicæ omnino rescindimus, ita ut nullo modo vel nomen habere sententiæ mereatur.* [a] *Teque adjuramus, patriarcha Ignati, auctoritate sanctorum Apostolorum principum coram Deo, suisque Angelis, omnibusque* [b] *præsentibus, ut secundum hanc epistolam sanctissimi restitutoris tui domini Hadriani summi pontificis, quam tibi ecce offerimus,* [c] *industriam tuam ab omni Bulgariæ ordinatione immunem nullum tuorum illuc mittendo custodias, ne sancta sedes Apostolica, quæ tibi tua restituit, per te sua perdere videatur, quin potius si (quod non credimus) justam te habere querimoniam æstimas, sanctæ Romanæ ecclesiæ restitutrici tuæ solemniter suggerere non omittas.*

LVIII. Tunc patriarcha Ignatius apostolicam epistolam suscipiens, licet magnopere monitus, eam [a] legere distulit, & respondit: *Absit a me, ut ego his præsumptionibus contra decorem sanctæ sedis Apostolicæ implicer, qui nec ita juveniliter ago, ut mihi subripi valeat,* [b] *nec ita seniliter deliro, ut quod in*

VARIANTES LECTIONES

LVI. a Baron. *ut vobis, qui Græcorum imperium* &c. *jura reserventur*. b Male Vat. 1. *paganissimum, christianissimum*.

LVII a Idem, *Teque reum, patriarcha Ignati*. b Idem, *præsentibus contestamur, ut secundum* &c. c Baron. *industria tua*.

LVIII. a Libri formis cusi, *legere distulisset respondit*, Vat. 1, ut in contextu. b Vat. 1. *nec ita seniliter delero*, Baron.

in aliis reprehendere debeo, *ipse omittam*. Hoc fine collocutio illa finita est.

LIX. Sed imperialis commotio, licet spem fronte simularet, [a] augmentum suscepit. Legatos tamen S. Romanæ ecclesiæ ad prandium convocans donis optimis decoravit. Eosque Theodosio spathario non ea, qua congruebat sollicitudine, deducendi gratia commendavit; [b] [1] Acodyrcharium usque perducti, [c] negligenterque sine ulla provisione dimissi. Post dies aliquot navigantes, in Sclavorum [d] deducti manus pro dolor! inciderunt, bonisque omnibus ac authentico, in quo subscriptiones omnium fuerant, [e] exemplari denudati sunt, ipsique [f] capite plexi fuissent, nisi ab his, qui ex illis [g] aufugerant, sibi timuissent.

LX. Tandem apostolicis, imperialibusque literis ab exilio liberati, & undecimo Kalendarum Januariarum die, Indictione quarta, Romam reversi, omnia, quæ superius diximus, [a] coram sanctissimo summo Pontifice, ac proceribus retulerunt, nihilque aliud scripturarum, quam librum actionis Ignatii, & libellos, quos a Sclavis receperant, [b] & reliquos libellos, quos [c] Supponi archiministro, & Anastasio prudentissimo bibliothecario sanctæ sedis Apostolicæ ([d] cujus præscientiæ sollicitudine exemplar amissæ synodi, quod sibi scri-

VARIANTES LECTIONES

LIX. *a* Baron. *argumentum*. *b* Ita Vat. 1. & ex eo libri editi; leg. *a quo Dyrrachium* &c. ut in Notis. De ea re Anastasius in Præfatione ad Octavam synodum, quem laudat Baron. ad ann. 869. num. LXXXV. *c* Vat. 1. *neglegenterque*. *d* Idem, *deducti Domago i manus*: ita depravate. *e* Idem, *denudati*, sine ea voce, *exemplari*. *f* Idem, *capite plecterentur*. *g* Idem, *aufugerant*, *timeretur*.

LX. *a* Idem Vat. 1. *quoram*, pro *coram*. *b* Baron. *seu & reliquos*. *c* Idem, *Supponis Archiministri Imper. & Anastasii prudentissimi Bibliothecarii sanctæ sedis Apostolicæ hujus præscientia solicitudine salvos, & exemplar* &c. *d* Vat. 1. *hujus præscientiæ*. Baron.

NOTÆ

LIX. 1. ACODYRCHARIUM USQUE PERDUCTI &c.) Legendum procul dubio est: *a quo Dyrrachium usque perducti*. Dyrrachium, hodie *Durazzo*, urbs est Macedoniæ in litore posita maris Adriatici e regione Brundusii, de qua Cicer. lib. XIV. epist. famil. epist. C. *Dyrrachium veni, quod & libera civitas est, & in me officiosa, & proxima Italiæ*.

ſcribendum impetraverat, eccleſia Romana ſuſcepit) dudum Conſtantinopoli commendaverant, oſtendere potuerunt.

LXI. Superiore tempore [a] Formoſus Portuenſis, & Paulus Populonienſis venerabiles epiſcopi, qui cum ceteris juſſu ſanctiſſimi papæ Nicolai cauſa prædicationis deſtinati fuerant, remeantes [b] de chriſtianitate Bulgarum, ac omnimoda ſubjectione, qua ſpecialiter ſanctæ Romanæ eccleſiæ [c] devotiſſima colla ſubmiſerant, ſedem Apoſtolicam recrearunt, & Michaelis Bulgarici regis legatum Petrum nomine ſummo Pontifici præſentarunt. [d] Qui legatus cum donis regalibus regias quoque literas [e] obtulit, [f] ſummum Præſulem ſummopere deprecantes, ut aut Marinum ſibi bene compertum diaconum archiepiſcopum conſecratum remitteret, aut aliquem [g] ex Cardinalibus dumtaxat ſuæ eccleſiæ virum ſapientia, perſona, [h] vitaque archiepiſcopatu digniſſimum Bulgaris [i] eligendum dirigeret, quem poſt approbationem eorumdem, denuo remeantem [k] archiepiſcopali miniſterio ſublimaret.

LXII. [1] Sed Marino Conſtantinopolitanum miſſaticum devotiſſime, [a] ut diximus, ſortito, ſummus Pontifex Silveſtrum [b] quendam ſubdiaconum [c] Bulgaris eligendum dire-

VARIANTES LECTIONES

LXI. *a* Baron. *Formoſus & Paulus Populonienſis*. *b* Idem, *de Chriſtianiſmo*. *c* Idem, *devotiſſime*. *d* Vat. IV. *Poſtea vero legatus Michael*, cod. Barberin. 2017. *legatus Michaelis Bulgarici regis*, editi cum Vat. I. *Qui legatos*, Baron. ut in contextu. *e* Vat. IV. *obtulit ſummo pontifici Hadriano*, Vat. I. *optulit*. *f ſummopere*) adverbium hoc Vat. IV. non agnoſcit. *g* Baron. *ex Cardinalibus presbyteris*. *h* Vat I. *bitaque*, pro *vitaque*. *i* Vat. IV. *eligendo*. *k* Idem, *archiepiſcopali officio*.

LXII. *a* Vat. I. *ut diximus penitente ſortito*, Baron. *obtinente*; ad marginem vero, *obeunte*. *b* Ita Vat. I. & IV. cum cod. Barberin. vulgati, *ſubdiaconum* reticent. *c* Vat. I. *Vulgaris*, ut ſupra & mox infra. Vat. IV.

NOTÆ

LXII. 1. SED MARINO CONSTANTINOPOLITANUM MISSATICUM &c.) Marinus a Bulgaria reverſus, quo a Nicolao papa miſſus fuerat, Conſtantinopoli, mandante Hadriano, ſubſliterat, & miſſi pontificii ſeu legati perſona & munere fungebatur.

Al-

[d] direxit, quem cum Leopardo Anconitano, & Dominico Tarviliensi episcopis, [e] simul & literas [f] pro archiepiscopo, aut Formoso Portuensi episcopo remittendo importunissime deprecantes remittentibus Bulgaris magna sub velocitate [g] recepit. Quibus inter non nulla rescripsit, ut quemcunque nominatim devotio regalis exprimeret, eum sine dubio pontificalis provisio Bulgaris archiepiscopum [h] commodaret.

LXIII. [a] At vero Bulgarum rex expectationum moras diutius ferre [b] non valens, ad Græcorum Imperatorem, natorum Theodoræ occasione,[1] alterna regna sibi alternatim rapere machinabantur, adductus eundem Petrum, quem a Roma sine desiderii sui effectu sero receperat, cum aliis e latere suo Constantinopolim requisitionis gratia [c] cui potissimum Bulgaria pertinere deberet, emisit, ibique a legatis nostris, [d] quod juri Romano [e] pertinerent, sunt convicti.

LXIV. [a] At postmodum per Orientales Constantinopolitanosque donis ac promissionibus persuasi, Græcos sacerdotes, juxta quod [b] [1] Grimoaldus episcopus, qui ab his se repul-

VARIANTES LECTIONES

d Vat. IV. *direxit cum episcopis Leopardo Anconitano & Dominico Triviensi*, Vat. I. *cum Leopardo Anchonitano, & Dominico Trivensi*, cod. Barberin. *Dominico Traniensi*, Baron. *Dominicum Travirensem*. *e* Idem, *cum illi essent litteris*. *f* Idem, *pro Marino archiepiscopo ordinando*. *g* Idem, *receperant*. *h* Idem, *commodaret, Marino exceptis atque Formoso*.

LXIII. *a* Vat. I. *Ad vero*, pro *At vero*, ut alibi. *b* Idem, *non valens quanta esse quam a Gracorum imperatore quam natorum Theodorum* &c. sic mendose: lege, *non valens ad Gracorum Imperatorem* &c. ut in editis. *c* Baron. *cui potissimum Bulgaria pertinere*; in Vat. I. *Bulgaria* desideratur. *d* Idem, *quo juri*, *e* Idem, *pertinerent convicti*. *ac* &c.

LXIV. *a* Vat. IV. *Postmodum per Orientales, Constantinopolitanosque Bulgari donis & promissionibus persuasi, Gracos sacerdotes suscipientes, Romanos ejecerunt*. *b* Vat. I. *Grimualdus*. Idem.

NOTÆ

LXIII. 1. ALTERNA REGNA &c.) Videtur deesse pronomen *qui*.

LXIV. 1. GRIMOALDUS EPISCOPUS, QUI &c.) Hunc Grimoaldum episcopum Polimartiensem in Bulgariam miserat Nicolaus papa pro instructione Bulgarorum in recta fide. Sed a Græcis presbyteris ejectus, Constantinopolim primum se recepit, deinde Romam dittissimus reversus est non sine vehementi suspicione, quod Græcorum muneribus delinitus & corruptus, officium sibi a Nicolao creditum deseruerit.

A D-

repulsum fatetur, suscipientes, nostros ejiciunt, & per eundem Grimoaldum episcopum quia sine conscientia sedis Apostolicæ commissum sibi prædicationis officium deserens, Romam ditissimus remeavit, magnum epistolæ volumen [c] frivolis allegationibus, tanquam sub prætextu deliberatæ sententiæ, synodo præsidentium implicatum Apostolicæ sedi super excusatione sua remisit. In quo facto, quia episcopus a Bulgaris expulsum, epistola tacente, se asserit, & presbyteri non se pulsos a Græcis, vel Bulgaris, sed ab episcopo [d] circumventos, profecto dubium, quin mutua subsit proditionis imago, donec Christus renum rimator & cordium in suorum servorum examine hanc in lucem protulerit, non videtur. [e] Iste beatissimus oleo unxit & Imperatorem constituit Karolum Ludoici filium.

JO-

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *fribulis*, pro *frivolis*. d Idem, *conventos, protectosque, dubium quare commussitant, proditionis imago quodammodo suspicatur, sed veritatis integritas donec Christus renum rimator* &c. e *Iste beatissimus* &c.) Ex Vat. IV. postrema hæc suppleta sunt, quorum defectus in editione Moguntina ita subnotatur: *Videntur aliqua deesse*. *Annos X.*

ADMONITIO

IN codice Vaticano signato num. 3764. ab Hadriano II. cujus vita absoluta non est, fit statim transitus ad Stephanum V. sive VI. omissis Pontificum vitis Joannis VIII. & Hadriani III. qui intercessere inter Hadrianum II. & Stephanum V. Creditur non sine gravi suspicione ex scriptoris imperitia id accidisse, qui similitudine nominum Hadriani II. & Hadriani III. deceptus, ad Stephanum, tribus intermediis omissis, imprudens properaverit. Ex autographo Cl. viri Joannis Vignolii pauca hæc ad qualecumque operis complementum subnectimus, ex codicibus Vaticanis 3764. 3763. 4985. ab eodem descripta.

SEDIS

CVII.

JOHANNES VIII.

I. JOHANNES *natione Romanus, ex patre Gundo* [1] *sedit* [a] *annos* x. *dies* 11. *Hic beatissimus pro utilitate omnium ecclesiarum Dei,*[b] *& præcipue Gallicanæ ecclesiæ Arelatem maritimali itinere devectus est.* [2] *Ubi Leo abbas in præsentia ejus veniens, contra* [c] *Girbertum Nemausensem episcopum conquestus est. Monasterium enim sancti Petri, in quo quiescit corpus beati Ægidii,* [3] *in finibus Gothiæ in valle Flaviana, quam vallem Flavius quondam rex beato Ægidio donaverat, & sanctus Ægidius exinde donationem integriter Romanæ ecclesiæ, & domno papæ Benedicto fecerat, & ibi in veneratione principum Apostolorum Petri & Pauli monasterium ædificaverat, præfatus Girbertus* [d] *Nemausensis antistes prædictum monasterium quadam teme-*

An. Chr. 872. *Ludovici II. Imper.* 7. *Basilii Imper.* 7.

VARIANTES LECTIONES

I. *a Annos* x. *dies* 11.) Ita alii codices, Vat. v. dies non profert. *b* Cod. Vat. 4985. *& præcipue pro Gallicanæ ecclesiæ.* *c* Sic idem; infra autem, *Gisbertus*, cod. Vat. 3763. *Gibertum*, infra, *Girbertus*, ut in contextu, cod. Barberin. 2017. *Gilbertum*; sic infra. *d* Cod. 4985. *Nemanensis*.

Cod.

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANNOS X. DIES 11.) Defuncto Hadriano papa mense Novembri anni 872. die decima quarta mensis Decembris, quæ dies erat Dominica, consecratus est pontifex Joannes VIII. ut inquit Annalista Bertinianus ad eum annum: *Adrianus papa moritur, & Joannes archidiaconus Romanæ ecclesiæ* XIX. *Kalendas Januarii in ejus locum substituitur.*

2. UBI LEO ABBAS IN PRÆSENTIA EJUS VENIENS CONTRA GIRBERTUM NEMAUSENSEM EPISCOPUM &c.) De hac re silet omnino Baronius. Eum latuit fortasse hic codex, in quo describitur hæc controversia inter abbatem Leonem, & episcopum Nemausensem super monasterio sancti Petri, affirmante Leone pertinere ad ecclesiam Romanam vi donationis eidem factæ a sancto Ægidio, & Girberto jus in illud sibi vindicante.

3. IN FINIBUS GOTHIÆ IN VALLE FLAVIANA, QUAM VALLEM FLAVIUS QUONDAM REX BEATO ÆGIDIO DONAVERAT) Vallis Flaviana dicebatur regio quædam in comitatu Ruscinnensi posita, non longe a Perpiniano, proxime finibus Galliarum.

DEIN-

temeritate invadens, eidem Leoni abbati [e] *abstulerat.* [4] *Deinde præceptum ex rege Francorum exceperat, in quo nec firmitatem credens, Romanum pontificem* [f] *adiit.*

II. *Super hoc in auctoritatem furtim, quasi de suis, Apostolicam exquisivit. Sed sanctæ recordationis domnus* [a] *Nicolaus papa licet hujus fraudis esset ignarus; divino tamen spiritu plenus, omnes de hoc legem quærentes excusare fategit. Sed domnus Johannes papa cum munimenta* [b] *chartarum ejusdem monasterii requireret, privilegium,* [c] *quod Romæ venerabilis papa Benedictus sancto Ægidio corporaliter tradiderat, ei oblatum est. Tunc domnus papa Johannes* [1] *per* [d] *Deusdedit ducem Ravennatem, advocatum suum contra Girbertum Nemausensem episcopum, ipsum monasterium quæsivit. Tunc ambarum partium advocatis* [e] *per fidejussorem ligatis,* [f] *executore dumtaxat Georgio scriniario, & Deusdedit agente, voluit idem Girbertus episcopus per præceptum domni Nicolai piæ memoriæ ibi relictum,* [g] *quod furtim quasi de suis, ex Apostolica sede fraudaverat, & per præceptum, quod ex quodam rege Francorum falsum exceperat, in quo nec ulla firmitas subsistebat, defendere.*

III. *Sed domnus Papa omnes episcopos & judices Romæ, vel provinciales* [a] *sub excommunicationis anathemate admonuit*

VARIANTES LECTIONES

e Cod. 3763. *abstulerat eidem Leoni*. *f* Vat. IV. *hadiit*.

II. *a* Idem, *Nicholaus*. *b* Cod. 3763. *carthabrum*. *c* Idem, & cod. Barberin. *quod Romanus*. *d* Iidem & Vat. IV. *Deusde*: sic deinceps; cod. 4985. ut in contextu. *e* Cod. 3763. *per fidejussorem legatis*. *f* Cod. 4985. *executorem duntaxat Gregorio Serimario* (leg. *scriniario*) *&* *Deusdedit agente*, Vat. IV, & cod. 3763. *& Deusde agentem*. *g* Idem, *quo furtim*.

III. *a* Cod. 4985. *sub anathemate excommunicationis*.

Cod.

NOTÆ

4. DEINDE PRÆCEPTUM) Rescriptum nempe, vel privilegium, uti in Glossa Petri Urbevetani ad hunc locum.

II. 1. PER DEUSDEDIT DUCEM RAVENNATEM) Nomine ducis Ravennatis intelligi debet primarius aliquis judex Ravennæ, non alius, qui Ravennæ ducatum teneret. Erat enim iste titulus dignitatis, non jurisdictionis, ut alias admonuimus in Hadriano I. num LXIII. Tom. II.

TUNC

nuit de hoc rectam legem dicturos & facturos. [1] *Tunc Rostagnus Arelatensis archiepiscopus, & Aribertus Ebredunensis archiepiscopus,* [2] *Walbertus Portuensis episcopus, Paschalis Amerinus episcopus, Radbertus Valentiæ episcopus,* [b] *Lítiduinus Massiliensis episcopus, Ictarius Vivariensis episcopus, & alii episcopi provinciæ & judices,* [3] *Johannes dux & dativus Ravennæ, Ardus, Adbertus, Guisalfredus, Arderadus, Godulphus, & alii non nulli provinciales judices, ut præceptum lectum audierunt, mox cognoverunt Apostolicam domni Nicolai censuram excusare de hoc legem quærentes, & dixerunt per illud præceptum hoc monasterium non posse defendi, judicantes statim, ut præfatum monasterium Girbertus episcopus domno Papæ redderet, & pœnam invasionis sibi componeret. Tunc ipsum advocatum Deusdedit ducem Ravennatem domnus Papa illuc transmisit; qui super hoc corporalem traditionem de omnibus rebus prædicti monasterii* [c] *tam intus, quam extra a præfato Girberto episcopo recepit.*

IV. *Deinde in Galliam transitum faciens* [a] *anno incarnationis Dominicæ* DCCCLXXVIII. XV. *Kal. Septemb. Indictione* XI. *anno pontificatus sui in sacratissima sede beati Petri apostoli* VI. [1] *apud Trecas civitatem* [2] *in præsentia domni Hlu-*

VARIANTES LECTIONES

b Cod. 3763. *Lutiduinus*, cod. Barberin. *Lituinus*. *c* Idem, *quam intus, tam extra.*
IV. *a* Sic idem, reliqui MSS. *anno* &c. DCCCLXXVIIII.

Cod.

NOTÆ

III. 1. TUNC ROSTAGNUS ARELATENSIS ARCHIEPISCOPUS) Rostagnus archiepiscopus Arelatensis pallio donatus fuit a Joanne VIII. ut constat ex Joannis epist. XCIII.

2. WALBERTUS PORTUENSIS EPISCOPUS) Walbertus hic missus fuit a Joanne papa legatus Cajetam ad dissolvenda fœdera inita cum Sarracenis a Neapolitanis, aliisque finitimis populis, ex epist. Joannis XXXVI.

3. JOHANNES DUX ET DATIVUS RAVENNÆ) Jureconsultis judex *dativus* sive datus est judex, qui a magistratu datur, *leg. Judex datus 46. ff. de Judic.* quique utpote jurisdictionis expers sententiam ferre potest, exequi non potest, *leg. A divo Pio 15. ff. de Re judicat.*

IV. 1. APUD TRECAS CIVITATEM &c.) Trecæ, nunc *Trojes*, civitas episcopalis posita in Campania una ex præcipuis Galliarum provinciis.

2. IN PRÆSENTIA DOMNI HLUDOICI

[b] *Hludoici serenissimi regis* [c] *concilium permaximum celebravit.*

V. *Hujus etiam temporibus* [1] *floruit Anastasius Romanæ ecclesiæ bibliothecarius, qui tam græco, quam latino eloquio pollens, septimam universalem synodum de græco in latinum, ipso jubente, transtulit. Transtulit etiam de græco in latinum* [a] *hjerarchiam Dionysii Areopagitæ Athenarum episcopi scriptam ad Thimotheum episcopum Ephesi, & direxit Karolo imperatori filio Hludoici. Transtulit etiam de græco in latinum passionem sancti Petri Alexandrini archiepiscopi, & passionem sancti* [b] *Acatii sociorumque ejus, & vitam sancti Johannis* [c] *eleemosynarii.*

MARI-

VARIANTES LECTIONES

b Cod. 3763. *Ludovici*. *c* Cod. Barberin. *consilium*.

V. *a* Idem, *gerarchiam*, Vat. IV. *yerarchiam*. *b* Idem, *Agathii*, Cod. 4985. *Icatii*. *c* Idem, & cod. 3763. *helemosinarii*.

Mari-

NOTÆ

DOICI SERENISSIMI REGIS CONCILIUM PERMAXIMUM CELEBRAVIT) Anno octingentesimo septuagesimo octavo die XIX. mensis Augusti Joannes papa concilium Trecis celebravit, cui præsens fuit rex Ludovicus Balbus. In illo lata est excommunicatio in Lambertum & Adalbertum Romanam ecclesiam vexantes: decretum conditum in viros transeuntes ad secundas nuptias vivente prima uxore: aliud etiam contra episcopos migrantes a minori episcopatu ad majorem: & confirmati canones synodi Ravennatensis, & sex alii additi, ut ex veteri codice descripto a Sirmundo Tom. III. Concil. Gall.

V. I. FLORUIT ANASTASIUS ROMANÆ ECCLESIÆ BIBLIOTHECARIUS) Anastasius abbas Romanus fuit sanctæ Romanæ ecclesiæ bibliothecarius, floruitque sub summis pontificibus Nicolao I. Hadriano II. & Joanne VIII. non septimam universalem synodum tantum Constantinopoli celebratam; sed & quintam, & octavam, cui interfuit, de græco sermone in latinum transtulit.

MARI-

CVIII.

MARINUS


I. [1] MARINUS *natione Gallisanus*, *ex patre Palumbo presbytero* [2] *sedit ann.* I. [b] *mens.* V. [c] *& cessavit episcopatus diebus* II. HA- *An. Chr.* 882. *Caroli III. Imper.* 3. *Basilii Imper.* 17.

VARIANTES LECTIONES

I. *a Marinus*) Vat. IV. in margine addit: *Secundus*; cod. 3763. *Martinus Secundus*, sed perperam; cod. 4985. *Martinus*, supra autem charattere non eodem, *al. Marinus*. *b* Vat. VI. *menses* IIII. *c & cessavit episcopatus* &c.) Ex cod 3763. alii codices ista non legunt. Vat. IV.

NOTÆ

I. 1. MARINUS) Ex codice vaticano 3763. ubi legitur Martinus II. Platina excripsit Martinum, non Marinum. Inde error in reliquos propagatus est, nam qui dici debebat Marinus II. dictus est Martinus III. & deinceps IV. & V. Exstat nummus argenteus, in quo perspicue legitur: MARINI. PP. & non MARTINI. sed & bulla plumbea apud me est, quæ pariter signata est nomine MARINI, cujus ectypum hic damus.



Marinum porro II. legimur in Spicilegio Daceriano in rescripto: *in mense Februario, Indictione* 1. *dato* II. *nonas Februarii anno Deo propitio Pontificatus domini nostri Marini summi pontificis, & universalis papæ in sanctissima sede B. Petri apostoli anno* 1. *Indictione* 1. quæ indictio cadebat in ann. Chr. 882. Et apud Ughellium: *datum pridie Idus Junias anno pontificatus domni Marini universalis papæ* II. *Indictione* 1. Similiter lapsus est Platina quum Marinum I. natione Gallum fecit, quem Italum, nempe in Gallesio oppido Faleriorum ortum constat.

2. SEDIT ANN. I. MENS. V.) Quamvis per hæc tempora Chronologia Pontificum Romanorum non satis perspicue procedat, neque dies creationum, atque consecrationum a scriptoribus referantur, videtur tamen constare Joannem papam VIII. obiisse mense Decembri anni DCCCLXXXII. & statim eidem suffectum fuisse Marinum, ordinatumque eodem mense Decembri. Et quum decesserit mense Majo anni DCCCLXXXIV. completur tempus ejus vitæ integro anno cum quinque mensibus.

CIX.

HADRIANUS III.

An. Chr. 884. *Caroli III. Imper.* 4. *Basilii Imp. an.* 18.

I. HADRIANUS *natione Romanus, ex patre Benedicto* [1] *sedit ann.* I. [a] *mens.* IIII. [2] *Hic constituit, ut Imperator non intromittat se de electione domni Papæ.*

STE-

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. IV. VI. & VII. ita, cod. 3763. *mens.* II.

In

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANN. I. MENS. IIII.) Marino papa anno DCCCLXXXIV. mense Majo ad Deum translato, paucos post dies ad sedem pontificiam elevatus est Hadrianus III. quam rexit usque ad mensem Septembrem sequentis anni.

2. HIC CONSTITUIT UT IMPERATOR NON INTROMITTAT SE DE ELECTIONE DOMNI PAPÆ) Hujus decreti nulla est mentio apud V. Baronium silentibus antiquis scriptoribus. Post Platinam Sigonius lib. V. de Regno Italiæ illud recitat his verbis: *Hadrianus, sive proximo Joannis, si negaret, exemplo deterritus, sive Romæ, atque Italiæ laude saluteque permotus, facile petentium in potestate fuit, & statim duo insignia decreta fecit, unum pro Romanorum libertate, ut Pontifex designatus consecrari sine præsentia regis, aut legatorum ejus posset: alterum pro dignitate Italiæ, ut moriente rege Crasso sine filiis regnum Italicis principibus una cum titulo imperii traderetur.* Quod decretum confirmare visa est electio, & consecratio Stephani V. Hadriano successoris quæ peracta est sine interventu legatorum Imperatoris.

SEDIT

CX.

STEPHANUS V.

An. Chr. 885. Caroli Crassi Imper. 5. Basilii Imper. 19.

I. [a] STEPHANUS natione Romanus, [b] ex patre Hadriano [c] de regione via Lata [1] sedit [d] annos quatuor, menses septem, dies quatuordecim. Iste siquidem beatissimus Pontifex nobilium parentum Romanorum quoque prosapia ortus, dum per Dei gratiam cresceret sacris est edoctus dogmatibus studio & sollicitudine Zachariæ sanctissimi episcopi consanguinei sui, & sedis Apostolicæ bibliothecarii; [e] cumque conspiceret piæ memoriæ Hadrianus junior pontifex moribus bonis pollentem, & literarum studiis ferventem, a prædicto inclyto genitore suo eum auferens, ad subdiaconatus, Deo favente, gradum provexit; statuens eum inter alios sibi familiarem, & in patriarchio Lateranensi ecclesiasticum peragentem officium, & hoc honore percepto vitam ipse duxit mirabilem.

II. Erat enim corpore castus, animo benivolus, vultu hilaris, eloquio prudens, opibus largus, [a] ingenio facundus, [b] mœrentium consolator, pupillorum, & inopum enutri-

VARIANTES LECTIONES

I. *a* In margine codicis Vat. IV. Stephanus hic *V.* scribitur: alius autem Stephanus Bonifacii VI. successor, *VI.* ibidem numeratur. *b* Idem Vat. IV. *ex patre Adriano*. *c* Cod. 3763. *de via Lata*. *d* Idem, *annos* VI. *dies* IX. Vat. IV. *ann.* VI. *dies* XIIII. Vat. V. prave, *annos* X. Vat. VI. *ann.* VI. *dies* VI. Inde addit Vat. IV. *A morte S. Gregorii pp. usque ad hunc Stephanum sunt anni* CCXIIII. cod. Barberin. *sunt anni* CCLXIIII. error forte manavit ex eodem Vat. IV. ex quo ille exscriptus videtur, & in quo numerus *x*. prius exaratus, postmodum deletus inspicitur. *e* Vat. I. *quem scilicet cum conspiceret*.

II. *a* Baron. *ingenio fecundus*. *b* Vat. I. *merentum*.

Idem,

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANNOS QUATUOR, MENSES SEPTEM, DIES QUATUORDECIM) Mortuo Hadriano III. mense Septembri anni octingentesimi octogesimi quinti, ad finem ejusdem mensis electus est pontifex Stephanus dictus quintus, ab aliis sextus, & pontificatum tenuit annis sex, & paucis diebus, ad annum videlicet usque octingentesimum nonagesimum primum.

MANI-

tritor, & ut generaliter comprehendam, omnium virtutum floribus adornatus. Quamobrem hic idem eminentissimus Præsul in sanctæ Romanæ ecclesiæ servitio perdurans & magis, ac magis [c] specialibus studiis [d] vacans, a reverendæ memoriæ Marino summo pontifice benenotus, & amatus familiaribus ejus potius est ascitus obsequiis. Hujus namque cum castimoniam, & prudentiam, atque fidelitatem idem Marinus summus papa per omnia intueretur, ob suæ fidei & prudentiæ [e] meritum [1] manipularem sibi delegavit, & scita sua spiritali conversatione, tituli beatorum Quatuor Coronatorum presbyterum consecravit, & in nullo a se dum vixit separari permisit.

III. Igitur [1] defuncto recordandæ memoriæ Hadriano papa, qui eidem beatissimo papæ Marino successerat [a] super fluvium Scultinna, in villa, quæ [b] Viulza chara nuncupatur, cujus tempore Romani cives multa tam locustarum devastatione, quam & pluviæ sterilitate, seu famis inopia per-

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *spalibus*. d Baron. *vacans, reverendæ memoriæ* &c. e Vat. 1. *meritum dum ad vix*. (leg *dum vixit*) *manipularem sibi delegavit*.

III. a Idem, *super fluvium Scultina*, Baron. *fluvium Scultinam*. b Vat. 1. *Viulzachara*, Baron. *Vuilczachara*.

Idem,

NOTÆ

II. 1. MANIPULAREM SIBI DELEGAVIT) Qui videlicet ipsi ad manus deserviret, seu negotia administraret. Agnell. in vita Mauri schismatici apud Muratorium Scriptor. Rer. Italic. tom. 2. pag. 143. *Igitur misit ad rectorem suum Siciliæ nomine Benedictum diaconum, qui illo tempore regebat curam de causis ac rebus Ravennatis ecclesiæ*, manipularium *suum, & voluit ipsum rectorem Siciliæ constituere per epistolam*.

III. 1. DEFUNCTO RECORDANDÆ MEMORIÆ HADRIANO PAPA, QUI EIDEM BEATISSIMO PAPÆ MARINO SUCCESSERAT, SUPER FLUVIUM SCULTINNAM IN VILLA, QUÆ VIULZA CHARA NUNCUPATUR) Dum Hadrianus in Franciam pergere destinasset eo invitatus a Carolo imperatore, prope Mutinam in morbum incidit, & moritur, & in monasterio Nonantulano sepelitur. Ita Annalista Lambecianus citatus a Pagio: *Pontifex Romanus* (Hadrianus III.) *ab urbe digressus, & Heridano* (seu Pado) *flumine transito, vitam præsentem finivit, sepultusque est in monasterio Nonantulos*. Monasterium Nonantulanum distat a Mutina quinque milliariis ultra Panarum, seu Scultinam.

FACTO

perpessi fuerant incommoda, credentes se posse hujus venerabilis viri sanctitate relevari, per Dei misericordiam,[a] facto conventu sanctissimorum episcoporum,& totius clericalis ordinis, necnon [c] nobilium senatuum, & virorum illustrium cœtu, acclamantibus omnibus una cum omni populo, & utriusque sexus [d] vulgi multitudine, dixere: *Domnum Stephanum presbyterum Deo dignum omnes volumus, omnes quærimus, & petimus nobis præesse pontificem: quia procul dubio credimus ejus sanctitate nos posse liberari ab imminentibus periculis.*

IV. [a] [1] Tunc quia jam nominatus Hadrianus pontifex Romæ reliquerat Joannem venerabilem Ticinensem episcopum, [b] ut missum Caroli excellentissimi imperatoris pro tuitione urbis, [c] omnes cum eodem legato Imperiali juncti unanimes

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *nobilium senatorum*. *d* Vat. 1. *vulgi multitudine*) verbum, *dixere* silentio præterit.

IV. *a* Idem, *Tunc tam nominatus*. *b* Idem, *& missum Karoli*. *c* Idem, *& omnes*, Baron. *qui omnes unanimes venerunt*.

Idem,

NOTÆ

2. FACTO CONVENTU SANCTISSIMORUM EPISCOPORUM, ET TOTIUS CLERICALIS ORDINIS, NEC NON NOBILIUM &c.) Ecce iterum a quibus, & qua ratione peragebatur Romani Pontificis electio. Conveniebant quotquot Romæ aderant episcopi ad Lateranum, clerici omnes, viri nobiles & illustres una cum omni populo & utriusque sexus vulgi multitudine, & quem Deo dignum judicabant, ad pontificalem dignitatem unanimi consensione adsumebant.

IV. 1. TUNC QUIA JAM NOMINATUS HADRIANUS PONTIFEX ROMÆ RELIQUERAT JOANNEM VENERABILEM TICINENSEM EPISCOPUM, UT MISSUM CAROLI EXCELLENTISSIMI IMPERATORIS PRO TUITIONE URBIS &c.) Hadrianus III. in Galliam, ut diximus, profecturus pro tuitione urbis, & ad coercendum populum ne forte dum ipse abesset tumultus aliquis excitaretur, Romæ reliquerat Joannem Ticinensem episcopum imperialem missum, in quo plebs Imperatorem ipsum, urbis & Romanæ ecclesiæ defensorem, quodammodo revereretur. Hinc tamen in Imperatore nulla adstrui potest jurisdictionis seu dominii species in urbem, ex indulgentia & concessione ipsorum summorum Pontificum ob insolentiam Romani populi, ut pluries fingit Pagius in Critic. Baronii cum alibi, tum maxime ad ann. 855. num. v. in vita Leonis IV. ubi hæc ait: *Subdit Anastasius, Danielem falsi testimonii crimine convictum fuisse, sed tamen Imperatorem eum de mortis periculo liberasse. Qua ex narratione liquet, Ludovicum II.*

nimes venerunt ad domum, ubi cum patre ipse almificus Stephanus [d] sancto meditabatur colloquio, [e] & ecce fractis foribus tenetur, & ducitur electus Dei pontifex [2] ad eumdem titulum sanctorum Quatuor Coronatorum sibi creditum reluctans plurimum, simul cum patre acclamantibus utrisque, & indignos se tanto honore profitentibus. Ubi & omnes sanctæ Romanæ ecclesiæ scholæ gaudentes conjunctæ eumdem venerandum electum trahentes, ad Lateranense, Christo præduce, perduxerunt palatium cum omni honore & debita reverentia.

V. Prius quidem quam ad sacrum pervenerit palatium tanta pluviarum cœlitus facta est inundatio, quæ sua ubertate terram a multo retro tempore aridam reficeret, ut aperto judicio Deus ostenderet tanti almigeri viri meritis, ac precibus omnibus se velle propitiari populis. Quo scilicet in eodem residente palatio gaudent utriusque ordinis proceres, & debitam fidelitatem cœperunt exhibere. [1] Adveniente autem proximo die Dominico ad beati Petri Apostolorum prin-

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *sancta meditabatur colloquia*. e Vat. 1. *& fractis foribus*.

Idem,

NOTÆ

cam II. Arg. Dominio Urbis *vere potitum esse; non vero solo Defensoris, & Protectoris Ecclesiæ titulo, ut multis persuasum est.* Sed aperte abutitur Pagius auctoritate Anastasii; omittit enim reliqua verba, quæ proxime habentur sub finem vitæ ejusdem Leonis IV. in editione Moguntina pag. 293. in nostra autem editione pag. 141. num. CXII. videlicet: *Sed cum jam traditum Danielem Imperator a Gratiano* MULTA ET HUMILI SUPPLICATIONE PETIVISSET, *Gratianus assensit: quem ille statim, plenaria sibi reddita gratia, libenter suscepit, & sic de mortis est periculo liberatus.* Frustra vero Imperator precibus implorasset, si jure dominii id facere potuisset, quum vel cuique privato homini *superfluum sit precibus postulare quod lege permissum,* juxta rescriptum Leonis imperatoris *in leg. Unica Cod. de thesaur. lib. X.*

2. AD EUMDEM TITULUM SANCTORUM QUATUOR CORONATORUM) De hoc titulo pluries supra præsertim in Leone IV. num. IV. & LXXXIX.

V. 1. ADVENIENTE AUTEM PROXIMO DIE DOMINICO AD BEATI PETRI APOSTOLORUM PRINCIPIS LIMINA OMNIS ROMANA ECCLESIA EUM HONORABILITER DEDUXIT, UBI ET CONSECRATUS PONTIFEX &c.) In quam diem Septembris

eo

principis limina omnis Romana ecclesia eum honorabiliter detulit, ubi & consecratus pontifex missarum ex more [a] celebravit solemnia. Et rediens cum debito honore ac honorificentia ad Lateranense palatium, suum ministerium miris cœpit decorare operibus.

VI. Deinde cum venerabilibus Episcopis, & Augustali legato, ac honorabili Senatu per omnia sacri palatii perrexit [a] vestiaria, quæ in tantum devastata [b] reperit, ut de sacratis [c] vasis, quibus mensas tenere festis diebus Pontifices consueverant, paucissima invenirentur. De reliquis vero opibus nihil omnino. Sed quid mirum [d] si vestiariorum gazas ablatas reperit, qui sacraria perquirens de pluribus donariis, & ecclesiarum ornamentis pæne nihil invenit? [e] [1] Crux tamen aurea illa famosissima, quam Belisarius patritius ad honorem beati principis Petri Apostolorum instituit, & plurimæ sacratissimorum altarium aureæ vestes cum reliquis pretiosis ornamentis non defuerunt. Nam ideo ipse beatissimus Papa coram tantis testibus ea requirere [f] providit, ut cuncti cognoscerent nil tale suis temporibus esse [g] adtemptatum. Idcir-

VARIANTES LECTIONES

V. *a* Idem, *celebravit solempnia*.

VI. *a* Idem, *vestaria*. *b* Idem, *repperit*. *c* Baron. *stratis, quibus mensas ornare*. *d* Idem, *si a vestiario omnes gazas*, Vat. 1. *si vestariorum*. *e* Baron. *Crux autem aurea illa famosissima, quam* &c. *& plurimæ sanctissimorum altarium aureæ vestes defuerunt*, particula negativa rejecta. *f* Idem, *præviait*. *g* Sic Vat. 1. Baron, *ademptum*: in margine, *attentatum*.

Vat. 1.

NOTÆ

eo anno inciderit Dominica, qua Stephanus papa consecratus fuit, nos latet. Hoc unum placet adnotare cum Bibliothecario in basilica sancti Petri juxta veterem consuetudinem Stephanum die Dominica consecratum fuisse.

VI. 1. CRUX TAMEN AUREA ILLA FAMOSISSIMA, QUAM BELISARIUS PATRITIUS AD HONOREM BEATI PRINCIPIS PETRI APOSTOLORUM INSTITUIT &c.) De donatione hujus crucis aureæ factæ beato Petro apostolo occurrit specialis mentio in vita Vigilii papæ num. 11. Part. I. pag. 214. ubi hæc habentur: *Tunc Belisarius patricius veniens Romam de spoliis Vandalorum obtulit beato Petro apostolo per manus Vigilii papæ* crucem auream *cum gemmis pensantem libras* C. *in qua scripsit victorias suas: cerostata argentea deaurata majora* 11. *quæ stant usque hodie ante corpus beati Petri apostoli*.

VII. Idcirco gravi mœrore affectus est, quia [1] devastatis [a] vestiariis horrea simul, & cellaria vacua inventa sunt, & quid erogaret clero, & scholis non habebat, vel unde captivos redimeret, orphanos, & viduas pasceret in tam validissima, quæ instabat, fame, carebat. quid faceret? [b] conversus ad patrias facultates, quas incliti sui parentes possederant, abstulit, & larga dextra, [c] prout posset, pauperibus erogavit, & ita, Deo miserante, factum est, ut famis inopiam suo studio mitigaret. Ministros itaque, & familiares hinc inde perquirens [d] tales suis obsequiis aggregavit, qui & vitæ sanctitate, & fidei sinceritate, & sapientiæ doctrina, [e] & eloquentiæ fecunditate, & morum probitate pollerent. Cum autem ad prandium sedebat, orphanos [f] quotidie advocabat, quos ut filios alebat. Convocatos vero nobiles cum corporeis pasceret cibis, spiritualibus epulis refovebat. Et tantum Dei timorem mentis oculis ferebat, & in divinis laudibus insistebat, ut ad ejus prandium sacra per singulos dies lectio recitaretur.

Missa-

VARIANTES LECTIONES

VII. *a* Vat. 1. *vestaciis*. *b* Idem, *conversus ad patrem*, Baron. *conversus est ad patrem, atque facultates, quas* &c. *c* Vat. 1. *prout posse*. *d* Idem, *tales sui obsequiis*, ex veterum forte more eandem literam non geminandi, leg. *suis obsequiis*. *e* Baron. *& eloquentiæ facundia*, *f* Vat. 1. *cotidie*: sic mox infra.

Vat. 1.

NOTÆ

VII. 1. DEVASTATIS VESTIARIIS HORREA SIMUL, ET CELLARIA VACUA INVENTA SUNT) *Invaluerat*, inquit V. Baronius ad ann. 885. numero IV. *pessima illa consuetudo, ut mortuo summo Pontifice invaderent homines sedis Apostolicæ patriarchium, atque deprædarent ipsum*. Huic malo necesse fuit afferre remedium, quod subinde in synodo habita sub Joanne IX. afferri curatum est. Inter alia sic legitur: *Quia sceleftissima etiam consuetudo inolevit, ut obeunte sanctæ Romanæ ecclesiæ sedis Pontifice ipsum patriarchium deprædari soleat, & non solum in ipso sancto patriarchio, sed etiam per totam civitatem, & suburbana ejus talis bacchatur præsumptio, nec non quia & id multum hactenus neglectum est, adeo ut omnia episcopia eadem patiantur uniuscujusque ecclesiæ obeunte pontifice: quod ne ulterius præsumatur, omnimode interdicimus, quod qui facere præsumpserit non solum ecclesiastica censura, sed etiam Imperiali indignatione feriatur*. Ita Baronius ad annum 904. num. XIII. Joannis papæ IX. anno quarto.

VIII. Miſſarum autem [a] ſolemnia quotidie celebrabat, [b] nocte ac die orationi inſiſtebat, & nunquam pſalmodiis ceſſabat, niſi cum utilitates populi ad ſe reclamantis perficere cupiebat, ut oppreſſos ſublevaret, & afflictis ſubveniret. [c] Intuitus vero inſolentiam populi, & cæcitatem [d] cordis ſui vaniloquis, & nefariis fabulis, & otioſis ſermonibus vacantis in eccleſia, & audiens quoſdam, vulgante fama, maleficiis & incantationibus uti, hac allocutione miſſam celebrans populum ammonuit: *Filiationem veſtram, chariſſimi, commonemus, ut convenientes ad ſacratiſſimum Dei templum, id diligenter pertractare ſtudeatis, ad quod veniſtis. Si enim veraciter templum Dei eſſe creditis illud, ad quod convenitis, id procul dubio inibi operari debetis, quod ei placeat, cujus templum eſt, ad quod convenitis. Cum enim ubique Deus ſit, in ſuo tamen templo ſpecialiter debet requiri, & quantum ipſe inſpirare dignatus* [e] *fuerit, inibi quod ei placeat, debet* [f] *expeti. Eſt igitur miſericors Deus, ita tamen ſuam miſericordiam unicuique diſponit impertiri, ut rogantibus eam tribuat, non ingratis: & tanto largiori illam tribuat unicuique pietate, quanto majoribus gemitibus, & ardentiori animo fuerit a quolibet deprecatus, ſicut ipſe dicit:* Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. *Eſt namque templum Dei locus orationis, ſicut ipſe alicubi dicit:* Domus mea domus orationis eſt cunctis gentibus. *Et Pſalmiſta:* [g] Domum tuam decent ſancta Domine. *Quippe ſi orationis domus eſt, id ibi* [h] *oportet agere, quod vocatur, id eſt, orare, pſallere, peccata confiteri, amaris oculorum lacrimis, & mentis gemitibus delicta abluere, & fiducialiter veniam de commiſſis culpis implorare. Eſt quippe ibi ſpecialiter* [i] *reſpectus divinus. Aſſiſtunt ibi* [k] *Angelici ordines pro populo depre-*

VARIANTES LECTIONES

VIII. *a* Vat. 1. *ſolempnia*, ut ſupra. *b nocte ac die*) & reliqua uſque ad vocem, *niſi*. Baron. non legit. *c* Vat. 1. *Intuitus quippe*. *d* Idem, *cordis ejus*. *e* Idem, *fuerit id inibi*. *f* Idem, *expetiri*. *g* Baron. *Domum tuam decet ſanctitudo Domine*. *h* Vat. 1. *oportet peragere*. *i* Idem, *rexpectus*. *k* Idem, *Angelici ordines, Sanctorum chori, qui fidelium vota & preces ſacerdotis pro populo deprecantis ad aures perferunt D. S.*

deprecantes, qui preces nostras ad aures perferunt Domini Sabaoth. Qua, rogo, fronte in sacratissimo Dei templo assistit, qui inanibus fabulis, & otiosis verbis insistit? Nam si de omni verbo otioso in die Judicii ratio est reddenda, de his maxime reddetur ratio, & exigetur vindicta, quæ in conspectu tantorum Sanctorum proferuntur contumaciter in loco Deo dicato. Qua, inquam, spe veniam consequi de præteritis arbitratur delictis, qui non solum peccata sua [1] *negligit abluere, sed potius contendit augere? Pavescite illum, qui facto flagello de funiculis ejecit vendentes, & ementes de templo. Remissius scilicet est utiliter negotiari, quam inaniter & otiose confabulari. Cum convenitis ad locum orationis, cum silentio state, intento corde Deum deprecamini, ut orantis pro vobis sacerdotis vota suscipiat, preces exaudiat, habentes præ oculis monentem Dominum, & dicentem*: Cum statis ad orationem dimittite si quid habetis adversus alterum, ut & Pater vester cœlestis dimittat vobis peccata vestra. *Hæc meditantes, &, divina gratia inspirante, facientes & evangelicis, & apostolicis documentis imbuti, impetrata ab omnipotenti Deo misericordia, cum fructu bonorum operum quasi lampadibus illuminati cum gaudio & Christo repræsentari, & cum Sanctis coronari merebimini. De cetero, charissimi, nosse vos volumus, quod legem Dominus populo suo instituens, Moyse teste, intulit dicens*: Maleficum ne patiaris vivere. *In hac itaque urbe, quod dolens dico, inveniuntur quidam, qui non solum maleficos non impetunt, sed potius tuentur & fovent.* [1] *Per quos incantationibus quibusdam dæmones consulere non perhorrescunt, & divinæ legis, & apo-*

VARIANTES LECTIONES

1 Idem, *neglegit*. Idem,

NOTÆ

VIII. 1. PER QUOS INCANTATIONIBUS QUIBUSDAM DÆMONES CONSULERE NON PERHORRESCUNT &c.) Eo usque progressa erat per ea tempora hominum perversitas, ut quidam incantationibus dediti dæmones consulerent super rerum futurarum eventis: quos Pontifex graviter increpare debuit in publica concione, & non resipiscentes anathemate configere.

IN-

apoſtolicæ doctrinæ immemores, quæ intonat dicens. Quæ participatio luci ad tenebras, aut conventus Chriſto, & Belial? *In hoc enim quod, Chriſto contempto, dæmones Gentium more conſulunt, Chriſtianos ſe omnimodis non eſſe fatentur. Quod quam* [m] *horribile, quamque ſit prophanum, ut Chriſto contempto, dæmones Chriſtianus adoret, unuſquiſque perpendat, ut tale facinus fieri perhorreſcat. Quamobrem quiſquis deinceps tali contagio ſe polluere* [n] *tentaverit, alienum vivifici fieri corporis, & ſanguinis Domini noſtri* JESU *Chriſti, Spiritus ſancti judicio, donec a tanta reſipiſcat ignavia, judicamus. Qui vero tam ſalubribus interdictis contemptor extiterit, & in eadem peſtifera pertinacia perſeverans* [o] *reſipiſcere neglexerit,* [p] *perpetuum a Deo patre, &* JESU *Chriſto Filio ejus ſit anathema.*

IX. Cumque talis iſte præſtantiſſimus Præſul exiſteret, & in his, quæ divino cultui conveniunt, fine tenus perſeveraret, tanta illi eſt divinitus gratia conceſſa, ut quicquid habere potuerat, [a] ſacris donabat eccleſiis, [b] captivos redimebat, ſolicitus exiſtens pro ſalute omnium, quia cum fama ſui nominis, atque actuum tam per orientales, quam occidentales partes diffamaretur, pæne omnes ad eum [c] accurrebant, ut ejus benedictionem perciperent.

X. Nam inter alia de donariis, quæ eccleſiis diverſis contulit, longum eſt enarrare, verum ut de multis pauca dicamus, cum in baſilica beati Petri Apoſtolorum principis, ubi ſacro ipſe corpore requieſcit, cerneret nocturnis laudibus vix ſemel thymiamatis incenſum offerri, [1] inſtituit, ut per ſingulas lectiones, & reſponſoria adoleatur. Et in pergula

VARIANTES LECTIONES

m Idem, *orribile*. *n* Idem, *temptaverit*. *o* Idem, *reſepiſci*, leg. *reſepiſcere*. *p* Baron. *in perpetuum*.

IX. *a* Vat. 1. *ſacras ditabat eccleſias*. *b* Baron. *captivos redimeret*. *c* Vat. 1. *occurrebat*. Idem,

N O T Æ

X. 1. INSTITUIT, UT PER SINGULAS LECTIONES, ET RESPONSORIA ADOLEATUR) Frequens eſt in eccleſia Græca ritus thurificandi. Stephanus

gula ipſius baſilicæ ipſe reverendus Papa ob amorem beati Petri [a] nutritoris ſui poſuit [b] cantharam auream unam cum pretioſis margaritis & gemmis, ac ſmalto cum perpendiculo ad pendendum. Nec non & in eadem venerabili baſilica ſancti Petri [2] obtulit regnum aureum unum cum diverſis margaritis, ſpatham cum vagina de auro, & gemmis cum balteo, unam.

XI. Contulit etiam & in eadem baſilica veſtem unam cum auro, [a] & albis gemmis. Vela ſerica in circuitu altaris quatuor, [b] ſed & homelias beati Gregorii numero quadraginta. [c] In qua ſupradicta venerabili baſilica cum idem ſanctiſſimus papa & omnium vitiorum fortiſſimus extirpator malam conſuetudinem [d] inveniſſet, ut presbyteri, qui ibidem Domino ſacrificium quotidie offerebant, omni anno unam [e] mulctam conſuetudinaliter darent, quam conſuetudinem ſanctæ memoriæ domnus Marinus papa anteceſſor ejus fregerat, ſed ſubreptionibus quorundam hominum tempore Hadriani III. papæ [f] repullulaverat, ſub forti obteſtatione [g] præcepit, ut nullus umquam ab eis non ſolum hoc, verum etiam aliquod tributum acciperet; ſed cum omni honore, ſicut ſacerdotes opor-

VARIANTES LECTIONES

X. *a* Idem, *nutritori ſui*, leg. *nutritoris*. *b* Idem, *canthram auream*.

XI. *a* Idem, *& albis*, ſubſtantivum, *gemmis* reticet. *b* Idem, *ſeu & omilias*: ſic etiam infra. *c* Idem, *In qua vero*. *d* Baron. *inveniret*. *e* Vat. t. *uuittam*, Baron. *vittam*: in margine vero hæc adnotantur: *puto legendum vvactam Francum vocabulum* &c. *quod mercedem ſignificat*. *f* Idem, *repullulaſſet*. *g* Idem, *Stephanus papa præcepit*.

NOTÆ

con-

nus papa juſſit, ut ſingulis lectionibus & reſponſoriis adoleatur. In miſſa ſolemni bis altare thurificatur, ad introitum nempe, & ad oblata.

2. OBTULIT REGNUM AUREUM UNUM CUM DIVERSIS MARGARITIS, SPATHAM CUM VAGINA DE AURO, ET GEMMIS CUM BALTEO UNAM) Ad ornatum altaris S. Petri militaria hæc inſtrumenta poni conſueverat. In vita Gregorii II. num. XXII. legimus Liutprandum regem ante corpus S. Petri poſuiſſe inter alia balteum, ſpatham, atque enſem deauratum, & Gregor. Turon. lib. I. cap. LXI. de Mirac. Martyr. inquit: *igitur quodam tempore homo devotus balteum ex auro puriſſimo cum omni apparatu ſtudioſiſſime fabricatum ſuper altare baſilicæ illius poſuit*.

FECIT

oportet ſuum peragere officium, eis liceret. Idem autem ſacratiſſimus Præſul pro ſui ſempiterna memoria cum conſpiceret noctúrnis vigiliis in eccleſia Majori, quæ vocatur ſanctæ & ſuperexaltatæ Dei genitricis MARIÆ ad Præſepe, lampadas conſuetudinarie deeſſe, gabathas argenteas cum lampadibus obtulit, [h] & continuatim vigiliis ardere præcepit. Nec non idem mitiſſimus Pontifex [1] fecit in eadem prædicta baſilica [i] vela quatuor in circuitu altaris majoris, quorum duo ſunt [k] de ſerico pigacio, tertium pavonatile, [l] quartum de Alexandrino [m] ornatum totum in circuitu de olovero.

XII. Denique ſæpedictus a Deo protectus ſanctiſſimus Papa ob retributionem animæ ſuæ fecit in eccleſia beati Pauli apoſtoli doctoris gentium regnum ex auro puriſſimo unum cum diverſis gemmis albis, praſinis, hyacinthinis, & in medio regni cruciculam auream pendentem unam cum catenulis ſuis, & veſtem ſericam [a] ſupra altare majus unam cum auro, & gemmis. [1] Fecit etiam in eadem baſilica egregii Doctoris gentium belotera quatuor, ex quibus unum auro textum. Præfatus vero venerabilis & præclarus Pontifex fecit in eccleſia Domini Salvatoris, quæ Conſtantiniana vocatur, veſtem

VARIANTES LECTIONES.

h Vat. I. *continuatim in vigiliis*. *i* Idem, *belotera* IIII. *k* Idem, *de ſerico pigacl*. *l* Idem, *quartum de Alexandro*. *m* Idem, *ornata tota*.

XII. *a* Idem, *ſupra altare majore*: ſic infra.

Idem,

NOTÆ

XI. 1. FECIT IN EADEM PRÆDICTA BASILICA VELA QUATUOR IN CIRCUITU ALTARIS MAJORIS, QUORUM DUO SUNT DE SERICO PIGACIO, TERTIUM PAVONATILE, QUARTUM DE ALEXANDRINO) Ducangius in Gloſſar. tom. III. col. 198. exiſtimat *pigacium* idem eſſe ac *exametum*: exametum vero explicat pannum holoſericum. Idem tom. V. col. 291. tradit, *pavonatile* bifariam exponi poſſe, nempe vel in pavonum caudarum ſpeciem variegatum, vel coloris pavonatilis, hoc eſt, violacei, Italis *pavonazzo*. De velis Alexandrinis dictum eſt in vita Gregorii IV. num. XIV. XV. & XLIV.

XII. 1. FECIT ETIAM IN EADEM BASILICA EGREGII DOCTORIS GENTIUM BELOTERA QUATUOR) *Belotera*, ſeu velotera, vela ſunt, ſive aulæa, quæ foribus prætenduntur, vernacule *portiere*: Vox, interprete Bulenger. de Veſt. Pontific. cap. XLVI. conflata ex latino velum, & græco θύρα janua.

DUO

vestem supra altare majus auro textam unam cum diversis margaritis.

XIII. Pari modo & in eadem basilica contulit jam fatus reverendissimus Præsul [a] vela serica de blattin byzantea quatuor in circuitu altaris majoris, [1] duo ex his aquilata, & duo [b] de basilisci ornata in circuitu de olovero: Et per singulos arcus presbyterii [c] vela serica leonata nonaginta. Et pro futuro animæ suæ remedio contulit ibidem [d] cantharam exauratam unam, [e] librum Comment. I. Prophetarum librum I. [f] Gestarum rerum libros II.

XIV. Cum autem esset sollicitus pro statu ecclesiarum Dei, ne suis temporibus, quæ in ruinis positæ erant, caderent, ecclesiam beatorum apostolorum Jacobi & Philippi, quæ nimio senio consumpta ruinæ [a] proxima erat, a fundamento renovavit. Quam collato calice, & patena exaurata [b] suo nomine græcis, latinisque literis [c] inscripto adornavit. Et insuper pro sua perpetua salute contulit in eadem basilica Apostolorum cortinam lineam unam, [1] velothera serica tria in circuitu altaris. Et oratorio sancti Thomæ sito in monasterio sancti Andreæ apostoli juxta basilicam Apostolorum fecit vestem unam.

XV. Ipse vero egregius, & prudentissimus papa cum sciret basilicam sanctorum Quatuor Coronatorum, in qua sacerdotii fungebatur officio, [a] modico uti ornatu; pro reverentia,

VARIANTES LECTIONES

XIII. *a* Idem, *delothera serica de blatti*. *b* Idem, *de basilici*. *c* Idem, *vela serica leonati*, leg. *leonata*. *d* Idem, *cantrellam exauratam* I. *e* Idem, *lib. I.* *f Gestarum*) Vat. I. vocem, *rerum* non habet.

XIV. *a* Idem, *proxima inerat*. *b* Sic idem, editi, particulam, *suo* omittunt. *c* Baron. *inscripta*.

XV. *a* Vat. I. *modico uti ornato*. Idem,

NOTÆ

XIII. 1. DUO EX HIS AQUILATA, ET DUO DE BASILISCI ORNATA IN CIRCUITU DE OLOVERO; ET PER SINGULOS ARCUS PRESBYTERII, VELA SERICA LEONATA NONAGINTA) Vela ista diversimode nuncupabantur juxta varias animalium figuras, quæ in illis intexebantur; unde aquilata dicta ab aquilis, leonata a leonibus &c.

XIV. 1. VELOTHERA SERICA TRIA IN CIRCUITU ALTARIS) Vide supra num. XII.

ET

tia, & amore eorumdem Sanctorum obtulit in ea crucem auream super altare cum gemmis, & finalto, [b] [1] & sagulum ad pendendum in regno, & cerostata vestita de argento paria duo. Atque præ nimio amore illorum idem benignissimus Papa contulit ibidem [c] cantharam exauratam unam, Salomonem unum, regnum aureum unum cum gemmis pretiosissimis, & vestem unam cum auro [d] & gemmis albis, atque Sermonum librum unum, Gestarum librum unum, Evangeliorum librum unum cum Epistolis.

XVI. Hic ipse præcipuus præsul magis, & magis divino zelo ductus in eorumdem Sanctorum motus amore fecit in basilica eorum canistra de argento purissimo miræ pulchritudinis operata numero quindecim pensan. simul libras triginta, & tribuit codicem unum beati Johannis [a] Chrysostomi. Fecit autem idem almificus Papa in titulo sancti Marcelli martyris atque pontificis canistrum argenteum unum pensan. libras tres, crucem de auro unam, vela linea sex & viginti, cortinam lineam unam, simulque & Historiarum librum unum, Homelias sancti Gregorii numero viginti. Misit quoque in ecclesiam sanctæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ [b] [1] sitam in Manturiano, librum Regum unum, vestem sericam super altare unam.

XVII. Jam memoratus mitissimus Papa [a] fecit in monasterio ad clivum Scauri crucem auream unam; nec non omnium ecclesiarum sollicitudinem habens ipse piissimus pater

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *& sugulum*. *c* Idem, *cantram*. *d* Idem, *& albis, atque sermonum* &c.
XVI. *a* Idem, *Chrisostomi*. *b* Idem, *sita Manturiano*.
XVII. *a* Idem, *fecis in monasterio clivi Scauri*.

Idem,

NOTÆ

XV. 1. ET SAGULUM) *Sagulum* ex propria notione est vestis genus, quod armis milites superinducebant. Hic existimo, ducta similitudine, accipi pro parvo vexillo, cujusmodi etiamnum crucibus appendi solent.

XVI. 1. SITAM IN MANTURIANO) seu Manturano Tusciæ oppido, de quo in Gregorio II. numero XXIII. Tom. II.

ter contulit in monasterio sancti Silvestri [b] in monte Soracte thymiamaterium de argento unum, [c] [1] cantullam argenteam unam. Et magis ac magis divino amore succensus, fecit in titulo S. Pudentianæ Sermonum librum unum. Et in titulo beatæ Anastasiæ Sermonum, & Epistolarum librum unum. Et in ecclesia, quæ vocatur Hierusalem [2] in Susurrio, obtulit librum Regum, & Salomonis unum, & reverentiam beati Gregorii præcessoris sui præ oculis cordis habens tribuit idem summus Pontifex [d] in hospitali ipsius beati Gregorii in porticu beati Petri apostoli Sermonum sanctorum librum unum. Et in schola cantorum, quæ pridem orphanotrophium [e] vocabatur, Heptateuchum unum.

XVIII. Idem autem elegantissimus Præsul, atque fortissimus rectæ fidei prædicator in ecclesiam Ravennatem auri libras duodecim, argenti libras ..... remisit pro animæ suæ remedio; quæ quorundam subreptionibus inde [a] fuerant ablatæ. Similiter & in ecclesia [b] Imolensi auri libras septem, argenti libras .... [c] ablatas restituit. Item Deum præ oculis habens in Bononiensi ecclesia patenam de argento unam, æque [1] reddidit. [d] [2] Immo & pro perenni mercede in ecclesia alias Sanctorum reliquias per diversos cardinales titulos, alias

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *in monte Sirapti*, ut alibi. *c* Idem, *cantrellam argenteam* 1. *& magis*. *d* Idem, *in hospitale ipsius*. *e* Idem, *vocabatur eptaticum*.

XVIII. *a* Vat. 1. *fuerant ablata*. *b* Idem, *Immolensi*. *c* Idem, *ablata restituit*. *d* Idem, *Immo pro perenni mercede in ecclesia alios per diversi Cardinales titulos alios etiam circumquaque per diversa largitus est monasteria*.

Idem,

NOTÆ

XVII. 1. CANTULLAM ARGENTEAM UNAM) Quam explicat Ducangius tom. II. col. 199. *naviculam, qua mica thuris asservantur, a græco* κανθήλιον, species vasis.

2. IN SUSURRIO) vel in Sessorio, seu Sessoriano, ut in Hadriano I. numero XXXV. Tom. II.

XVIII. 1. REDDIDIT) Pro *dedit*: nisi & hæc fuerat ablata, id quod textus non enunciat. Porro verbum illud non raro accipi in simplici dandi significatu docet Celsus jureconsultus in *leg. Verbum reddendi* 93. *ff. de Verb. signific.*

2. IMMO ET PRO PERENNI MERCEDE IN ECCLESIA, ALIAS SANCTORUM RELIQUIAS &c.) Diligentissimum fuisse Stephanum papam sanctorum

alias etiam circumquaque per diversa largitus est monasteria, ubi plurimis coruscant miraculis: maximam vero partem digna honorificentia collocavit apud ecclesiam, [e] [3] quæ ad Apostolos dicitur. Hanc senio consumptam & ruinæ proximam isdem sanctissimus Papa a fundamentis renovavit, & plurimis donariis comsit & ornamentis. Erat quippe omnis ejus intentio, ut ea semper ageret, quæ Deo sunt acceptabilia.

XIX. Cum clades itaque locustarum, quæ prædecessoris sui, Hadriani videlicet, tempore totam patriam pæne consumpserat, male multiplicato germine nasci cœpissent, & omnia replevissent, misertus idem sanctissimus Papa [a] afflicto populo, primum quidem divulgavit, ut si quis de eis unum sextarium caperet, & sibi attulisset, quinque aut sex denarios ab eo perciperet.

XX. Hoc autem populi audientes cœperunt huc atque illuc discurrere, easque capere, & misericordissimo patri ad emendum portare. Sed cum illas tali argumento delere nequivisset, ad Domini misericordiam confugiens in oratorium beati Gregorii, ubi ejus lectus habetur, juxta ecclesiam principis Apostolorum veniens, sese cum lacrimis in orationem dedit, cumque diutius oraret, surrexit, & aquam propriis manibus benedicens, mansionariis præcepit, dicens: *Tollite & singulis distribuite, monentes ut in nomine Domini agros suos circumeant, & hanc aquam spargant per sata, & vineas, petentes divinum sibi [a] suffragium & subsidium.* Quo

VARIANTES LECTIONES

e Idem, *quæ Apostolos dicitur*, leg. *ad Apostolos*.
XIX. *a* Baron. *afflicti populi*.
XX. *a* Idem, *suffragari subsidium*.

Idem,

N O T Æ

ctorum martyrum reliquiarum scrutatorem admonet Baronius ad annum 886. num. XXXII. fossores per cœmeteria mittendo, iisque eodem ipso instante: quas deinde reliquias Cardinalium titulis, ecclesiis, monasteriis largiebatur.

3. QUÆ AD APOSTOLOS DICITUR) Eadem, quæ supra num. XIV. Apostolorum nuncupatur.

XXI. Quo facto tanta omnipotentis Dei subsecuta est misericordia, ut ubicumque ipsa aqua conspersa est, nulla penitus locusta remaneret. Hæc circumquaque vicini audientes ad urbem confluunt, subveniri sibi deposcunt, omnem terram in pulveris modum locustis coopertam clamitant, quos [a] piissimus papa benigne commonuit, eos de coelo auxilium petere debere contra flagellum imminens, [b] [1] & mox læta . . . . . . [c] Et cessavit episcopatus diebus v.

VARIANTES LECTIONES

XXI. *a* Idem Baron. *benignus papa. b & mox læta . . . .*) His verbis absolvitur cod. Vat. 3764. nempe Vat. 1. ex quo Moguntina editio prodiisse videtur. *c Et cessavit episcopatus diebus v.*) Ex cod. Vat. 3763. qui exinde hæc addit: *Hujus temporibus Normanni adjunctis sibi Dacis pene totam Galliam devastarunt. Propter ipsorum timorem corpus beati Martini Turronen. Altisiodorum est deportatum, & in ecclesia sancti Germani collocatum. Sed monachis propter oblationes litigantibus, & suo Sancto miracula, quæ fiebant, ascribentibus, pro determinatione leprosus inter sanctos Martinum & Germanum positus, ex parte Martini curatus tantum, & alia nocte reversus ex alia parte ab eodem curatus est, non propter impotentiam Germani, sed quod hospitem honoravit.* Hæc eadem recitat Platina in vita hujus Pontificis.

NOTÆ

XXI. 1. ET MOX LÆTA . . .) His verbis desinit editio historiæ vitarum Romanorum Pontificum a Marco Velsero procurata Moguntiæ anno 1602. Quum autem illis iisdem verbis desinat codex Vaticanus signatus 3764. argumento est, Velserum ex hoc eodem codice exscripsisse exemplar illud Moguntiæ editum.

F I N I S.

INDEX RERUM

E T

GLOSSARIUM

Verborum, quæ in hoc tertio Tomo obſcuriora & minus uſitata occurrunt.

A

AD

Ob

ANTI-

B

Imper.

anima

C

CATA-

CORO-

D

Do-

pto

Ora-

F

FRA-

GRI-

H

HOSPI-

K

L

LAPI-

ca

Petrum

M

O

P

PE-

RE-

S

SACU-

ptiis

SCRI-

SISI-

T

TRI-

texta

texta habens histnriam S. Petri prædicantis, 102. Auro texta candidis margaritis, 139. Ex auro purissimo variis ornata gemmis a Catnln rege S. Petro oblata, 201. Chrysoclava cum blatta Byzantea, 28. Cum aquila, 95. Cum auro & gemmis albis, 270. 273. Cum chrysoclavo, 163. Cum chrysoclavo habens Nativitatem & Resurrectionem, atque Baptismum domini nostri Jesu *Christi*, 14. Cum cruce de chrysoclavo, 90. Cum historia beati Martini jacentis iu lectulo, 80. Cum gryhis & chrysoclavo habens Nativitatem Domini, 14. Cum leonibus habens Resurrectionem Domini de chrysoclavo, *ibid.* Cum rotis & hominibus, 89. Cum rotis, aquilis, & cruce cum gammadiis, *ibid.* Cum rotis & hominum effigiebus, *ibid.* De chrysoclavo, 12. 17. 19. 32. 54. 57. 74. 80. 162. De chrysoclavo habens historiam Adsumptionis B. V. MARIÆ, 160. De chrysoclavo habens historiam Nativitatis Domini, 161. De chrysoclavo habens historiam Resurrectionis Domini, 14 De chrysoclavo cum gemmis albis babens historiam Salvatoris, & Apostolos, 182. De chrysoclavo habens historiam Salvatoris iuter Angelicos vultus fulgentis, & beato Petro claves tradentis, 130. De chrysoclavo habens histuriam Salvatoris sedentis in throno, 53. Fundata habens periclysin de stautaci, 19. De fundato, 12. 14. 16. 72. 80. 84. 85. 88. 89. 94. 104. 106. 108. 124. 125. 130. 131. 132. 139. 161. 163. De fundato cum chrysoclavo, 164. De fundato cum cruce in medio, 95. De fundato cum gryphis, 161. Cum gryphis habens periclysin de blatta, 26. De fundato cum leonibus, 17. De fundato cum orbiculis, 140. De fundato cum periclysi de blattin, 52. De fundato cum periclysi de octapulo, 20. De fundato cum periclysi de quadrapulo, *ibid.* De fuodato habens angulos, 81. De fundato habens squilas & periclysin de blatta Byzantea, 20. De fundato habens aquilas & gryphos, & periclysin de olovero, *ibid.* De fundato habens aquilas & periclysin de quadrapulo, *ibid.* De fuudato habeus iu medio crucem, 108. De fundato habens in medio crucem de periclysi, *ibid.* & 109. De fundato habens crucem cum gammadiis de quadrapulo, 163. De fundato habens historiam aquilarum, 81. 89. De fundatò habens historiam leonum, 179. De fuudato habens leones cum arboribus, & cum gryphis, 18. De fuudato habens mucrones per circuitum, 14. De fundato habens in medio tabulam de chrysoclavo, 115. 106. De fundato habens in medio tabulam modicam exauratam, *ibid.* De fundato habens in medio tabulas de chrysuclavo cum effigie Salvatoris, 116. 117. De fundato ornata in circuitu de olovero, 137. De fundato pretiosissima cum chrysoclavo, 57. De olovero cum gryphis & unicornibus, 14. De olovero cum leonibus & periclysi de octapulo, 25. De olovero habens gemmas, & mala aurea, 14. De purputa impetiali cum histotia, cancellis, & rotis de chrysoclavo, 167. De quadrapulo ornata in circuitu habens in medio crucem de chtysoclavo, 109. De serico, 126. De serico mundo cum aquilis, 113. De spanisco, 137. De spanisco ornata de fundato, 109. De stauraci cum periclysi de blatti, 17. De staurael cum periclysi de quadrapulo, 25. De Tyrio habens historiam Danielis cum periclysi de stautaci, 20. De Tyrio habens historiam Nativitatis & Resurrectionis Domioicæ, 18. Habens historiam Resurrectionis Dumini, & imaginem Pontificis, 102. Habens rotam & aquilam cum cruce de chrysoclavo & gammadiis, 89. Holoserica, 71. Oloserica cum chrysoclavo habeus historiam Resurrectiouis, 57. 58. Ornata de oloveto, 158. Rubea cum caballo albo, 58. Rubea de arodina, coloris nempe rosacei, cum chrysoclavo, 163. Rubea habeus listam de argento, 107. Serica, 273.

Seri-

FINIS INDICIS TOMI III.

SUPPLEMENTUM

AD INDICEM PRIMI TOMI.

VARIANTES LECTIONES
EXCERPTÆ
EX VETUSTISSIMO ET CELEBRI
CODICE MS. LUCENSI
ADDENDÆ
VITIS SUMMORUM PONTIFICUM
A B. PETRO usque ad S. HADRIANUM I.

AD TOMUM PRIMUM.

IN S. PETRO

PAgina 5. Linea 1. *Menses duos, dies tres.*

Pag. 9. lin. 14. *Episcopos duos Linus & Cletus.*

IN S. EVARISTO

Pag. 19. lin. 3. *Annos 9. menses decem.*

Pag. 20. lin. 23. *Presbiteros 17. Episcopos quindecim:* ita etiam in nostra editione; in alia autem editione Muratorii, cum qua Ms. fuit conlatus, *Presbyteros 6. Episcopos 5.*

IN S. ALEXANDRO

Pag. 20. lin. 2. & pag. 21. lin. 1. *Annos decem, menses septem.*

Pag. 22. lin. 1. *Theodotus.*

IN S. XYSTO

Pag. eadem lin. 23. *menses duos, dies unus.*

Pag. ead. lin. 4. *usque ad Neronem.*

IN S. TELESPHORO

Pag. 24. lin. 2. 3. *dies 21.*

Pag. 25. lin. 6. 7. *Per mensem Decembrem.*

Ibidem & lin. 8. *Episcopos per diversa loca tresdecim, Presbiteros &c.*

Pag. ead. lin. 10. *dies semptem.*

IN S. HYGINO

Pag. ead. lin. 3. *dies quatuor.*

IN S. ANICETO

Ante hunc in Ms. ponitur Pius.

Pag. 27. lin. 2. 3. *sedit annos undecim, menses quatuor.*

Pag. 28. lin. 3. *Episcopos duodecim.*

Pag. ead. lin. 5. *dies 17.* ut in nostra editione; in alia, *dies 7.*

IN S. PIO

Pag. 30. lin. 1. *Hic ex rogatu beatæ Praxedis,* & reliqua usque ad finem vitæ desunt in Ms.

Pag. ead. lin. 12. *dies quatuordecim.*

IN S. SOTERE

Pag. 31. lin. 3. *menses sex dies 21.* ut in nostra editione; in alia, *menses 3.*

Pag. 32. lin. 1. 10. *Calendas Junias.*

Pag. ead. lin. 2. *dies 21.*

IN S. ELEUTHERO

Pag. ead. lin. 3. *menses tres, dies duos.* ut in nostra editione; in alia, *menses sex, dies quinque.*

Pag. ead. lin. 4. 9. *Cal. Junii.*

Pag. 33. lin. 5. *dies quindecim.*

IN S. VICTORE

Pag. ead. lin. 4. *Commodi secundo.*

Pag. 35. lin. 8. *ordinationes duas,* ut in nostra editione; in alia, *ordinationes tres.*

IN S. ZEPHYRINO

Pag. 36. lin. 2. *Annus octo, menses septem.*

Pag. 37. lin. 8. 9. *8. Calend. Septembris.*

IN S. CALLISTO

Pag. 38. lin. 3. *Annos septem.*

Pag. ead. lin. 7. 8. *quarti mensis, quinti, septimi & decimi)* hæc Ms. non legit.

Pag. 39. lin. 9. 10. *Episcopatus dies sexdecim* .

IN S. URBANO

Pag. 40. lin. 2. *menses decem* .

Pag. ead. lin. 5. *temporibus Alexandri*, ut in nostra editione; in alia, *temporibus Maximini* , *& Africani Consulum* : quæ duo postrema verba , *Africani Consulum* , desunt in Ms. in nostra vero editione habentur in Variantibus Lectionibus .

Pag. 41. lin. 5. & 6. 14. *Calen. Junii* , in alia editione , 8. *Cal. Junias* .

IN S. PONTIANO

In Ms. S. Pontianus præponitur S. Antero , ut in nostra editione ; in alia postponitur .

Pag. 41. lin. 1. 2. *patre Calphurnco* .

Ibid. *sedit annis novem, mens. quinque, diebus duo* . Postea addit : *martyrio coronatur* .

Pag. ead. lin. 3. 4. *Fuit autem temporibus Alexandri a consulatu Pompejani & Peliniani* .

Pag. ead. lin. 5. & pag. 42. lin. 1. & seqq. *Eodem tempore Pontianus episcopus & Hyppolitus presbiter exilio sunt deportati ab Alexandro in Sardinia Insula Luciana Severo & Quintiano consulibus* .

Pag. 42. lin. 3. & seqq. *In eadem Insula afflictus maceratusque atque defunctus est* 3. *Cal. Novembris* , *& in ejus locum ordinatus est Antheros* .

Pag. ead. lin. 6. *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem* .

Pag. ead. lin. 7. 8. *Presbiter. sex* , *diaconos quinque* , *Episcopos sex* .

Ibid. *cum clericis* .

Pag. ead. lin. 9. *in cemeterio Calixti* .

IN S. ANTERO

In Ms. *S. Anterus* , ut in editis .

IN S. FABIANO

Pag. 44. lin. 2. *menses undecim* , ut in nostra editione ; in alia , *menses* 10.

Pag. 45. lin. 1. *passus est* 14. *Calend. Februarias* , ut in nostra editione ; in alia , 4. *Calend. Februarias* .

Pag. ead. lin. 7. 8. *multi fugierunt per diversa loca* .

IN S. CORNELIO

Pag. 46. lin. 2. *Annos duos* .

Ibid. *dies tres* , ut in nostra editione ; in alia , *dies* 10.

Pag. 49. lin. 2. *tertio Cal. Julii*, in alia editione , 6. *Calend. Julii* .

Ibid. *Post hoc ambulavit Centumcellas* , omittit particulam, *noctu*: in alia editione , *Post hoc eodem tempore* .

Pag. 51. lin. 10. & 11. 18. *Cal. Octobris*, ut in nostra editione , in alia , 8. *Calend. Septembris* .

Pag. 52. lin. 3. *dies* 66.

IN S. LUCIO

Pag. 53. lin. 1. *natione Romanus*, ut in nostra editione , in alia , *natione Tuscus* .

Ibid. *de civitate Luca ex patre Lucino*) desunt hæc in Ms. & in nostra editione ad Variantes rejiciuntur .

Pag. ead. lin. 2. *menses tres* .

Pag. 54. lin. 8. 9. *Episcopos* XVII.

IN S. STEPHANO

Pag. 55. lin. 1. 2. *ex patre Jobias* .

Ibid. *sedit annos* 7.

Ibid. *menses quinque* , *dies duos* , ut in nostra editione ; in alia , *menses duos*, *dies decem* .

Pag. eadem lin. 5. *Suis temporibus*) & reliqua numeri II. usque ad ea verba, *truncatus est* in Ms. desiderantur .

Pag. 57. lin. 4. *Et cessavit episcopatus dies* 22. *& Presbiteri præfuerunt a consulatu Maximi & Labionis usque Tuscum & Bassum a consulatu Tusci & Bassi usque* 13. *Cal. Augusti quo tempore fuit magna persecutio sub Decio* . Quæ in nostra editione parumper immutata recitantur in vita S. Xysti II. num. II. & III. pag 59.

IN S. XYSTO II.

Pag. 57. lin. 2. 3. *Annum* 1. *menses* 10. *dies* 23. ut in nostra editione ; in alia, *annos duos* , *menses* II. *dies sex* .

Pag. 59. lin. 1. *die* 8. *Idus Aug.*

Pag. ead. lin. 2. *a consulatu Maximi & Ravionis secundo usque* &c.

Pag. 60. lin. 1. VIII. *Id. Augusti*) deest in Ms.

Pag. ead. lin. 4. IIII. *Id. Augusti*) Item deest in Ms.

IN

IN S. DIONYSIO

Pag. ead. lin. 2. 3. *sedit annos sex*.

Ibid. *menses duos, dies* 4. ut in nostra editione; in alia, *menses* 3. *dies septem*.

IN S. FELICE

Pag. 62. lin. 23. *annos quatuor, menses tres*.

Pag. ead. lin. 6. *supra memorias*, ut in nostra editione; in alia, *supra sepulcra*.

Pag. 63. lin. 2. *diaconos quinque*, ut in nostra editione; in alia, *diaconos duos*.

IN S. EUTYCHIANO

Pag. ead. lin. 2. 3. *sedit annos* 1. *menses* 1. *dies* 1.

Pag. 65. lin. 7. *dies octo*, sicuti in nostra editione; in alia, *dies forte Cal. octo*.

IN S. CAJO

Pag. 66. lin. 3. *dies* 12.

Pag. ead. lin. 4. *nomen Cari* deficit in Ms.

Ibid. *a die* 16. *Calend. Januar.*

Pag. 67. lin. 2. *post annos* VIIII.) in nostra editione; in alia, *anno* 9. quæ desunt in Ms.

IN S. MARCELLINO

Pag. 68. lin. 2. 3. *Annos* VIIII. *menses* 4. *dies* XVI.

Pag. ead. lin. 4. 5. *& Constantii II.*

Pag. 69. lin. 3. *conjuraverat autem*) & reliqua num. III. desunt in Ms.

Pag. ead. lin. 7. *diebus* 25.

Pag. 70. lin. 1. vox *claro* deest in Ms.

Pag. ead. lin. 2. *preceperat*, ut in nostra editione; in alia, *præparaverat*.

IN S. MARCELLO

Pag. 71. lin. 3. *menses septem*.

Ibid. & lin. 4. *Fuit autem temporibus Maxentii*) cætera in Ms. desiderantur.

Ibid. & lin. 5. *usque in post Consulatum*.

Pag. ead. lin. 7. *& hic fecit cœmeterium in via Salaria*) desunt ista in Ms. in alia editione, *& hic fecit cœmeteria* &c.

Pag. 73. lin. 9. 25. *Presbiteros*, in alia editione, 26. *Presbiteros*.

IN S. EUSEBIO

Pag. 74. lin. 1. *& Medicus*.

Pag. ead. lin. 2. *sedit annos sex dies* 3.

Ibid. & lin. 3. *Temporibus Constantis*.

IN S. MELCHIADE

In Ms. *Milsiades*.

Pag. 75. lin. 1. 2. *Annos quatuor, dies octo*.

Pag. 77. lin. 1. 2. *Episcopos* 11. ut in nostra editione; in alia, *Episcopos* 12.

Pag. ead. lin. 3. 4. *Idus Decembris*.

IN S. SILVESTRO

Pag. ead. lin. 2. *dies* 11. in alia editione, *dies* 12. in nostra autem dies tantum in Variantibus indicantur.

Pag. ead. lin. 6. & pag. 78. lin. 1. *Constantini persecutione concussus*) ista Ms. non agnoscit.

Pag. ead. lin. 3. deest in Ms. *per baptismum*.

Pag. 79. lin. 12. *solidis* 20.

Ibid. *Fundum duas Casas*) deest in Ms.

Pag. ead. lin. 13. & pag. 80. lin. 1. *Fundum Percilianum*) deest, ut supra.

Ibid. *qui præstat solidos* XX.) desunt hæc.

Pag. 80. lin. 2. *Fundum Corbianum Coranum, qui præstae solidis* 6n.

Pag. ead. lin. 5. *Ad duos Amantes*, ut in nostra editione; in alia, *Adduosramantes*.

Pag. ead. lin. 6. *In Regione Orfea*, in alia editione, *in Regione Roffea*.

Pag. ead. lin. 7. *& tremissium*.

Pag. ead. lin. 9. & 10. *cum ejus preceptum*.

Pag. eadem lin. 11. *quorum chirographum* ..... *alii imbecille.* CCVIII.) Hæc Ms. non profert.

Ibid. *Qui posuerunt*.

Pag. 82. lin. 11. *Sic missa celebraretur*) hæc in Ms. non habentur.

Pag. 83. lin. 3. *lector annos* 30. sed alia manu, *annos* 3. in nostra editione, *deinde lector, & postea exorcista* &c. in alia ita: *ut esset lector, annos haberet* 30.

Pag. ead. lin. 4. *annos* 5. ut in nostra editione; in alia, *annos* 35.

Pag. ead. lin. 5. *custos Martyrum annos* V.) hæc Ms. non legit.

Pag. ead. lin. 5. 6. *diaconos an.* 7. in alia editione, *diaconos annos* 30.

Pag. 84.

Pag. 84. lin. 1. *votiva gratia*, ut in noſtra editione; in alia, *votiva grata*.
Pag. ead. lin. 2. *vel fideli contradicente*) *fideli*, deeſt in Ms. Deinde in alia editione hæc ſubjiciuntur: *Hic ordinationes presbyterorum & diaconorum fecit* 7. quæ deſunt in Ms. quemadmodum & in editione noſtra.
Pag. ead. lin. 7. 8. *faſtidium*.
Ibid. *battutile*) deeſt in Ms.
Pag. ead. lin. 10. 11. *Duodecim Apoſtolis, qui penſant ſinguli in quinos pedibus*.
Pag. ead. lin. 14. 15. & 16. & pag. 85. lin. 1. *Angelos quatuor ex argento, qui penſant ſinguli in pedibus quina libras* 105. *cum gemmis alabandinis in oculos tenentes baſtas*.
Pag. 85. lin. 2. 3. *ex argento dolaticium. Cameram ex auro puriſſimo, & farum* &c.
Pag. ead. lin. 5. *penſantes ſingulos libras* 50. *& catenas, quæ penſant libras* 25.
Pag. ead. lin. 7. *ex auro trimita*.
Pag. ead. lin. 8. *in longum & latum*) hic addit alia editio, *in pedibus quingentis*: quæ dosinnt tam in noſtra editione, quam in Ms.
Ibid. *Altaria ſeptem ex argento battutili*) ita alia editio: *battutili*, deeſt in Ms. in noſtra editione pro *battutili* legitur *puriſſimo*.
Pag. ead. lin. 9. 10. *Catenas aureas*.
Ibid. *Catenas argenteas* 15.
Pag. 86. lin. 13. 14. *ubi ardet oleum nardinum piſticum*) deſunt iſta in Ms.
Ibid. *cum delphinis* XX.
Ibid. & lin. 15. *Phara canthara argentea* XLV.) reticet Ms. *argentea* XLV.
Pag. 87. lin. 6. *Maſſam Veronicam*.
Pag. ead. lin. 7. *ſolidos* 360.
Pag. ead. lin. 11. *Territorio Catinenſi*.
Pag. 88. lin. 2. deſunt in Ms. ea verba, *ab eodem epiſcopo Silveſtro*.
Pag. ead. lin. 5. deſunt verba, *in pedibus quinis*.
Pag. ead. lin. 7. 8. *ubi candela ardet*, ut in noſtra editione.
Ibid. *libras* 52. *ubi* &c.
Pag. 88. lin. 11. 12. *Salvatorem ex auro*, ut in noſtra editione; in alia, *ex argento*.
Pag. ead. lin. 15. 16. *penſantem lib.* 125. ut in noſtra editinne; in alia, *libras centum*.
Pag. ead. lin. 18. 19. *cum gemmis praſinis* 49. *penſans libras* XV.
Pag. 89. lin. 1. 2. *Feſti, territorio Peneſtrino preſtantem ſolidos* 300.
Ibid. *Maſſam Gabaa*.
Pag. ead. lin. 5. 6. *Maſſam Statilianam territorio Corano*.
Ibid. *ſolidos* 300. ut in noſtra editione.
Pag. ead. lin. 7. *territorio Baramnenſi*.
Pag. ead. lin. 8. 9. *vel borrea* ...... 2300. ſic & in editione noſtra; in alia, *vel hortos* ...... 2200.
Pag. ead. lin. 10. *Maſſam Lacinam, territorio Cartiolano*.
Pag. 90. lin. 1. *Fundum Capulas*, alia manu *Caculas*.
Pag. ead. lin. 6. 7. *Maſſam Vincii territorio Mucano*.
Pag. ead. lin. 9. *territorio Mimenſe*, alia manu, *Minenſe*.
Pag. ead. lin. 10. *territorio Cripta lupi*.
Pag. ead. lin. 11. *Maſſam Numas*, ut in noſtra editione; in alia, *Minas*.
Pag. ead. lin. 12. *Maſſa Sulphorata territorio Numidiæ præſtantem ſolidos* 720.
Pag. ead. lin. 13. *Maſſa Valcariolcatria territorio Numidiæ* &c.
Pag. 91. lin. 2. *territorio Cretas*) hæc Ms. non prodit.
Pag. ead. lin. 23. *Maſſam Amazon*, ut in noſtra editione; in alia, *maſſam Amaron*.
Pag. ead. lin. 15. & pag. 92. lin. 1. *ſuper corpus Beati Petri ſupra aera quod concluſit*.
Pag. 92. lin. 9. *calices aureos quatuor*.
Pag. ead. lin. 18. *ubi eſt oleum nardinum*) hæc præterit Ms.
Ibid. *pharus cantharus*, ut in noſtra editione; in alia, *phame cantharus*.
Pag. 95. lin. 5. 6. *Cujus corpus ita recondidit in ære, & concluſit, ſicut & corpus beati Petri*) deſunt in Ms. ea verba, *ſicut & corpus beati Petri*.
Pag. 96. lin. 3. *crocos lib. ſexaginta*.
Ibid. *Poſſeſſio Inſula Maccabes*; in noſtra

stra editione, *Possessionem insula Maccabes*; in alia, *Possessio Insula Maccabeo*.

Pag. 96. lin. 16. *pensaverunt singula libr.* LXXX.

Pag. ead. lin. 19. 20. *Patenam auream pensantem lib.* X.) hæc non leguntur in Ms.

Ibid. *Altare argenteum*) sic io nostra editione, & in Ms. in alia editione vero, *Altare aureum*.

Ibid. & lin. 21. *amas* III. *argenteas* &c. ut io nostra; in alia numerus omittitur.

Pag. 97. lin. 6. *Teregia præstans solidos* CLX.

Pag. ead. lin. 10. *Sub civitate Tuder*, ut in editiooe nostra; In alia, *Juder*.

Pag. 98. lin. 13. *circa civitatem Figlinas*.

Pag. ead. lin. 14. *via Salaria sub Parietes*.

Pag. ead. lin. 16. *vico Pensionis*.

Pag. ead. lin. 17. *Agrum Casulas*, ut in editiooe nostra; io alia, *Agrum Caculas*.

Pag. 99. lin. 3. *Sub Arenario Cripte*.

Pag. ead. lin. 7. *cancellos* Ms. non legit.

Pag. ead. lin. 7. 8. *qui pensavit libras ducento*.

Pag. ead. lin. 12. 13. *B. Laurentii martyris argento clusas sigillis passionem ipsius*.

Ibid. & lin. 14. *lucernas binixes argenteas*.

Pag. 100. lin. 4. *Aqua Tuscia*, ut in editione nostra; in alia, *Aqua Turia*.

Pag. ead. lin. 7. *Possessionem Sulfuratarum* Ms. non habet.

Pag. ead. lin. 8. *centum decem*.

Pag. ead. lin. 9. *solidos quinque*.

Pag. ead. lin. 10. *Possessionem Septimiti præstantem solid.* CXXX.) hæc Ms. reticet.

Pag. 101. lin. 1. desunt in Ms. ea verba, *in sarcophago porphyretico*.

Pag. ead. lin. 5. *lib.* XXV. ut in nostra editione; in alia, *lib. trig. quinque*.

Pag. ead. lin. 6. *singula libras* CCL. ut in editione nostra; in alia, *singulam libras ducentas*.

Pag. ead. lin. 7. 8. *pensantem libras* XXXI.

Pag. 101. lin. 10. *singulas libras sexaginta*.

Pag. ead. lin. 18. 19. *ubi nomen Augustæ designatur*) hæc Ms. non habet.

Pag. ead. lin. 16. & pag. 102. lin. 1. *juxta Furma cum balneo*.

Ibid. *a porta Sessuriana*: lo nostra editione, *Sessoriana*; in alia, *Toforritana*, & additur: *via itineraria*, quæ deest tam in oostra editione, quam in Ms.

Ibid. & lin. 2. *usque ad viam Penestrinam*, & omittit *Gabum*, seu *Albium*, ut alia editio legit.

Ibid. *a via itineris latino usque ad montem Gabum*.

Ibid. *possessio Augusta Helena*.

Pag. 102. lin. 7. 8. *Insulam Matidia quod est montem Argentarium*.

Pag. 103. lin. 14. *solidos* DCLV.

Pag. ead. lin. 15. *possessio Quirini*.

Pag. ead. lin. 17. 18. *possessio Nymfulas*.

Pag. ead. lin. 19. 20. *Item quod ostulit Cans* (sic) *Basilica Sancta Sanctorum*.

Pag. ead. lio. 23. & pag. 104. lin. 1. *Massam Mallianam*, Ms. non legit.

Pag. ead. lin. 2. *& trimissem. Fundum Picturas*) hæc item non legit.

Pag. ead. lin. 4. *territorio Bejentano*.

Pag. ead. lin. 14. *Fundum Molas*, seu *Possessio Molas*, ut in alia editione: quæ desunt in Ms.

Pag. 105. lin. 3. *Tyberii Cæsaris præstans solid.* CCLXXX.

Pag. ead. lin. 4. 5. *Possessio Marinas præstantem solidos quinquaginta*.

Pag. ead. lin. 6. 7. & 8. *Possessio Martianas terretorio Corano præstantem solidos* CL. *Possessio Statiliana* &c.

Pag. ead. lin. 17. 18. *Phara canthara argentea* XXX. *pensantia singula lib.* V.

Pag. ead. lin. 19. 20. & pag. 106. lin. 1. 2. & 3. *Pharacanthara erea numero* XXX. *& obtulit possessiones massa Statiliana territorio Meltnrnense præstantem solidos* CCCXV. *Possessio in Territorio Gaetano præstantem solidos* LXXXV. &c.

Pag. ead. lin. 7. *solidos* LX.

Pag. ead. lin. 8. deest *beatissimus* in nostra editione, & ubique in Ms.

Pag. 107.

Pag. 107. lin. 4. 5. *possessionem Sclinam.*

Pag. 108. lin. 16. *diacones* XVII. *episcopos* LXV.) Ita & in Ms. in quo tamen hæc habentur supra ante illud verbum *fastidium*, pag. 84. lin. 7.

IN S. MARCO

Pag. 109. lin. 3. *Facundi consulum.*

Pag. ead. lin. 4. *ex die Kal. Octobris*) cetera desunt in Ms.

Pag. 110. lin. 7. 8. *Calices ministeriales*) & alia usque ad ea verba, *pensantem lib.* X desunt ut supra.

Pag. ead. lin. 11. *Fundum Morrea*, ut in nostra editione; in alia, *Orrea.*

Pag. 111. lin. 1. *Via Ardeatina, quem ipse insistens fecit pridie nonas Octobris.*

IN S. JULIO.

Pag. ead. lin. 2. *sedit annos* XV. ut in nostra editione; in alia, *annos* II.

Pag. ead. lin. 2. *dies* VI. ut in nostra editione; in alia, *dies* 7.

Pag. ead. lin. 3. *Constantini filii Constantini hæretici.*

Pag. 112. lin. 4. *unum via Flaminia trans Tiberim.* Legit siquidem alia editio: *Fecit enim & cœmeteria tria, unum via Flaminia, & aliud via Aurelia, atque aliud via Portuensi*: quæ in nostra editione in Variantibus tantum proferuntur ad finem numeri II.

Pag. 113. lin. 5. *per scrinium sanctum*, ut in nostra editione; in alia, *scriniarium S. Sedis.*

IN S. LIBERIO

Pag. ead. lin. 1. 2. *ex patre Ligusto*, ut in nostra editione; in alia, *ex patre Augusto.*

Ibid. *sedit annos* VI. *mens.* III. *dies* IV.

Pag. 114. lin. 5. 6. *in exilio annos tres*, ut in nostra editione; in alia, *annos duos.*

Pag. ead. lin. 6. & pag. 115. lin. 1. 2. *Congregans sacerdotes cum consilio eorum Liberius ordinavit in locum ejus Felicem Presbiterum Episcopum* &c.

Pag. 116. lin. 14. *Qui ex fece Ariana.*

Pag. 118. lin. 4. 5. *Constantinianam annos sex.*

Pag. ead. lin. 15. *Quinto Idus Septembris.*

Pag. ead. lin. 16. *& cessavit episcopatus dies sex.*

IN S. FELICE

In Ms. *Felix* sine prænomine *S.*

Pag. 119. lin. 2. *mensibus tres, dies duo.* Inde alia editio, *milliario ab Urbe Romana* 2.) quæ desunt in nostra & in Ms.

Pag. 120. lin. 7. 8. *Qui etiam capite truncatur cum multis clericis, & Fidelibus occulte juxta muros Urbis ad latus Fori Trajani.*

Pag. 121. lin. 3. 17. *Kal. Decembris*, deest milliario secundo, quemadmodum & in editione nostra.

Pag. ead. lin. 4. *diebus* 38. ut in nostra editione; in alia, 39.

IN S. DAMASO

In Ms. *Damasus.*

Pag. ead. lin. 2. *mens.* III.

Pag. 122. lin. 1. *sub intentione Ursinus*, ut in nostra editione; in alia, *sub intentione Ursicinus.*

Pag. 123. lin. 2. 3. & 4. *ubi requiescit, & in catacumbas, ubi jacuerunt corpora Apostolorum Petri & Pauli, in quo loco Platoniam ipsam, ubi jacuerunt corpora sancta versibus exornavit.* Ita fere in editione nostra; in alia autem: *ubi requiescit in catacumbis & ædificavit platoniam, ubi corpora Apostolorum jacuerunt, id est, Petri & Pauli, quam versibus decoravit.*

Pag. ead. lin. 11. *Calixtum accusatorem.*

Pag. ead. lin. 14. & pag. 124. lin. 1. *pensantem libras* XX. ut in nostra editione; in alia, *libra* XV.

Pag. 124. lin. 3. *calices ministeriales argenteos* X.

Pag. ead. lin. 6. *solidos* CLV. ut in nostra editione; in alia, *solidos quinquaginta quinque.*

Pag. ead. lin. 7. 8. *solidos* CXX. ut itidem in nostra editione; in alia, *solidos ducentum viginti.*

IN S. SIRICIO

In Ms. *Siricius.*

Pag. 125. lin. 2. desunt tam in Textu nostræ editionis, quam in Ms. menses & dies, qui in alia editione ita proferuntur: *menses* 11. *dies* 25. ut in Variantibus ejusdem nostræ editionis.

Pag. ead. lin. 9. & pag. 126. lin. 1. *Hic inve-*

invenit Manicheos in urbe, quos etiam exilio reportavit.

Pag. 126. lin. 1. 2. *Hoc constituit*) reliqua usque finem numeri 11. in Ms. desiderantur.

Pag. 127. lin. 4. VIII. *Calend. Martias.*

IN S. ANASTASIO

Pag. ead. lin. 2. *annos* III. ut in nostra editione; in alia, *annos* II.

Ibid. *dies* X. ut in eadem nostra editione; in alia, *dies viginti quatuor.*

Pag. 128. lin. 2. 3. 4. & 5. *Hoc constituit, ut nullum clericum Transmarinum, nisi sui Episcopi designaret chirographum, quod eodem tempore Manichei inventi sunt in urbe Roma.*

Pag. ead. lin. 7. *presbiteros* XVIIII. sicut in nostra editione; in alia, *novem.*

IN S. INNOCENTIO

Pag. 129. lin. 3. *dies* XXI. ut in nostra editione; in alia, *dies viginti.*

Pag. ead. lin. 5. 6. *exilio monasterii.*

Pag. 130. lin. 5. in alia editione, *ex devotione testamenti*: verbum *testamenti* in Ms. deest; in nostra editione subjicitur lin. 7.

Pag. ead. lin. 6. *Vescino*, ut in nostra editione; in alia, *Cuscino.*

Pag. 132. lin. 5. ad 8. *Domos juxta basilicam Libianam prestantem solidos* LXXXV. *& tremissem, Balneum in eamdem locum juxta templum Mamuri prest. solid.* XXXII.

Pag. ead. lin. 9. *Possessionem Sorras.*

Pag. ead. lin. 12. 13. *cum adjacentibus Adatiguis prestantem solidos* LXXXI.

Pag. ead. lin. 18. 19. *in territorio Lodiano prestant. solidos* LXII.

Pag. 133. lin. 4. 5. *Pistrinum in vico longo*: in alia editione, *Pristinum in vico longo.*

Pag. ead. lin. 6. 7. *cognominatur Templus.*

Pag. ead. lin. 8. 9. *Portæ Numentanæ.*

Pag. ead. lin. 9. 10. *solid.* XXII. sic & in nostra editione; in alia, *sol. septem & decem.*

IN S. ZOSIMO

Pag. 134. lin. 2. 3. *menses* III. *dies* XII.

Ibid. *Multa constituit ecclesiæ*, ut in nostra editione; in alia, *multas constituit ecclesias.*

Pag. 135. lin. 2. VII. *Calendas*, ut item in nostra editione; in alia, 8. *Calendas.*

IN S. BONIFACIO

Pag. ead. lin. 2. *menses* VIII. *dies* VII. quemadmodum in nostra editione; in alia, *menses quatuor, dies* 13.

Pag. ead. lin. 4. *mensibus* VIII.

Pag. 137. lin. 2. 3. *Ejecerunt Eulalium alii Episcopi, & missa auctoritate.*

Pag. ead. lin. 17. *Sci Silvani.*

IN S. CÆLESTINO

In Ms. *S. Celestinus.*

Pag. 138. lin. 2. *sedit annos* VIII. *menses* X. *dies* XVII.

Pag. 139. lin. 6. *maxime & de religione.*

Pag. ead. lin. 8. *Basilicam Julii*, ut in nostra editione; in alia, *Juliæ.*

Ibid. *Ignegeticum.*

IN S. XYSTO III.

In Ms. *Scus Xystus*, deest *III.*

Pag. 143. lin. 2. *territorio Gemno.*

Pag. ead. lin. 3. *cum adjacentibus Adtiguis.*

Pag. ead. lin. 5. *solidos nonaginta duos*, ut in nostra editione; in alia, *centum quinquaginta duos.*

Pag. ead. lin. 12. 13. *Cenacula Aregiegradorum.*

Pag. 144. lin. 1. 2. & 3. *ornatam, quam & voti gratia sua super Confessionem, Beati Petri Apostoli posuit.*

Pag. ead. lin. 18. & seqq. *Valentinianus Augustus concessit. Fecit autem monasterium. In Catacumbas fecit fontem Baptisterii ad S. Mariam, & columnis porphyreticis ornavit. Hic constituit columnas in Baptisterium Basilicæ Constantininnæ, quas a tempore Constantini Augusti fuerant congregatas* (sic), *ex metallo Porphyretico numero* VIII. *quas erexit & epistoliis suis & versibus exornavit; & Platoma in cimiterio Calisti, ubi commemorans nomina Episcoporum. Fecit autem scipbos aureos tres, unum ad Scum Petrum, qui pensant libras* VI. *Absidem, Pan-*

lum uuum, qui pensat libras VI. *ad Beatum Laureutinm, qui pensat libras tres. Calices miuisteriales aureos* XV. *pensautes singulos libras singulas. Hic fecis ordinationes* &c.

Pag. 146. lin. 9. *Hic fecit ordinationes tres iu Urbe.*

IN S. LEONE

Pag. 147. lio. 2. *dies* XIII. ut in nostra editiooe; in alia, *dies* 26.

Pag. 148. lin. 9. *uou cucurrit* 408. *Episcopi.*

Pag. 149. lin. 5. *mille ducentorum Episcopornm.*

Pag. 150. lin. 4. *& Dioscorum*) deest in Ms.

Pag. ead. lin. 8. *Papam Leonem damuantes omues Ereses.*

Pag. 151. lin. 2. 3. *Ad Flavianum Episcopum Epistolas* VIIII. ut in nostra editione; io alia, *Epistolas octo.*

Pag. ead. lin. 11. 12. *Hic renovavit Basilicam B. Petri Apostoli, & cameram B. Pauli post ignem divinum renovavit. Fecit vero cameram in basilica Constantiuiaua. Fecit autem basilicam beato Cornelio.*

Pag. 152. lin. 3. 4. *Hic constituit monasterium* &c.) hæc Ms. oon agnoscit.

Pag. ead. lin. 6. 7. *Hic constituit, ut iutra actionem sacrificii diceretur*: sanctum sacrificium, *& cetera*, ut in nostra editione; in alia ista desunt.

Ibid. & lin. 8. *Hic coustituit, ut Mouaca* &c.

IN S. HILARO

Pag. 154. lin. 6. 7. *& Dioscorum*) deest iterum in Ms.

Pag. ead. lin. 8. *coufirmans dominatiouem*, ut in nostra editione; in alia, *confirmaus auctoritatem.*

Pag. 155. lin. 9. 10. *ubi Aguum posuit dominicum.*

Pag. 156. lin. 3. *exatou Peutajas* (sic).

Ibid. *& choncas striatas duas*, ut in nostra editione; in alia, *choncas triautas.*

Pag. ead. lio. 5. 6. *cum chonca rajata.*

Pag. 158. lin. 21. *Miuisteria ad Baptismum, sive ad penitentem.*

Pag. 159. lio. 2. 3. *scyphum aureum stationarium.*

Pag. ead. lin. 8. 9. *& Balueum & alium sub aere & Pratorio.*

IN S. SIMPLICIO

Pag. 160. lin. 1. 2. *ex patre Castorio*, ut in nostra editiooe; in alia, *ex patre Castino.*

Ibid. *Anuos* XV. *mensem uuum, dies* VII.

Pag. 162. lin. 8. 9. *iu morte Presbiteri.*

Pag. 163. lin. 2. 3. *Episcopos septem & octuaginta.*

IN S. FELICE III.

Pag. 164. lin. 1. *dies* XVII.

Pag. ead. lin. 7. 8. *Tunc venit.*

Pag. 165. lin. 3. 4. *damnarent eos, si uou offerrent libellum Pœnitentia*, ut in nostra editiooe; in alia, *damnarent eos*: reliqua omittuntur.

Ibid. & lin. 5. *Iutroiissent Constantiuopolim.*

Pag. ead. lin. 12. 13. & 14. *Non se tacuit corruptum pecunia, cui concilium concessit tempus pœnitentia.*

Pag. 166. lio. 5. *de omni ecclesia*) reliqua in Ms. oon habentur.

IN S. GELASIO

Pag. ead. lin. 2. 3. *dies* XVIII. ut in oostra editione; in alia, *dies novem.*

Pag. 167. lio. 1. *Hujus temporibus inventa est ecclesia*) reliqua vero usque ad illa verba, *Hujus temporibus inventi sunt Mauichai*, desunt io Ms.

Pag. 168. lio. 1. & seqq. *venit Romam ad sedem Apostolicam; quem Beatus Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam sedem secundam prabuit. Ipsis temporibus fecit synodum & scripsit per tractum Orientis, & iterum misit & damnavit iu perpetuo Acacinm, & Petrum si uou pæuitens sub satisfactiouem libelli postularet Pæuiteutiam. Hic dedicavit* &c.

Pag. ead. lio. 11. *milliario vigesimo*) deest in Ms.

Pag. ead. lin. 12. *Eleutherii & Andreæ*, ut in nostra editione; io alia, *& Andreæ* deficit.

Pag. ead. lio. 14. 15. *milliario*) reliqua desunt in Ms.

Pag. ead. lio. 16. *Hic fecit quinque libros adversus Nestorium & Euticben.*

Pag. 169.

Pag. 169. lin. 1. *Fecit & ymnos in modum D. Ambrosii*.

Pag. ead. lin. 2. 3. *Item duos libros adversus Arium, qui hodie Bibliotheca ecclesiæ archivo* &c. *qui hodie*) & cetera in nostra editione desunt.

Pag. ead. lin. 3. *Fecit etiam sacramentorum Prefationes, & orationes cauto sermone: Epistolas fidei de limato sermone multas. Sub hujus episcopatu clerus crevit*.

Pag. ead. lin. 6. *Hic fecit ordinationes* &c.

Pag. 169. lin. 10. 11. *cessavit episcopatus dies septem*.

IN S. ANASTASIO II.

Pag. 170. lin. 2. In alia editione *Quinta Tauma*: in Ms. nomen *Tauma* deest, pro quo in nostra editione legitur *Caput Tauri*.

IN SYMMACHO

Pag. 171. lin. 2. *Natione Sardus*, ut in nostra editione; in alia, *natione Romanus*.

Pag. ead. lin. 2. & pag. 172. lin. 1. *menses septem, dies* XXVII. ut in nostra editione; in alia, *menses octo dies* 26.

Pag. 172. lin. 2. *Calendarum Augustarum*) reliquum tempus deest in Ms.

Pag. 173. lin. 13. *Petrum Altinæ*, ut in nostra editione; in alia, *Alticinæ*.

Pag. 175. lin. 4. 5. *justa publica*.

Pag. ead. lin. 20. *& eos suo exilio relegavit*.

Pag. 176. lin. 2. *fecit Tiburium* pro *ciborium*: in alia, *tigurium*.

Pag. ead. lin. 4. 5. *Martyrium S. Thomæ*.

Pag. ead. lin. 10. 11. *pensant. libras trecentas*.

Pag. 177. lin. 8. *foris in Campo*, ut in nostra editione; in alia, *foris in vulgo Campi*.

Pag. 178. lin. 7. *Juxta formas Trajanas*, sed verbum *formas* est alia manu adjectum.

Pag. ead. lin. 15. 16. *Martyrium SS. Cosmæ*.

Pag. ead. lin. 18. 19. *Glaphyra pp Illustribus*, ut in nostra editione; in alia, *Glafira illustribus*, & *PP*. omittit.

Pag. 179. lin. 5. 6. *basilicam Sancta Felicitas*.

Pag. 180. lin. 6. *episcopos centum decem & septem*, ut in nostra editione; in alia, *centum, & septem*.

Pag. 180. lin. 7. 8. *sepultus est in Basilica B. Petri Apostoli* XIIII. *Cal. Augusti*, ut in nostra editione; in alia, *sepultus est in Basilica B. Petri Apostoli*, reliquis omissis.

IN S. HORSMIDA

In Ms. sine prænomine *S.*

Pag. 181. lin. 2. *de Civitate Frisinone*.

Pag. ead. lin. 2. 3. *annos novem*, ut in nostra editione; in alia, *annos octo*.

Pag. ead. lin. 7. *in possessionem Trefontis*.

Pag. 182. lin. 4. 5. *Venantium Episcopum*.

Pag. ead. lin. 10. *Episcopum Mesenensem*, ut in nostra editione; in alia, *episcopum Mezenensem*.

Pag. 183. lin. 4. 5. *& ipse in heresi Euthichiana communis erat*.

Pag. ead. lin. 6. 7. *corrumpere*) deinde alia manu antiqua additur: *sed non potuit*.

Pag. 185. lin. 1. deest in Ms. *Capuanum*.

Pag. 188. lin. 5. *Pallia olobyra*.

Pag. 189. lin. 4. *Eodem tempore fecit*, ut in nostra editione; in alia, *Eodem tempore fuit*.

Pag. ead. lin. 6. *libras centum & triginta*.

Pag. ead. lin. 14. *Hic fecit ordinationes quatuor*.

Pag. ead. lin. 18. *dies sex*, ut in nostra editione; in alia, *dies septem*.

IN S. JOANNE

Pag. 190. lin. 2. *menses novem dies* XVII.

Pag. 191. lin. 6. 7. *milliario* XV. ut in nostra editione; in alia, *milliario* 12.

Pag. 192. lin. 16. 17. desunt in Ms. nomina *Importuni* & *Agapiti exconsulis*.

Pag. 194. lin. 4. 5. deest Ms. *via Salaria*.

IN S. FELICE IV.

Pag. 195. lin. 2. *dies tresdecim*, ut in nostra editione; in alia, *dies* 14.

Pag. ead. lin. 4. *a consulatu Naburtii*.

Pag. 196. lin. 3. *episcopos* XXIX. ut in nostra editione; in alia, *episcopos triginta novem*.

Pag. ead. lin. 5. *cessavit dies tres*, ut in nostra editione; in alia, *cessavit mensem unum dies* 15.

IN BONIFACIO II.

Pag. 196. lin. 1. 2. *ex Patre Sigibuldo*, ut in nostra editione; in alia, *Sigilbuldo*.

Pag. ead. lin. 3. 4. *& Justini Augusti*.

Pag. 198. lin. 1. 2. in Ms. desunt hæc verba: *ut sibi successorem ordinarent*, quæ habentur in alia editione, & in nostra in Variantibus.

Pag. 199. lin. 1. *sub die* XVII. *mensis Octobris*.

Pag. ead. lin. 2. *& cessavit episcopatus mens. II. dies quindecim*.

IN JOHANNE II.

In Ms. *Johannes* sine numero.

Pag. 199. lin. 1. *qui & Martyrius*.

Pag. 200. lin. 9. *sexto Calendas Junii*.

Pag. ead. lin. 9. & 10. *cessavit dies sex*, ut in nostra editione; in alia, *cessavit diebus septem*.

IN S. AGAPITO

In Ms *Agapitus* sine prænomine *S.*

Pag. 201. lin. 12. *Reginam Amalasuentam*.

Pag. 204. lin. 4. *Hic fecit ordinationem*) & deest in Ms. numerus *duas*, qui habetur in alia editione; in nostra autem legimus: *ordinationem unam*.

Pag. ead. lin. 6. *cessavit episcopatus mens. 1. dies* XXVIII.

IN S. SILVERIO

In Ms. *Silverius*.

Pag. 205. lin. 11. *Rex Vuitigis*.

Pag. 208. lin. 16. 17. *Eodem tempore tanta famis*: in alia editione, *tanta fama*.

Pag. 209. lin. 6. *quinto Idus Maii*, ut in nostra editione, in alia, *Idibus Maii*.

Pag. 211. lin. 1. 2. *in Mosileo*.

Pag. ead. lin. 16. 17. *in exilium in Pontias*.

Pag. 212. lin. 3. 4. *Episcopos* XVIII. ut in nostra editione; in alia, *num.* 19.

Pag. ead. lin. 4. *& cessavit episcopatus ejus*, desuntque dies in Ms.

IN VIGILIO

Pag. 212. lin. 2. *menses septem*.

Pag. 213. lin. 7. *in basilicam Julium*.

Pag. ead. lin. 15. & pag. 214. lin. 1. 2. *misit eum in Africa*, & desunt in Ms. *ad Gundarum regem Guandalorum, & ut quæ fecerat in Italia faceret & in Africa*: forsitan desunt negligentia exscriptoris.

Pag. ead. lin. 3. *interfecit Vuinrbarim regem Vuandalorum*.

Pag. 216. lin. 1. *quo casu*.

Pag. 219. lin. 4. 5. *in basilicam S. Euphemie*: in alia editione, *in ecclesia S. Euphemiæ*.

Pag. 220. lin. 1. 2. *Quadam die intravit Romam a Porta Sci Pauli indict.* XIII.

Pag. ead. lin. 7. *Cirbeus*.

Pag. ead. lin. 8. *& præsentati*, ut in nostra editione; in alia, *& præsentes*.

Pag. 221. lin. 13. 14. *Gratias ago, minus me habetis Archidiaconum vestrum Pelagium, & manus* &c.

Pag. 222. lin. 9. *Via Salaria*) reliqua verba, *in cœmeterio Priscillæ* Ms. non legit.

Pag. ead. lin. 12. *& cessavit episcopatus mens. 3. dies 5.*

IN PELAGIO

Pag. 223. lin. 2. *sedit annos* 11.

Pag. ead. lin. 5. *& Bonus de Ferentino*, ut in nostra editione; in alia, *de Florentino*.

Pag. 224. lin. 12. 13. *sed si quis ille doctus*.

Pag. 225. lin. 6. 7. *mortuus est & sepultus in basilica beati Petri Apostoli* VI. *non. Martii*) ita editio nostra; alia vero: *obiit die 2. mensis Martii*: quæ in Ms. desiderantur.

Pag. ead. lin. 10. *cessavit menses duos* &c.

IN JOHANNE III.

In Ms. *Joannes*.

Pag. 226. lin. 2. 3. *menses 12. dies 26.*

Pag. ead. lin. 4. *oblationes & Amulæ*.

Pag. ead. lin. 8. editio nostra, *intartam fecerunt*; Ms. *in Fassia venerunt*; alia editio, *in Tarsia venerunt*.

Pag. 227. lin. 1. *Regem Sinduald*, ut in nostra editione; in alia, *Sinduals*.

Pag. 229. lin. 6. 7. *reductus est cum omnibus divitiis suis Constantinopolim*.

IN

IN BENEDICTO

Pag. 230. lin. 2. 3. *Annos quatnor mensem unum dies* 24.

Pag. ead. lin. 3. *Lungubardorum*, & sic deineeps.

Pag. ead. lin. 6. 7. *Justinianus*, ubique in Ms.

Pag. ead. lin. 13. 14. *ordinationem unam per mensem Decembr.*

IN PELAGIO II.

Pag. 231. lin. 1. 2. *ex patre Vunigeldo.*

Pag. ead. lin. 11. *fecit xenodochium pauperum.*

Pag. 232. lin. 2. *mensis Februarii Indic.* v.

Pag. ead. lin. 5. *cessavit menses tres, dies* 25.

IN S. GREGORIO

Pag. 234. lin. 11. 12. *ante segretarium.*

Pag. ead. lin. 15. *& cessavit . . . dies* 19. ut in nostra editione; in alia, *dies* 18.

IN SABINIANO

Pag. 235. lin. 2. *de civitate Blera*, ut in nostra editione; in alia, *de civitate Vlera.*

Pag. ead. lin. 8. *funus ejus electus per Portam* &c. pro *fnaus ejus & lectus*, ut in nostra editione habetur.

IN BONIFACIO III.

In Ms. sine numero *III.*

Pag. 236. lin. 1. & 2. *ex patre Cuttadioce.*

Ibid. & pag. 237. lin. 1. *sed . . . . menses* 8. *dies* 22.

Pag. ead. lin. 6. 7. *Presbyteri Romani* XXXIII. ut in nostra editione; in alia, *triginta quatuor.*

Pag. ead. lin. 15. *cessavit* &c. *dies* VII. sed unitas erasa est.

IN BONIFACIO IV.

In Ms. *Bonifacius.*

Pag. 239. lin. 1. 2. *episcopos per diversa loca triginta sex, & cessavit episcopatus menses* VI. *dies* XXV. ut in nostra editione; in alia postrema verba desiderantur.

IN S. DEUSDEDIT

In Ms. *Deusdedit*, sine prænomine *S.*

Pag. 239. lin. 3. *dies* 23.

Pag. 240. lin. 4. *Attartu.*

Pag. ead. lin. 5. 6. & 7. *interfecit Tyrannum, & simul cum eo alios multos & sic eeversus est* &c.

Pag. ead. lin. 9. *Hic constituit, ut secunda missa fieri in clero.*

Pag. ead. lin. 11. *Indictione* VI. ut in nostra editione; in alia, *Indictione undecima.*

IN BONIFACIO V.

Pag. 241. lin. 1. 2. *ex Civitate Neapoli ex Patre Joanne.*

Ibid. *dies* V.) desunt in Ms. in alia editione, *dies* 13.

Pag. 242. lin. 3. 4. *sed Subdiaconus sequentes.*

Pag. ead. lin. 8. 9. *Patritius & exarcus factus Antartbu.*

Pag. ead. lin. 10. 11. *a milite Ravennate.*

Pag. 243. lin. 3. 4. *cessavit dies* XIII. ut in nostra editione; in alia, *dies* 18.

IN HONORIO

Pag. 243. lin. 4. *omnem cymiliam.*

Pag. 244. lin. 10. *ecclesiam omnem ex tegulis ereis.*

Pag. 246. lin. 8. 9. *& ibi constituit molam* &c.) reliqua usque ad *undavit aquam ad Tiberim*, desunt in Ms.

Pag. 247. lin. 3. 4. *beati Hadriani martyris*) deest in Ms. nomen *martyris.*

Pag. ead. lin. 7. 8. deest in Ms. per *mensem Decembris.*

Pag. ead. lin. 9. *sepultus est ubi supra.*

Pag. ead. lin. 10. *tertio Idus Octobris.*

Ibid. *cessavit* &c. *dies* 18. ut in nostra editione; in alia, *dies* 17.

IN SEVERINO

Pag. 250. lin. 19. 20. *Fecit autem episcopos* &c. *numero novem*, ut in nostra editione; in alia, *numero quatuor.*

IN JOHANNE IV.

Pag. 251. lin. 3. *dies* 18.) desunt in Ms.

IN THEODORO

Pag. 253. lin. 7. *cum jam increvissent peccata ejus*, ut in nostra editione; in alia, *increbnissent peccata ejus.*

Pag. ead. lin. 11. *intatizavit.*

Pag. ead. lin. 16. 17. *imponere voluisset.*

Pag. 254. lin. 12. *per manus Marini*, ut in nostra editione; in alia, *Maurini.*

Pag. ead. lin. 17. *ut vivus civitatem*,

quem-

quemadmodum in nostra editione; in alia, *unius civitatem*.

Pag. 257. lin. 1. & 2. *Fecit oratorium B. Sebastiano*, ut in nostra editione; in alia, *B. Silvestro*.

Pag. ead. lin. 4. 5. *dedicavit & ornavit*.

Pag. ead. lin. 11. 12. *Orthodoxam fidem catholicam Apostolicam ecclesiæ remearet*.

IN S. MARTINO

In Ms. sine prænomine *S.*

Pag. 258. lin. 15. 16. *inlicite præsumere*.

Pag. 260. lin. 8. 9. *Paulum Patriarcham Constantinopolitanum*, ut in nostra editione; in alia, *Patriarchas C. Politanos*.

Pag. 261. lin. 17. *Exercitum Tuscum habetote*.

Pag. 262. lin. 4. 5. *armans se cum exercitu virtutis*.

IN EUGENIO

Pag. 265. lin. 3. *menses novem*, ut in nostra editione; in alia, *menses octo*.

Pag. ead. lin. 11. 12. *juxta consuetudinem priorem*) deest in Ms. *priorem*.

Pag. 266. lin. 10. *dies* 28. ut in nostra editione; in alia, *dies* 29.

IN S. VITALIANO

In Ms. *Vitalianus*.

Pag. 267. lin. 7. 8. *per eos demissa direxerunt*.

Pag. 268. lin. 3. *idest* XV. *die*.

Pag. ead. lin. 5. *milliario* V. *ab urbe Roma*.

Pag. ead. lin. 14. 15. *& ibidem pransit in Basilica Vigilii*: & alia manu, *pranxit*.

Pag. 269. lin. 3. *perrexit Regio*, & alia manu antiqua, *Regione*.

Pag. ead. lin. 14. *die mensis Julii per Indict.* XII.

IN ADEODATO

Pag. 270. lin. 2. *de patre Jobiano*.

Pag. 272. lin. 1. *juxta pontem Meruli*, ut in nostra editione; in alia, *juxta campum Meruli*.

Pag. 273. lin. 1. *diaconos sex*.

IN DONO

Pag. 275. lin. 1. *diaconos quinque*, ut in nostra editione; in alia, *diaconos* 50.

Pag. ead. lin. 2. 3. *sub die* IV. *Id. Aprilis*.

IN S. AGATHONE

Pag. 275. lin. 1. deest, *ex monachis* in Ms.

Pag. ead. lin. 2. *menses sex dies quatuor*, ut in nostra editione; in alia, *menses sex, dies tres*.

Pag. 276. lin. 11. deest, *missam* in Ms.

Pag. ead. lin. 17. *& Johannem Portuensem Episcopos*, ut in nostra editione; in alia, *& Joannem Portuensem episcopum*.

Ibid. & lin. 18. 19. *Johannem diaconum, & Constantinum subdiaconum*, ut in nostra editione; in alia, *Joannem diaconum & Constantinum*.

Pag. 278. lin. 7. 8. *dirigeret cum obsequio. Ob pietas Imperatoris*: hæc & alia in Ms. præponuntur.

Pag. ead. lin. 8. 9. *ut sic eos susciperet*.

Pag. 280. lin. 2. *quod coram Principe, & Synodo placuit*.

Pag. ead. lin. 6. *die decimum Novembris*.

Pag. 281. lin. 2. *& confessus Macarius*.

Pag. ead. lin. 7. *die* XIV. *mensis Februarii*.

Pag. ead. lin. 15. 16. *una cum ejus pietate Principe, sicut synodica sanctissimi Agathonis Papæ relecta est*.

Pag. ead. lin. 18..... *numero centum viginti*.

Pag. ead. lin. 19. 20. *nec dicendus Macerius, ut cum synodo vel* &c.

Pag. 282. lin. 2. 3. *In qua una & hæretica dogma Macarii erat conscripta*.

Pag. ead. lin. 13. 14. *Adstante Synodo*.

Pag. 184. lin. 8. 9. *ordinatus* &c. *Theophanius*, ut in nostra editione; in alia, *Stephanus*.

Ibid. *Pagias*.

Pag. ead. lin. 12. *Epiphanio & Anastasio*.

Pag. 285. lin. 14. *mens. Jun. die* XIIX.

Pag. ead. lin. 19. *atque sorores vel nati*.

Pag. ead. lin. 1. *figuras eorum*) desunt ista in Ms.

Pag. 286. lin. 10. *mille centum & sexaginta*.

IN S. LEONE II.

In Ms. *S. Leo Junior*.

Pag. 287. lin. 7. *eloquendi major lectione polita*.

Pag. 288.

Pag. 288. lin. 8. 9. *cum discipulis suis omnibus, Stephanoq.*

Pag. ead. lin. 17. 18. & 19. *malorum hæreseos Macharium, Stephanum, Polichronium, & Anastasium dum nollent* &c.

Pag. 290. lin. 7. *Beati Pauli Apostoli dedicavit sub die* XXII. *mensis Februarii, ubi & dona obtulit*, ut in nostra editione; in alia, *ad Beati Pauli Apostoli dedicavit*, reliquis prætermissis.

Pag. ead. lin. 8. *Hujus almi pontificis* &c. reliqua usque ad finem numeri Ms. non legit.

Pag. ead. lin. 12. *die* XV. *Aprilis*.

Pag. 291. lin. 6. *diaconos* XXVII.

IN BENEDICTO II.

In Ms. *Benedictus Junior*.

Pag. 293. lin. 16. 17. & seqq. *Apparuit stella noctu per dies velut Luna sub nube inter nativitatem Dñi & Theophaniam. Jam prope exitum mensis Februarii in die ab occasu exiit stella meridie, & in partes Orientis declinavit*.

IN JOHANNE V.

In Ms. *Joannes*.

Pag. 296. lin. 3. 4. *sed & coemptum frumentum*, ut in nostra editione; in alia, *sed & ceptum frumenti*.

IN CONONE

Pag. 298. lin. 4. *sedit menses* XI. & desunt dies, ut & in nostra editione; in alia, *menses undecim, dies viginti tres*.

Pag. 300. lin. 9. 10. *Quas Patrimonii Brutias, & Lucaniæ annuas persolvebat*.

Pag. ead. lin. 14. 15. *in Antipathia Ecclesiasticorum*, ut in nostra editione; in alia, *in Antiochia Ecclesiasticorum*.

Pag. ead. lin. 17. 18. *Hominem perfersum*, alia manu, *perversum*.

Ibid. & pag. 301. lin. 1. *sed & mappulum ad cavalicandum*.

Ibid. & lin. 2. *sed & post multum temporis transitum Pontificis*.

Pag. ead. lin. 3. *Ob Patrimoniales*.

Pag. ead. lin. 5. *inveniebatur sententiæ Imperialis dissentiendum direxit*.

Pag. ead. lin. 9. 10. *omni cliro, & monasteriis diaconibus & mensionariis benedictionem* &c.

Pag. ead. lin. 17. 18. *ad disponendam civitatem*, ut in nostra editione; in alia, *ad dispensandam civitatem*.

Pag. 302. lin. 2. 3. *dies* XXII. *mensis Septembr.* ut in nostra editione; in alia, *die* XXI.

IN SERGIO

Pag. 307. lin. 3. 4. & 5. *a tribus Patriarchis, idest, Constantinopolitano, Alexandrino* &c. sicut in nostra editione; in alia vero, *a tribus Patriarchis, id est, Alexandrino, Constantinopolitano* &c.

Pag. 308. lin. 7. *suamque ecclesiam immaculatam*, ut in nostra editione; in alia, *immutilatam*.

Pag. 309. lin. 15. 16. *apertis januis, & sedens in sedem sub Apostolo*.

Pag. 310. lin. 18. 19. *Hic fecit imaginem auream B. Petri, quæ est in parte mulierum*, ut & nostra editio; alia autem postrema verba reticet.

Pag. 311. lin. 6. *pensantes libr.* CLXX. ut in nostra editione; in alia, *pensantes singul. lib. triginta*.

Pag. ead. lin. 15. *Regias argenteas*, sicuti in editione nostra; in alia, *regios arcus majores*.

Pag. 312. lin. 20. & pag. 313. lin. 1. *Basilicam S. Anree in Hortis*.

Pag. 314. lin. 11. *Hic ordinavit Bertoaldum archiepiscopum, atque Clementem in Gentem Phrisonorum*.

Pag. ead. lin. 17. *Indict.* XIV.

IN JOHANNE VI.

In Ms. *Joannes sextus*.

Pag. 317. lin. 6. *Episcopos* XII.

IN JOHANNE VII.

In Ms. *Joannes VII.*

Pag. 319. lin. 7. *Patrimonii Alpium Cutiarum*.

Pag. ead. lin. 13. 14. *a Partibus Gazariæ*.

Ibid. & lin. 15. 16. *cum Trebellio usque ad Regiam urbem* &c.

Pag. 320. lin. 7. *Imperium Protomos*.

Pag. ead. lin. 18. & seqq. *Hic fecit episcopos* &c.) hæc omnia usque ad finem numeri desunt in Ms.

IN SISINNIO

Pag. 322. lin. 2. *Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum*,) reliqua usque ad *Justiniano Augusto* Ms. non legit.

Pag. ead. lin. 5. *dies* XIIX.

AD

AD TOMUM SECUNDUM.

IN CONSTANTINO

PAgina 1. linea 3. 4. & pag. 2. lin. 1. *Fuit autem temporibus . . . Augustorum* &c. Hæc in Ms. non habentur.

Pag. 2. lin. 9. *ut maluit*, in alia editione, *inaluit*.

Pag. ead. lin. 11. *terra*) deest in Ms.

Pag. 3. lin. 7. 8. *in Ponticam transmissus est insulam, ac regionem*, ut in nostra editione; in alia, *in Ponticam transmissus est regionem*.

Pag. ead. lin. 17. *Presbyteri*, ut in nostra editione; in alia, *Michaelius* &c. *presbyter*.

Pag. 5. lin. 4. *& vicedominum*) deest in Ms.

Pag. 10. lin. 3. deest in Ms. *Constantinus*.

Pag. 11. lin. 5. *sed victus est*) deest in Ms.

Pag. 12. lin. 4. *fuisset petitus*.

Pag. ead. lin. 6. *suscepere*.

Pag. ead. lin. 10. *quam* XXX. *flagellarentur*.

Pag. 13. lin. 11. 12. *quod nequaquam adversa retineret*.

Pag. ead. lin. 16. *Qui etiam sepultus est* &c.) reliqua usque ad *Anastasio Augusto*, desunt in Ms. Ad finem autem illius paginæ in Ms. legitur hæc adnotatio: *Huc usque* CXXVIIII. *anni sunt, quod Langobardi venerunt &* VII. *menses*. Post hæc vita Gregorii & reliquæ alia manu continuantur.

IN S. GREGORIO II.

In Ms. *Gregorius* sine numero, & sine prænomine *S.*

Pag. 14. lin. 1. 2. *sedit annos* XV. *menses* XVIII. *dies* XXII.

Pag. ead. lin. 3. & seqq. *Fuit autem temporibus*) & reliqua usque ad *Augustorum* desunt in Ms.

Pag. ead. lin. 5. 6. *sub sanctæ memoriæ domno Sergio Papa*) hæc in Ms. desiderantur.

Ibid. *saccellarius*) deest in Ms.

Pag. ead. lin. 7. *Bibliotheca curam*) sic in nostra editione; in alia, *Bibliothecæ commissa*; in Ms. vero ista non leguntur.

Pag. 15. lin. 1. 2. & seqq. *atque a Justiniano* &c.) hæc itidem usque ad *quæstionem* in Ms. non leguntur.

Pag. ead. lin. 7. *Hic exordio pontificatus*) & quæ inde sequuntur prætermissa sunt in Ms. usque ad *præpeditus*.

Pag. ead. lin. 13. & 14. & pag. 16. lin. 1. & seqq. *Hic trabes in ecclesia B. Pauli Apostoli vetustate quassatas mutavit, & maximam cooperuit partem basilicæ, quæ ceciderat, & altare a novo refecit* &c.

Pag. 16. lin. 11. 12. & 13. *convertit ad Christum, & maximam partem gentis ejusdem S. Baptismatis lavit unda*.

Pag. ead. lin. 15. *atque ordinatis*) ista Ms. non agnoscit.

Pag. ead. lin. 16. 17. & pag. 17. lin. 1. & seqq. *Constituens, ut tribus per diem vicibus & noctuum matutino Hymnos diceret. Instituit pariter Gerontocomium, quod juxta ecclesiam Sanctæ Dei Genitricis ad Præsepium est, monasterium juxta appositum Sancti Andreæ Apostoli, quod barbare nuncupatur, ad nimiam deductus desertionem, in quibus ne unus quidem habebatur monachus, restaurans, monachos faciens. Ordinavit, ut* III. VI. VIII. L *matutinos in eadem ecclesia S. Dei Genitricis cotidianis agere diebus, & manet huc usque pia ejus ordinatio. Eo tempore Luitprandus* &c.

Pag. 17. lin. 11. *Gotiarum*.

Pag. 18. lin. 4. *Baicariornia cum aliis*.

Pag. ead. lin. 9. *Pagarenos*.

Pag. ead. lin. 13. 14. *collocaverunt*, ut in nostra editione; in alia, *confirmaverunt*.

Pag. ead. lin. 19. & pag. 19. lin. 1. *expediit*.

Pag. 19. lin. 15. *Molvium*, ut in nostra editione; in alia, *Milvium*.

Pag. 20. lin. 2. 3. *nec ferere*) deest in Ms.

Pag. ead. lin. 9. *per* XV. *Indictionem*) hæc reticet Ms.

Pag. 22. lin. 8. *diflecta tempore*, ut in nostra editione; in alia, *detecta*.

Pag.

Pag. 22. lin. 12. & pag. 23. lin. 1. *Hic quadragesimali tempore ut in quinta Feria Missarum celebritas* &c.

Pag. 23. lin. 4. *ornatum metallis a novo refecit* : reliqua vero usque ad *centum octuaginta*, Ms. silentio præterit.

Pag. ead. lin. 7. *Eo tempore moribus certe Honesta*) hæc Ms. non habet, quorum loco sic legit : *Domum propriam post matris obitum in honorem S. Christi martyris* &c.

Pag. ead. lin. 11. *vel qua Monasterii erant necessaria*.

Pag. ead. lin. 13. 14. *ciborium ex argento*) quæ insequuntur proxima pagina usque ad *multa largitus est*, prætermissa sunt in Ms.

Pag. 24. lin. 3. & seqq. & pag. 25. lin. 1. 2. & 3. *Eodem tempore nec dicenda Agarenorum gens a loco, qui Septeni dicitur, transfretantes Spaniam ingressi, maximam bocciserunt partem cum eorum Rege; reliquos omnes subdiderunt cum suis bonis, & ita eamdem Provinciam annis possiderunt* x. *undecimo vero anno generalis facta Francorum motio contra Saracenos circumdantes interfecerunt* &c.

Pag. 25. lin. 4. 5. *ut Francorum ducis missa*) *Eudonis* nomen Ms. non legit.

Pag. ead. lin. 10. *intra qua bellum committebatur*.

Pag. ead. lin. 13. 14. *Eo quoque tempore*,) & reliqua usque ad *missa sunt* in Ms. omittuntur.

Pag. 26. lin. 10. 11. & pag. 27. lin. 1. *obsedit per dies plurimos* (in alia editione *per dies aliquot*) usque ad *innumeras*, omnia manu alia recentiori scripta sunt in Ms.

Pag. 27. lin. 6. 7. *Imperatore mandante hoc præbuit*.

Pag. ead. lin. 10. *Paulus Patricius, qui Exarcus fuerat*.

Pag. 28. lin. 3. *eo quod censum in provincia*, ut in nostra editione; in alia, *eoque censum* &c.

Pag. 30. lin. 7. 8. *Exhilaratus dux Neapolis*) deest *Neapolis* in Ms.

Pag. ead. lin. 9. 10. *consilio suo Badriano*.

Pag. ead. lin. 12. 13. & seqq. & pag. 31. lin. 1. *& cum filio suo occiderunt, dicentes quod contra Pontificem Imperatori scripsissent. Orbaverunt post hunc & Petrum ducem*.

Ibid. *Igitur dissentione missa* l *n partibus Ravennæ*.

Pag. ead. lin. 5. *Ferronianus Montebelli*.

Pag. ead. lin. 6. *& Persicera*.

Pag. ead. lin. 9. *qui dudum Exarchus fuerat*) ista reticet Ms.

Pag. 33. lin. 8. deest in Ms. *per* XI. *Indictionem*.

Pag. ead. lin. 9. *Sutriense castellum*, ut in nostra editione; in alia, *Sueriense castellum*.

Pag. ead. lin. 15. *Eo autem tempore Indictione* XII.) usque ad *eo vero tempore* Ms. silet. Postea vero sequitur, ut in Nota Muratoriana, seu Variante Blanchiniana num. 69. *Post vero aliquod tempus idem Rex generali facta motione, ut subjiceret Ducem Spolitanum, & Beneventanum, susceptis ab ipsis Ducibus sacramentis, atque obsidibus, cum omni suo exercitu in Neronis campo convenit. Ad quem egressus Pontifex, eique se præstans, Regis mollivit animum cum monitione pia, ita ut se prosterneret ejus pedibus, & promitteret se nulli dare, aut inferre læsionem, & sic recederet. Nam ad tantam compunctionem piis monitis ejus flexus est, ut quæ fuerat indutus exueret, & ante* &c.

Pag. 35. lin. 5. 6. *& ante corpus Apostoli poneret mantum* &c. usque ad *crucem argenteam* Ms. non legit : Deinde vero addit : *Postque facta oratione decessit, convixerat enim plurimum Romam, ut illa, quæ Imperator mandabat, cum Exarco impleret. Sed commonitus per blanda suasione Pontificis non expedire tunc ad partem flexus salutis illa fecit, quæ institutus est, nec consensit pravis consiliis, & recessit mitis qui venerat ferus; sic compressa est adversantium malitia Rege declinante a malis, quibus inerant, consiliis. Nam post paucos dies claruit* &c.

Pag. 37. lin. 4. 5. *& omnes dealbarent depictas ecclesias*) Deficiunt hæc in Ms.

Pag. ead. lin. 9. & seqq. *Pro qua causa etiam Germanum*) hæc periodus in Ms. ita legitur : *Eodem tempore Germanus patriarcha a propria expulsus est sede Imperatoris nequitia, sibique complicem* &c.

Pag. 38. lin. 7. & seqq. *Hic fecit calicem aureum*) & reliqua usque ad *solidos mille* reticet Ms.

Pag. ead. lin. 12. 13. *Hic fecit ordinationes* &c. desunt menses in Ms.

Pag. 39. lin. 2. *sub die 21. men. Februarii*.

Pag. ead. lin. 4. *dies* XXXV. ut in nostra editione ; in alia , *dies quinque , mensem unum*.

IN S. GREGORIO III.

In Ms. *Gregorius*.

Pag. 40. lin. 1. *dies* XXIV.

Pag. ead. lin. 7. *immutabilitate* , ut in nostra editione ; in alia ; *& Apostolicæ immutilatæ*.

Pag. 43. lin. 7. *Antonino* , ut in nostra editione ; in alia , *Antonio*.

Pag. ead. lin. 9. *partis numerum*, & deest in Ms. 93.

Pag. ead. lin. 12. *reliquis Christianis pluribus*.

Pag. 44. lin. 10. 11. *Pontificum anathema sanxerunt*.

Pag. 45. lin. 12. 13. *antiquas sex filopares* , ut in nostra editione ; in alia , *filio pares*.

Pag. 47. lin. 9. 10. *alias axiscas numero quinque*.

Pag. 50. lin. 7. 8. *a jure potestatis Presbyterii*.

Pag. 52. lin. 7. *& introgressionem vestivit argento*.

Pag. 53. lin. 9. *quæ ad gyro dicitur*.

Pag. 57. lin. 11. *Hic fecit ordinationes tres* &c.) hæc omnia usque ad finem vitæ desunt in Ms.

IN S. ZACHARIA

In Ms. *Zaccarias*.

Pag. 58. lin. 3. *dies* XV.

Pag. 60. lin. 6. *Polimattium & Bedam*.

Pag. 61. lin. 1. *Blavenses seu Pinnenses*.

Pag. ead. lin. 2. *per Ravennense territorium*.

Pag. ead. lin. 5. *per mensem Decembrem Indictione* VIII.

Pag. 64. lin. 16. deest *Anconitanum* in Ms.

Pag. 65. lin. 2. *in decimo confirmavit anno*.

Pag. 68. lin. 4. 5. *Civitatem prædictam & utrarumque Pentapolim & Aemilia*.

Pag. ead. lin. 10. *petiit , ut a minitione cessaret*.

Pag. 70. lin. 5. 6. *quod præpoditionem ditabant ad faciendum prædicto sancto Viro*.

Pag. ead. lin. 10. 11. *Ad Ravennatium Urbem in finibus Langobardorum*.

Ibid. *ingressus sequipes* , ut in nostra editione ; in alia , *sesquipes*.

Pag. ead. lin. 15. *ad Padum conjunxit*, ut similiter in nostra editione; in alia, *convenit*.

Pag. 71. lin. 1. 2. *Ticinum coniugens* , ita & in nostra editione ; in alia , *Ticinum conveniens*.

Pag. ead. lin. 6. *& post suppleta libatione*.

Pag. ead. lin. 11. *pariter susceperunt cives*.

Pag. ead. lin. 17. & pag. 72. lin. 1. *sed magis & absultis Ravennatium* &c.

Pag. 72. lin. 1. 2. *Castrum Cesinate*.

Pag. ead. lin. 11. 12. *conviatos deduxit*.

Pag. 73. lin. 13. 14. *Hilprandum nepotem suum*.

Pag. 74. lin. 6. *diversis marmoribus & vitro*, quemadmodum & in nostra editione ; in alia , *diversis marmoribus , & vitri*.

Pag. 75. lin. 12. *quæ cognominatur Panaria* , non secus ac in nostra editione ; in alia , *Paunaria*.

Pag. 76. lin. 4. *quæ & ornavit*) desunt alia in Ms. usque ad *Item fecit coronam*.

Pag. ead. lin. 14. *Aftaustum nomine* , & ita semper *Aftaustum*.

Pag. 77. lin. 14. 15. *de duabus massis , quæ* &c. ut in nostra editione; in alia, *de duabus mansis , quæ Nymphas*.

Pag. 78. lin. 5. 6. *atque in spiritali habitu* , ut in nostra editione ; in alia , *atque in speciali habitu*.

Pag.

Pag. 78. lin. 7. 8. & 9. *& inter alia multa dona* usque ad *libras* LXX. desunt in Ms.

Pag. 80. lin. 2. *cum optimatibus quantocius*.

Pag. ead. lin. 6. 7. *animum ejus spiritali studio*.

Pag. ead. lin. 8. 9. *devote cum uxore*, ut in nostra editione; in alia, *decore cum uxore*.

Pag. 81. lin. 7. 8. *deduci fecit ubi immensa beneficia atque miracula* &c.) desunt hæc in Ms.

Pag. 82. lin. 3. & seqq. *Et fecit per diversas locas domo culpta, & diruptas Ecclesias restauravit sicut & antiquitus fuerat restaurata, & vestes & dona obtulit. Hic præcipuus Pontifex dilexit clerum suum valde*) & intermedia omnia desunt in Ms.

Pag. 44. lin. 19. *Hic fecit ordinationes tres* &c.) & reliqua usque ad finem desiderantur in eodem Ms.

IN STEPHANO II.
in Ms. *Stefanus*.

Pag. 86. lin. 1. *Stephanus natione Romanus*) *II.* non legitur neque in nostra editione, neque in Ms.

Pag. ead. lin. 2. *dies* XXIX.

Pag. 88. lin. 4. *pari modo*, ut in nostra editione; in alia, *patrii modo*.

Pag. ead. lin. 4. 5. *in Plantanam centum*.

Pag. 89. lin. 7. 8. *ad eum conjungentes*, ut in nostra edizione; in alia, *ad eum convenientes*.

Pag. 92. lin. 1. 2. *detulit adhortationis adnexa verba jussionum*.

Pag. ead. lin. 16. *sæpius exercitandis has Italiæ partes scripserat modis omnibus advenire*.

Pag. 94. lin. 1. 2. *quæ Acheropsita nuncupatur*.

Pag. ead. lin. 14. *divinam totis nisibus sectari scripturam*.

Pag. 95. lin. 15. & pag. 96. lin. 1. *Hic beatissimus Papa statuit Basilicam* &c.

Pag. 96. lin. 3. *sca Sotris*.

Pag. 97. lin. 4. *pro universo exarchatu Ravennæ*, ut in nostra editione; in alia, *Pro universo exercitu Ravennæ*.

Pag. ead. lin. 11. 12. *Carolo excellentissimo Regi Francorum*.

Pag. 98. lin. 1. & seqq. *Adhuc etiam nec cessavit*, ut in Variantibus nostræ editionis.

Pag. ead. lin. 6. 7. *nomen Ridigangus Abbas*.

Pag. ead. lin. 13. *ut Cicales Castellum*.

Pag. 99. lin. 10. 11. deest *ovibus* in Ms.

Pag. ead. lin. 14. 15. *ad Beatum Petrum Apostolum* XIV. *Indictione* VIII. *mense S. Indictione* VII.

Pag. 100. lin. 8. *Igitur conjungente eo fere questo* (sic) *gens in unum miliarium*.

Pag. ead. lin. 10. *quasi gladius igneus*, ut in nostra editione; in alia, *quasi globus igneus*.

Pag. 101. lin. 18. *suos optimates ad eum*, ut in nostra editione; in alia, *suos satellites ad eum*.

Pag. 102. lin. 4. 5. *Quilcarium episcopum*.

Pag. ead. lin. 8. *Bonifacium secundicerius*, ut in nostra editione; in alia, *Bonifacium secundum*.

Pag. 103. lin. 10. *Folradus Abbas & Rothardus*) deest *dux* in Ms.

Pag. ead. lin. 21. deest *excellensissimo*.

Pag. ead. lin. 17. & pag. 104. lin. 1. *Pro quo & fere ad centum millia*.

Pag. ead. lin. 2. deest *coangalici* in Ms.

Pag. ead. lin. 4. *Pontiene*.

Pag. ead. lin. 9. deest *almificus* in Ms.

Pag. 105. lin. 1. deest *Christianissimum*.

Pag. ead. lin. 10. *cum suis omnibus in Parasiaco*.

Pag. ead. lin. 11. 12. *ad exhinvernandum pergere curavit*.

Pag. ead. lin. 13. *Christianissimo*) deficit in Ms. semper hic titulus.

Pag. 106. lin. 5. 6. *Salvum cupiens omnem hominem*.

Pag. ead. lin. 10. *qui Parisiacus appellatur*.

Pag. 107. lin. 2. *diabolicis suadendo suasionibus*) desunt hæc in Ms.

Pag. ead. lin. 3. *provinciam ad obœdiendum*.

Pag. ead. lin. 7. 8. *nec dicendo Aistulpho tyranno*) desunt tituli Aistulphi semper in Ms.

Pag. 108. lin. 4. *anno Domini* DLXXV.) hæc Ms. non profert.

Pag. ead. lin. 7. *obtemperans regis*.

Pag. 109. lin. 8. deest in Ms. *vel sero*.

Pag. 110. lin. 4. 5. *Tunc Pipinus Rex iter suum profectus* &c.

Pag. 111. lin. 10. 11. *in qua ipse cum suis habitabat*.

Pag. 113. lin. 9. 10. & 11. *Et post hoc ab invicem segregati in perjurium Aistulphus rex incidens quod jurejurando* &c.

Pag. 116. lin. 1. & seqq. *eorum sacra cimiteria abstulit. Castrum itaque illum Narniensem, quem pridem reddiderat missis Francorum, jure B. Petri Apostoli abstulit*.

Pag. ead. lin. 5. & seqq. *Hæc itaque ab Aistolfo gesta quanto sæpedicti Francorum insonuerunt Regi in aures. Sed & beatissimus Pontifex iter suos per Marinum ordinans*.

Pag. ead. lin. 9. *Varnario nomine*.

Pag. 117. lin. 5. *Georgius scilicet Protosecreta*.

Pag. 118. lin. 6. 7. *ex ipsis Georgius videlicet*.

Pag. 119. lin. 15. *ab obsidione cessaret*) hæc Ms. non legit.

Pag. 120. lin. 4. 5. *Fulradum venerabilem abbatem & presbyterum absolvit, & continuo ipse cum suis exercitibus Franciam repedavit*.

Pag. 121. lin. 2. *Pensaurum*.

Pag. ead. lin. 3. *Forum Populi*.

Pag. ead. lin. 5. *Montem Lucati*, ut in nostra editione; in alia, *Montem Lucaci*.

Pag. ead. lin. 5. 6. *Castellum Sancti Marini*, ut in nostra editiooe; in alia, *Sancti Mariani*,

Ibid. *Vobio*, *Orbino*.

Ibid. & lin. 7. *Callis*, *Luceolis*, ita etiam in nostra editione; in alia, *Callium*, *Luculos*.

Pag. 122. lin. 2. *in venationem pergens*.

Pag. ead. lin. 8. *Despectui habens Ratchisus*.

Pag. 124. lin. 11. *cum castro Tiberiaco seu Cavellum*, ut in nostra editione; in alia, *seu Gabellum*.

Pag. 125. lin. 12. 13. *& cessavit episcopatus dies* XXII. & deest in Ms. ut in nostra editione illa repetitio: *& cessavit episcopatus ejus diebus triginta duobus*, quæ in alia recitatur.

IN S. PAULO
in Ms. *Paulus*.

Pag. 126. lin. 8. 9. *cum antefato suo Germano ordinatus consecratusque est Pontifex*.

Pag. 128. lio. 15. 16. *loca neglecta ac desidia antiquitatis* &c.

Pal. 130. lin. 1. 2. *Hic fecit noviter ecclesiam infra banc civitatem Romanam in via sua Sacra* &c.

Ibid. *juxta templum Romis*.

Pag. 151. lin. 8. 9. *& cessavit episcopatus annum unum*) deest in Ms.

IN STEPHANO III.
in Ms. *Stephanus*.

Pag. 131. lin. 2. *dies* XXVII.) desunt in Ms.

Pag. ead. lin. 3. *Vir divinis scripturis eruditus*, & deest vox *strenuus* in Ms.

Pag. 132. lin. 8. 9. *in titulo Sanctæ Cecilia consecravit*, ut in nostra editione; in alia, *in titulo sanctæ Ecclesiæ consecravit*

Pag. ead. lin. 15. *pro austeritate fervoris* quemadmodum & in nostra editione; in alia, *pro auctoritate fervoris*.

Pag. 133. lin. 14. 15. *loricis induti latrocinanter*, ut in nostra editione; in alia, *loricis induti latrocinantes*.

Pag. 137. lin. 13. 14. *per pontem Mollium*.

Pag. 139. lin. 16. 17. *ex ipso oratorio ejicentes sub cautela muni eorum*.

Pag. 142. lin. 1. & seqq. *pergentesque in beatæ Cecilia, in quo Presbyter existens spiritalem degebat vitam cum Pontif.*

Pag. 142 lin. 14. *oculos eruere visi sunt*.

Pag. 144. lin. 3. 4. *Tusciæ & Campaniæ pergentes, ubi erat* &c.

Pag. ead. lin. 5. *consentaneus jam dicti Constantini*.

Pag. ead. lin. 10. 11. *quidam iniqui Campanini*, & sic deinceps, ut etiam in nostra editione; in alia, *Campani*.

Pag. 145. lin. 8. 9. *cum Theodicio duce Spoletino*, ita etiam in nostra editione; in alia, *Theodocio*.

Pag. 147. lin. 1. *ac temeritatis præsumptione*, ut in nostra editione; in alia, *temeritatis præscriptione*.

Pag.

Pag. ead. lin. 4. 5. *Christianissimum*) deest ubique in Ms.

Pag. ead. lin. 14. adverbium *scilicet* erasum est in Ms.

Pag. 148. lin. 3. *jam extra oculos*.

Pag. ead. lin. 5. *iniquae veritatis*) hæc verba desunt in Ms.

Pag. 149. lin. 13. *desertis*, alia manu, sed antiqua corrigitur, *delatis*.

Pag. 150. lin. 5. *si aliquis eorum Prior, Presbyter, aut Diaconus*.

Pag. ead. lin. 10. *ab eodem sanctissimo Stephano papa*) deest *Stephano* in Ms.

Pag. ead. lin. 14. *antefato Beatissimo Pontifici*.

Pag. ead. lin. 15. *statuentes ut hi*.

Pag. 151. lin. 5. *vel ubi voluissent, permanerent*, ut in nostra editione; in alia, *vel ubi fuissent permanere*.

Pag. ead. lin. 24. *& subtilius cuncta perindagantes*, sic & in nostra editione; in alia, *& subtilius multa perindagantes*.

Pag. 152. lin. 7. 8. *pro deponendis ipsis Sacris Imaginibus*, sicut in nostra editione; in alia, *pro disperdendis ipsis sacris imaginibus*.

Pag. 153. lin. 11. *una cum consilio Desiderii*; in alia editione, *una cum concilio Desiderii*.

Pag. 154. lin. 9. *etiam .....* (sic) *& ornatus ipsius ecclesiæ*.

Pag. 155. lin. 3. 4. *clero ipsius Ravvenatis ecclesiæ, & judicibus, & plebe in archiepiscopatus honorem*, quemadmodum in nostra editione; in alia, *& clero ipsius Ravennatis Ecclesiæ in archiepiscopatus honorem* &c.

Pag. 156. lin. 2. 3. *Fecit enim & tres regulares argenteos*) hæc verba omittit Ms. & incipit *super rugas*.

Pag. 158. lin. 15. *recedere eos jussit*) hæc Ms. non agnoscit.

Pag. 161. lin. 7. 8. *cessavit episcopatus dies novem*.

IN S. HADRIANO

In Ms. *Hadrianus*.

Pag. 162. lin. 9. 10. *studiose a proprio Thiotheo*.

Pag. 163. lin. 1. 2. *eleemosinam inopleauter egenis*.

Pag. 164. lin. 8. 9. *Sed & reliquos, qui* &c. ut in nostra editione; in alia, *sed & relictos, qui* &c.

Pag. ead. lin. 14. *Theodocium ducem*, ut in nostra editione; in alia, *Theodicium*.

Pag. ead. lin. 15. *ducem Eburegias*.

Pag. 165. lin. 5. *de fraudulenta ejus fide reseruit?*

Pag. ead. lin. 8. *per suum iniquum argumentum*, sic quoque in nostra editione; in alia, *per suum inimicum argumentum*.

Pag. ead. lin. 15. 16. *Athanasium primum defensorem*.

Pag. 166. lin. 1. 2. *cum qua fiducia illi credere possimus*.

Pag. ead. lin. 11. 12. *notarium Regionarium & Satellarium*.

Pag. ead. lin. 13. *& tunc super istam*.

Pag. 169. lin. 6. 7. *ad eum deduci dicens* &c.

Pag. 170. lin. 2. 3. *veniens Calvezulus cubicularius*, in alia vero editione, *Calventius*.

Ibid. *Lnuissone presbytero*, & semper *Lunissone* in Ms. non secus ac in nostra editione; in alia, *Tunissone*.

Pag. ead. lin. 13. 14. *præceptum, quoram eisdem Campanis*.

Pag. 173. lin. 12. *Paulum illi vicaneum traderet*.

Pag. 175. lin. 3. *literas ac consolationis modo*.

Pag. 177. lin. 6. *Dirigens suos missos Desiderius sæpius ad* &c.

Pag. 180. lin. 10. *fatigium sumendi*.

Pag. ead. lin. 24. *& deiutus ferris supponi* &c.

Pag. ead. lin. 25. *protervus Rex sine cumiatu*.

Pag. 181. lin. 4. 5. *extemplo facto in scriptis*, ut in nostra editione; in alia, *exemplo facto* &c.

Pag. ead. lin. 12. *Sed nec Eucarius*) sic ubique in Ms.

Pag. 182. lin. 11. *reliquas justitias suo certamine*.

Pag. 183. lin. 15. *per montem Sinisem*.

Pag. 184.

Pag. 184. lin. 22. *& eadem nocte dimissis* &c. ut in nostra editione; in alia, *& eadem nocte dimissis* &c.

Pag. 185. lin. 27. *sed metuentes suum Regem nequaqnam* &c.

Pag. 186. lin. 20. 21. *Casi felicitatis*.

Pag. 187. lin. 9. *Ildicardes Reginam* &c.

Pag. 192. lin. 7. *Tertia feria vero die*.

Pag. 195. lin. 4. 5. *Pontifex amator Ecclesiarum Dei gerens curationem pro curanda omnia earumdem Ecclesiasum Dei*.

Pag. 196. lin. 7. *habentem candelas* MCCCLV.

Pag. 197. lin. 11. *quod ante nimis dissolutum existebat*.

Pag. 198. lin. 2. *vela* LXII.

Pag. 199. lin. 5. 6. *Beati Laurentii martyris, quæ prius ad Taurellum domninis vetustissimis incrat, omnes ejus trabes* &c.

Pag. ead. lin. 9. 10. *Basilica vero B. Felicis posita in Pincis*, quemadmodum in nostra editione; in alia, *posita in pineis*.

Pag. 200. lin. 11. *simulque & laudimas duas ex asgento*, ut in nostra editione; in alia, *laudunas*.

Ibid. *pensantes libras* VIII.) desunt ista in Ms.

Pag. 201. lin. 9. 10. & 11. *diaconias & monasteria infra banc civitatem Romanam, seo foris omnia restauravit, & vestes fecit atque obtulis dona; verum etiam & murum atque turres hujus Romanæ urbis quamque* &c.

Pag. 202. lin. 9. 10. & seqq. *atque constituit noviter domum cultam in Capricorium milliario ab Urbe quinto decimo cum aliis pluribus fundis ei coherentibus ex hareditate parentnm suorum, seo & alias tres a novo fundavit domos cultas. Statuit per Apostolicum privilegium sub magnis* &c.

Pag. ead. lin. 23. & seqq. *triticum & hordeum & omnifruge vinum & oleum diligenter in horreo seu paracellario sanctæ nostræ Ecclesiæ deferatur*: & cetera omnia usque ad ea verba: *At vero cum omnibus spiritualibus studiis* num. LVI. in Ms. omissa sunt.

Pag. 205. lin. 9. 10. *unde ex nimia fere amoris dilectione*.

Pag. 207. lin. 6. *in genuculo macinabantur,*) & sic ubique in Ms.

Pag. ead. lin. 8. *diruta extitit quoniam & censum arcoras*.

Pag. 209. lin. 6. 7. *in basilica B. Pancratii Martyris & levitæ*.

Pag. ead. lin. 12. *vela de optapulo*) & ita ubique in Ms.

Pag. 210. lin. 11. & 12. *eamdem formam totis vicibus properavit* &c.

Pag. ead. lin. 15. *in balnea*) alia verba, *etiam & intus civitatem*, & reliqua hoc numero contenta silentio præterit Ms.

Pag. 211. lin. 4. *Teodote relicta quondam* &c.

Pag. ead. lin 11. *qua vocatur Acutiana*, ut in nostra editione; in alia, *Acatiana*.

Pag. ead. lin. 18. 19. *seo quadrapolis numero* LXV.

Pag. 212. lin. 8. 9. *mittens Januarium vestiarium*.

Pag. 213. lin. 3. 4. *beati Januarii martyris sitæ foris portam B. Laurentii*.

Pag. 214. lin. 15. 16. *& per ciscuitum ejusdem ecclesia noviter Portica omnia renovavit*.

Pag. ead. lin. 17. 18. *Apostolicus vir dum almissima exquisitione*.

Pag. ead. lin. 25. 26. *Primam, Tertiam, Sextam, seo Nonam* &c.

Pag. 215. lin. 5. *piis lauaibus naviterque psallentes* &c.

Ibid. & lin. 6. *hymniferis choris Deique laxis resonent cantibus*.

Pag. ead. lin. 14. 15. *in nomine ejusdem Dei Apostoli fautori suo dedicavit*.

Ibid. deest *ex vestimentis* in Ms.

Pag. ead. lin. 19. *cum cuncto clero suo Senatuque Romano*.

Pag. 216. lin. 4. *Quos & Patronos in Domino*.

Pag. ead. lin. 19. *quod a Palastinis in desertis*.

Pag. 117. lin. 2. *quod cognominatur Vagauda*.

Pag. ead. lin. 8. 9. *calices ministeriales in Catholica*, ut in nostra editione; in

in alia, *calices ministeriales a Catholica*.

Pag. ead. lin. 12. *Populi salutem eo quod super ripam fluminis*, ut in nostra editione; in alia, *populi salutem super ripam Fluminis*.

Pag. 218. lin. 3. 4. *Virginis Mariæ, quæ appellatur Cosmirin*, & deest *Schola Græcæ*; similiter in editione nostra.

Pag. ead. lin. 16. *B. Agapiti martyris foris muros juxta S. Laurentium fecit.*

Pag. 219. lin. 1. 2. & seqq. *Verum atque ipse Pontifex a novo ecclesiam sancti Adriani & Laurentii, qui diruta erat in crypta cænacula sæcularia, & dona ibi obtulit multa & velas diversas. Hic idem eximius Papa altare B. Petri Apostoli una cum ejusdem confessionis fores ex auro mundo in sacris designatis Istoriis mirifice ornavit pensantes libras* CXXX. *Fecit in ipsa ecclesia Patenam ex auro puro cum calce similiter pensantes simul libras* XX. *Restauravit omnia titula & universa cimiteria & dona obtulit, quæ dinumerari non possunt. Basilicam vero B. Anastasii Christi martyris una cum vestiario, seo Igumenarcio, cæterisque ædificiis renovavit. Et basilicam B. Pancratii martyris nimia vetustate* &c.

Pag. 232. lin. 2. 3. *a fundamentis usque ad summum tectum combusta sunt. Quo audito misericordissimus Præsul* &c.

Pag. ead. lin. 4. 5. *arcam ejusdem martyris lipsani erutam*, ut in nostra editione; in alia, verbum, *lipsani* omittitur.

Pag. ead. lin. 19. 20. & 21. *nec non & totam ecclesiasticam patriam omnibus per particas dividens cum sumptis dapibusque Apostolicis*.

Pag. 233. lin. 2. *pensantes libras* DLXXXXII.

Pag. ead. lin. 5. *Qui fiunt tam in Altare, quam intus* &c.

Pag. ead. lin. 7. 8. *nec non & in postibus inferioribus*) reliqua usque ad finem hujus numeri desunt in Ms.

Pag. ead. lin. 15. *qui vocatur tres Calicłas*.

Pag. ead. lin. 17. 18. *sancti Marci regagnans per porticum Pallacinis*.

Pag. 234. lin. 4. *usque ad pontem Olvium*.

Pag. ead. lin. 5. *vim ipsius fluminis se dedit*, ut in nostra editione; in alia, *vim ipsius fluminis reddidit*.

Pag. ead. lin. 15. 16. *permotus inspiratione per sandala*, ut pariter in editione in nostra; in alia, *per naviculas*.

Pag. 235. lin. 22. deest *orthodoxam* in Ms.

Pag. 236. lin. 5. *septimo Cal. Januarii. Indictione quarta*. Atque ita Codex desinit.

FINIS VARIANTUM LECTIONUM.

ONU-

ONUPHRII PANVINII
VERONENSIS
Fratris Eremitæ Augustiniani
INTERPRETATIO
Vocum Ecclesiasticarum, quæ obscura, vel barbara videntur.

QUUM passim in Historiis ecclesiasticis, & præsertim ROMANORUM PONTIFICUM vitis, multæ voces barbaræ, inusitatæ, ex Græcis Latinæ redditæ, alienis aliquando a suo significatu sensibus, metaphorice acceptæ, & ideo minus cognitæ, insertæ sint: operæ pretium facere existimavi, si brevem earumdem interpretationem & expositionem, ex vetustissimis quibusdam scriptoribus constituerem, quo omnia legentibus clariora & apertiora sese offerentia, eorum in legendo assiduam curam & diligentiam non remorentur: sunt autem ejusmodi.

OFFICIA,
SIVE
MAGISTRATUS.

Domnus Papa
Episcopus
Cardinalis
Archipresbyter
Presbyter
Pœnitentiarius major
Pœnitentiarii minores
Archidiaconus
Diaconus
Palatinus, vel Basilicarius
Regionarius
Stationarius
Pater Diaconiæ
Archisubdiaconus vel
Prior Subdiaconorum
Subdiaconus
Regionarius
Basilicarius, sive S. R. E.
Palatinus
Oblationarius
Stationarius
Mansionarius
Mans. primus
Acoluthus
Regionarius
Stationarius
Supulmentarius
Paracellarius
Primicerius scholæ cantorum
Schola cantorum
Chorus
Primus scholæ paraphonista

Secundus scholæ paraphonista
Tertius scholæ paraphonista
Quartus scholæ, qui & Archiparaphonista
Vice dominus
Major domus
Vestiarius
Cancellarius, alias Bibliothecarius
Camerarius
Primicerius S. R. E.
Secundicerius S. R. E.
Arcarius
Saccellarius, alias Saccularius
Protoscriniarius
Scriniarii XII.
Primicerius defensorum
Defensores
Defensores regionarii
Advocatores
Adminiculator
Primicerius Judicum
Judices
Primicerius Notariorum
Protonotarii
Notarii regionarii
Nomenclator
Roga.

SACRÆ ÆDES ET EARUM PARTES.

Ecclesia
Titulus
Parœcia
Oratorium
Martyrium
Diaconia
Xenodochium
Monasterium
Gremium Basilicæ
Camera Basilicæ
Absis
Confessio
Ambo
Secretarium.

ÆDIUM SACRARUM ORNATUS.

Patenæ, alias Patinæ
Calices ministeriales majores, minores.
Amulæ, alias amæ.
Colatorium
Pugillares
Scyphi
Metretæ
Hydriæ
Thymiamaterium
Pelvis ad Baptismum
Corona, alias pharum cantharum cum Delphinis totidem
Cerostota
Phara canthara cum Delphinis totidem, in quibus ardebat oleum
Canthara cerostota
Lucerna cum Lychnuchis
Gemelliones.

VESTIUM GENERA

Anaboladium, alias Anabolagium
Alba
Cingulum
Orarium
Mappula
Colobium
Dalmatica
Planeta, alias Casula
Pallium
Mitra
Offertorium
Phanon
Naccus.

OFFI-

OFFICIA SIVE MAGISTRATUS.

DOMNUS pro Dominus per syncopen dicitur, qua appellatione olim Pontificem Romanum, mox & alios episcopos venerationis causa honorabant: Pontificem enim Dominum apostolicum vocabant: nam dominus terroris, non reverentiæ vocabulum esse existimabant. PAPA Græca vox, quæ Latine dicitur papus, avum significat, id est, patrem patris, Ausonius ad nepotem,

.... Papos aviasque trementes,
Ante ferunt patribus seri nova cura nepotes.

Apud Bithynios cognomen Jovis erat, qui dicebatur *Juppiter papas*, id est, pater. Hanc vocem omnes antiqui Christianorum episcopi pro patre, sive majore patre frequentarunt (avus enim aliquando major pater dicitur) & præsertim magnarum, & insignium urbium, ut Romæ, Carthaginis, Alexandriæ, Hierosolymorum, & similium. Cornelius enim Episcopus Romanus, presbyteri ejusdem ecclesiæ, & alii multi in epistolis suis Cyprianum Carthaginiensem Episcopum *papam*, & *papatem* vocant. Dionysius Alexandrinus Episcopus Heraclam prædecessorem suum, in epistola ad Philemonem presbyterum Romanum, beatum *papam* nominat. Similiter Athanasius, Theophilus, & Cyrillus Episcopi Alexandrini, *papæ* dicuntur. Sidonius in epistolis suis passim omnes Galliarum episcopos, ad quos scribit, *papas* appellat. Hæc vox, post Gregorii primi tempora, reliquis episcopis adempta, soli Romano pontifici attributa est. Qui & apostolicus est aliquando dictus, ob præcipue apostolicæ sedis, cui præest, reverentiam.

EPISCOPUS, Magistratus apud veteres nomen fuit, cujus munus erat panis, & ceterarum rerum, quæ ad cibum pertinent, curam habere: ut colligi potest ex verbis Arcadii jurisconsulti Dig. lib. Tit. 50. de muneribus, & honoribus. Quæ vox de operatione deducta est: nam vel ab ἐπισκοπεῖν venit, quod significat speculari, considerare, vel ab ἐπισκοποῦμαι, quod est visito, sive speculor. Quod nomen ad Christianorum pontifices translatum est, & qui episcopi, vel visitatores, seu inspectores, observatores, & speculatores dicti sunt: quod illorum præcipue officium sit, gregis sibi commissi curam gerere, & mores explorare. Hac voce usus est Cicero lib. VII. epistol. ad Atticum: *Vult Pompejus me esse, quem tota hæc Campania, & maritima ora habebat*, episcopum, *ad quem delectus, & negocii summa deferatur*.

CARDINALIS vox varie accipitur. Vitruvius lib. IIII. cap. VI. *Fores ita compingantur* (inquit) *ut scapi* cardinales *sint ex altitudine luminis totius duodecima parte*. Et lib. X. cap. XX. ait: *Ea concludantur superne inter cardinatis trabibus, supra trabes col-*

collocentur capreoli cardinibus alius in alium conclusi, in altitudine excitati pedes IX. Et cap. XXI. ejusdem libri: *Erigebantur & arrectaria duo compacta pedum* XXXV. *crassitudine sesquipedali, latitudine pedum* II. *conjuncta capitibus, transversario cardinato tigno, & altero mediano inter duos scapos cardinato, & laminis ferreis religato*. Hic Vitruvius *scapis cardinatis* significat cuspidibus & dolatis linguiculis compactos vel incorporatos, ita ut apud Vitruvium idem sit *cardinalis*, quod annexus, vel insertus, vel compactus. Hæc vox in eandem fere sententiam frequens est in registro D. Gregorii & epistolis Pontificum Romanorum decretalibus. Quibus is cardinalis dicitur presbyter, vel diaconus, qui certæ alicui ecclesiæ vel diaconiæ proprius, & ad certi alicujus tituli sive ecclesiæ ministerium ordinatus, insertus, annexus, & (ut ipse loquitur) *incardinatus est*: Nam S. Gregorio idem est, *Cardinalem constituere* in aliquo titulo vel ecclesia, quod incardinare alicui ecclesiæ, vel in aliqua ecclesia cardinare. Idem etiam de episcopis dicit, quod de sua ecclesia ad aliam necessitatis causa translatos, episcopos quidem ecclesiæ suæ; illius vero, ad quam translati sunt, sacerdotes, sive pontifices *cardinales* vocat: quæ vox non solum Romanæ, sed omnibus aliis ecclesiis per provincias communis est. At quoniam episcopus, presbyter, vel diaconus ita cardinatus, & constitutus principem locum in ea ecclesia, cui incardinatus erat, tenebat: hinc factum est, ut *cardinalis* vocabulum, pro præcipuo sive principali acciperetur, in quam significationem Servius super I. Æneidos Ventos quattuor *cardinales* principales interpretatur. Et D. Cyprianus libellum de cardinalibus, id est, de principalibus Christi operibus scripsit, & vox cardinalis in antiquis pontificum decretis, & præsertim S. Silvestri in concilio Romano reperitur. Isque dicitur presbyter, vel diaconus cardinalis alicujus tituli, vel diaconiæ, qui ejusdem præcipuam curam gerit, omnesque alios earundem ecclesiarum ministros gubernat & moderatur. Hoc porro nomen omnibus ecclesiis commune, multis adhuc hæsit, ut Ravennati, Pisanæ, Mediolanensi, Compostellanæ, & aliis, sed potissimum Romanæ: quia sicut Romanus pontifex omnium episcoporum princeps est, ita & sacerdotes Romanæ ecclesiæ omnium ecclesiarum clericos dignitate & honore antecellunt: hinc cardinales hodie tantum appellari videntur: sed hac de re latius in libro, quem de origine cardinalatus scripsi, disputavi.

PRESBYTER Græce, Latine senior dicitur. Augustinus: *Etiam grandioris ætatis, & (sicut scriptura loquitur) plenum dierum posse dici seniorem, hoc est*, presbyterum, *quæ vox majoribus natu, & communi cum episcopo concilio, ecclesiam gubernantibus, sacraque mysteria tractantibus, attributa est*, ut presbyteri, *id est, seniores vocarentur*. Hinc Tertullianus in apologetico cap. XXXIX.

cap. XXXIX. *Nobis præsident probati quinque seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti. Quorum primus* archipresbyter *dicitur, id est, primus presbyter, quemadmodum Archidiaconus, & Archisubdiaconus diaconorum, & subdiaconorum primi, & principes.* Ex presbyteris porro Romanæ ecclesiæ quidam super pœnitentes constituti sunt a Simplicio papa, ut his verbis docet Bibliothecarius: *Hic constituit ad sanctos Petrum, Paulum, & Laurentium hebdomadas, ut presbyteri ibidem manerent propter pœnitentes, & baptismum: regionem tertiam ad sanctum Laurentium, primam ad sanctum Paulum, & sextam, vel septimam ad sanctum Petrum.* Hi presbyteri pœnitentium vocati sunt, qui eorum exomologeses audiebant. Quorum primus major pœnitentiarius dictus hodie est Cardinalis, reliqui minores pœnitentiarii, non Cardinales, vocati.

DIACONUS Græce, minister Latine dicitur. Apostoli verbi Dei prædicationi vacantes, quum inopia laborantium sublevationi attendere nequirent, ministros septem, quos *diaconos* appellavere, elegerunt. Quibus pauperum, & viduarum cura (ut Lucas Act. 6. tradit) demandarunt. Apostolorum exemplo Evaristus papa primus in Romana ecclesia septem diaconos ordinavit, qui, quum presbyteri docendis populis, & sacramentis administrandis attenderent, ipsi viduis, pupillis, pauperibus, & egenis, ex ecclesiæ thesauris, & oblationibus fidelium, subvenirent. Hi quum ante præscriptum sibi & certum locum non haberent, sed eorum munia in promiscuo essent, primus urbis regiones singulis divisit Fabianus papa, certaque loca assignavit, quæ diaconiæ, & pauperum hospitalia dicta sunt; quibus ii præerant, & in suis quisque regionibus fidelium pauperum necessitatibus, ex ecclesiæ pecunia, & Christianorum eleemosynis a subdiaconis collectis, atque ab ipsis custoditis, quantum in se esset, suppeditabant. Ex ipsis autem primus, vel antiquior, cum episcopi, cleri, populique consensu electus Archidiaconus, vel Diaconus Cardinalis, id est, principalis vocabatur, quemadmodum presbyterorum primus archipresbyter. Unus igitur tantum vetustissimis temporibus erat diaconus cardinalis, ut ex actionibus synodi Romanæ sub S. Silvestro papa celebratæ liquet, qui & archidiaconus, & diaconus circumlustrator, & perscrutator vocabatur. Longo tempore post diaconorum in ecclesia Romana numerus auctus est, & ex septem quattuordecim primum, deinde XVIII. facti, qui omnes ut ab aliis diaconis non cardinalibus differrent, quorum multi in urbe erant, Diaconi cardinales vocati sunt, id est, principales, qui præcipue hospitalium, & diaconiarum ministri erant. Ex his porro XVIII. quattuordecim regionarii vocabantur, quod singularum regionum, quæ XIIII. erant, diaconiis præessent: quattuor palatini, vel basilicarii dicti, quod in palatio, & basilica Lateranensi

nensi papæ ministrarent. Diaconi vero Stationarii nomen perpetuum non erant, sed ad tempus. Ita enim appellabatur is, qui ea vice pontifici ad stationem aliquam profecto ministraret. Antiquitus erant diaconi testimoniales, qui episcopum prædicantem custodirent, qui usus jamdiu exolevit. De diaconis, & subdiaconis, ita scribit Joannes Diaconus in vita sancti Gregorii: *Prudentissimus paterfamilias Christi Gregorius singulis diaconiis, vel xenodochiis, viros idoneos deputavit, quos, ut securius, imo sagacius in opere pietatis & misericordiæ laborarent, privilegiis muniendos esse decrevit: Quia* (inquit) *te virum religiosum, & mensis pauperum exhibendis idoneum novimus, ideo te diaconiæ eligimus præponendum, & ne qua tibi nascatur ex hac administratione dubietas, hac te munitione prospeximus fulciendum, constituentes, ut de hoc, quod ad mensas pauperum vel diaconiæ exhibitionem percepisti, sive subinde perceperis erogandum, nulli unquam hominum cogaris ponere rationem*. Hos ego puto in libello Romani ordinis vocari *patres diaconiæ*.

SUBDIACONUS, quamquam ordinis subdiaconorum nulla in sacris litteris mentio extet: vetustissimus tamen is in ecclesia est & sub ipsa Apostolorum tempora institutus, de quo Ignatius in epistola ad Anthiochenos meminit, qui salutat presbyteros, diaconum & subdiaconum. Hic antiquitus sacer ordo non erat, nec certo deputatus officio, nisi tantum clericali, vel divino: tunc enim in Missa nec evangelium, nec epistola cantabatur. Adjunctus autem fuit diaconorum adjutorio, quibus subministrabat. Fabianus papa Romæ septem subdiaconos primus constituit, qui septem notariis a Clemente papa institutis imminerent, ut res gestas martyrum in integrum colligerent: & cum septem diaconi, ut ministrarent pauperibus Christianis, totidemque notarii, ut martyrum facta describerent, per urbis regiones sparsi essent, iis ipsi subdiaconi juncti fuerunt. Ideo etiam ipsi subdiaconi regionarii vocati sunt, ut regionum, primæ, tertiæ, quartæ, & septimæ: & præsertim postquam alii septem subdiaconi, qui, quod Missarum celebrationi in basilica Lateranensi per vices suas deservirent, S. R. E. sive basilicarii subdiaconi sunt vocati, instituti fuerunt. Nam Ecclesiæ majestate aucta, subdiaconi ad epistolæ lectionem, & ministerium Altaris acciti, & sacri ordinis participes facti sunt: & propterea regionariis, qui per regiones diebus stationum Pontifici ministrabant celebranti, septem alii additi, & ad quartumdecimum numerum aucti. Joannis subdiaconi regionarii regionis primæ mentio est apud Bibliothecarium in vita sancti Silvestri papæ: Hi porro S. R. E. subdiaconi basilicarii, quod Pontifici certis officiis assisterent, & servirent, ut in camera, in mensa, & in processione crucem ante ipsum deferrent, Palatini etiam subdiaconi dicti sunt. His in schola cantorum VII. alii additi,

co-

eorumque numerus unus & viginti factus. Quorum primus Archisubdiaconus, primus, vel prior subdiaconorum in libris Romani ordinis nuncupatur. Ex his porro subdiaconis is oblationarius dicebatur, ad cujus per vices ministerium pertinebat suscipere oblationes, Pontifici Missam celebranti factas, & eas archidiacono præsentare. Stationarius vero erat is, qui hebdomada sua epistolam in stationibus, papa Missam celebrante, cantabat.

MANSIONARIUS, dictus est custos, & conservator ædium ecclesiasticarum, templorum & altarium: item familiaris & domesticus, a mansione. Multi ex his erant in ecclesia Romana, quorum major, primus mansionarius vocabatur: Unius horum, & ejusdem muneris meminit D. Gregorius in libris Dialogorum. Hodie in multis ecclesiis extant, curamque psalmodiæ, & altarium habent.

ACOLUTUS, a Græcis is dictus est, qui nullis minis ab instituto poterat revocari. Quare Stoici *Acoluthi* dicti sunt, qui impium putabant mutare sententiam. A Christianis hoc nomine dicti sunt ii sacrorum ministri, qui, quum ipsi sacris non operarentur, ab illis tamen non excludebantur. Dicti Acoluthi, quasi non prohibiti, a privativa particula α & κωλύω, quod significat prohibeo. Hinc eorum ministerium diversum fuit a diaconorum, & subdiaconorum, qui sacris communicabant, munere. Ministrabant porro episcopis, & ecclesiis, in his, quæ ad sacra facienda pertinent, ut in parandis mappis, & in altaribus, luminibusque accendendis, & in ferendis iis, quibus in sacris faciendis usus erat. Fuerunt multi in urbe Acoluti, Palatini, vel S. R. E. qui Papæ ministrabant in Palatio, & Basilica Lateranensi: Regionarii, qui in regionibus diaconis serviebant: Stationarii, qui in stationibus Papæ celebranti præsto erant. Ἀκόλυτος

SUBPULMENTARIUS. Quid ejusmodi voce veteres significare voluerint, haud certo scio. Nisi is Subpulmentarius fuerit, qui pauperibus ea eleemosynarum genera a palatio Pontificis distribuebat, quæ vel mensæ superfuerant, vel ad cibum pertinebant. Quod innuere videtur Bibliothecarius in vita Hadriani papæ.

Is etiam Paracellarius dicitur.

PRIMICERIUS SCHOLÆ CANTORUM. Quanquam tempore S. Silvestri papæ, & postea plures & magnæ fuerunt in Urbe basilicæ conditæ, non tamen singulæ clericos, vel monachos speciatim habebant, qui in illis sacra officia celebrarent. Presbyteri enim titulis; diaconi diaconiis præfecti, suo quisque tantum muneri vacabant: illi sacris administrandis: hi pauperum subventioni procurandæ. Psalmodia vero quotidiana in omnibus ecclesiis tunc in usu non erant, nam singulis Urbis Basilicis reditus adhuc assignati non erant, quibus possent singula collegia canentium nutrire. Ideo-

que

que schola cantorum instituta fuit, quæ Urbi communis erat, & ad stationes, processiones, singulasque diebus eorundem festis ecclesias urbis conveniebat, ibique sacra officia, & Missarum solennia pontifice, vel presbytero celebrante, decantabat. Hæc schola communibus sumptibus vivebat, habebatque magnæ in urbe dignitatis, & existimationis præfectum, qui Primicerius, alias prior Scholæ Cantorum vocabatur, cujus opera optimi juvenes selecti in cantu, lectione sacrorum librorum, & optimis moribus instituebantur. Hinc origo Primiceriorum per alias orbis terrarum ecclesias cathedrales manavit, de quorum officio, & dignitate xxv. distinct. mentio est. Hanc scholam eam esse opinor, cujus initium scribit Bibliothecarius in vita Hilarii papæ sic: *Hic constituit in urbe ministrales (id est clericos) qui circumirent, constitutas stationes, id est, ministrando sacris, & psallendo.* Quanquam Joannes diaconus libro II. de vita S. Gregorii papæ ipsam hanc scholam S. Gregorium constituisse scribit: quod potius de ejus quadam reformatione, sive restitutione intelligendum esse opinor, quam de prima institutione, quæ longe ante fuisse necesse est. Sic autem scribit: *Scholam cantorum, quæ hactenus in iisdem institutionibus in Sancta Romana Ecclesia modulatur, constituit, eique cum nonnullis prædiis duo habitacula, scilicet, alterum sub gradibus ecclesiæ S. Petri apostoli, alterum vero sub Lateranensis patriarchii domibus fabricavit, ubi usque hodie lectus ejus, quo recumbens modulabatur, & flagellum ipsius, quo pueris minabatur, veneratione congrua, cum authentico antiphonario reservantur.* De hac schola cantorum hujusmodi Statutum reperi in libro pervetusto Romani ordinis: *Primum, in quacumque schola reperti pueri bene psallentes tollantur, inde nutriantur in schola cantorum, & postea fiant cubicularii. Si autem nobilium pueri fuerint, statim in cubiculo nutriantur, & hanc accipiant potestatem ab archidiacono, ut liceat eis super linteum villosum sedere, quod mos est ponere super sellam equi. Deinde, sicut Sacramentorum codex continet, quando, & ubi fuerint, usque in subdiaconatus officium ordinentur: Diaconi vero, atque presbyteri, nunquam, nisi in publica ordinatione.* Schola porro cantorum in plures choros dividebatur. Chorus autem (auctore Isidoro) proprie est multitudo canentium, inde dictus, quod initio in modum coronæ circum aras starent, & ita cantores psallerent. In schola cantorum, post Primicerium, quattuor majores reliquis erant, primus, secundus, tertius, & quartus scholæ vocati. Quorum tres primi paraphonistæ, quartus vero archiparaphonista dicebatur. Cujus officium erat pontifici de cantoribus, quum quid opus erat, nunciare. Ita in libello Romani ordinis.

VICEDOMINI, QUI ET MAJORES DOMUS, a Pontifice Romano ex ordine cleri, & aliquando episcopali constituebantur: viri

viri prudentes, & rerum gerendarum peritia insignes, quibus episcopii, vel patriarchii Lateranensis cura, & administratio committebatur, in gubernanda domo, hospitibus suscipiendis, & domesticorum Pontificis caussis cognoscendis, ut liquet ex epistola B. Gregorii ad Antonium diaconum, & Clementiam Patriciam. Bibliothecarius in vita Vigilii Papæ: *Hic in Sicilia agens remisit Romam Ampliatum presbyterum, & Vicedominum suum, & Valentinum episcopum S. Rufinæ, ad custodiendum Lateranum, & gubernandum clerum*. Hinc in palatio Lateranensi locus erat Vicedominium vocatum, de quo idem Bibliothecarius in vita Sephani III. Qui & Vestiarii ibidem mentionem facit, qui Pontificis vestes Laterani custodiebat.

CANCELLARIUS, ALIAS BIBLIOTHECARIUS. Is, qui Romanum Pontificem in chartis ecclesiasticis juvabat, & Orientis Occidentisque Synodicis consultationibus (ut D. Hieronymus in epistola ad Ageruchiam de monogamia tradit) respondebat; quem antiqui scribam, a libellis; ab epistolis, epistolarum magistrum: nostro tempore secretarium vocant; Cancellarius in Ecclesia Romana appellabatur. Quam vocem a Flavio Vopisco in Carini vita primum usurpatam fuisse observavi: *Unum* (inquit) *ex Cancellariis suis Urbi præfectum fecit*. Hi quum a secretis, & libellis principum essent, scribendis quoque, ac custodiendis publicis rebus vacabant, & a cancellis, intra quos, demandata sibi munera obeuntes, permanebant, appellationem habuere. Quam rem in Epistolis Cassiodorus subinde explicat, qui hoc officium cancellorum decus ita nominat: *Hoc igitur laudabile præjudicium, sententia gratiosa, militia domestica a* XII. *indictione cancellorum tibi decus attribuit, ut consistorii nostri secreta fideli integritate custodias, per te præsentandus accedat, per te nostris auribus desiderium supplicis innotescat, jussa nostra sine studiis venalitatis expedias, omniaque sic geras ut nostram possis commendare justitiam. Respice, quo nomine nuncuperis: Latere non potest quod inter cancellos egeris*. At cancelli ligneæ, aut ferreæ crates sunt, inter se modicis intervallis in quincuncem positæ, quibus quum aer, aspectusque admittatur, prohibetur accessus. His scenæ funestæ, judicium tribunalia, scribarumque subsellia (a quibus cancellarii dicti) muniri solent. Chirius Fortunatianus antiquus scriptor, principum antiquorum & nobilium (ut nos hodie appellamus secretarios) olim cancellarios dictos refert. Omnium igitur scribarum, notariorum, & scriniariorum S. R. E. princeps cancellarius vocabatur: quod munus diu in ecclesia amplissimum fuit, & non nisi summæ auctoritatis presbyteris; & sæpissime episcopis concedi solitum: qui quod bibliothecarum etiam curam haberet, Bibliothecarius etiam dicebatur. Hic epistolas Romani pontificis nomine dictabat, synodicis

episcoporum consultationibus respondebat, sacerdotum Romanorum decreta scribebat. A Cancellario dictus Vicecancellarius, qui Cancellarii vices gerit: de cujus officio, & dignitate librum singularem scripsi.

CAMERARIUS a camera, vox est recens inventa. Archidiaconi enim S. R. E. officio Gregorii VII. papæ tempore extincto, in ejus locum successit Camerarius: qui quod pecuniarum ecclesiasticarum, quæ in cameris conservabantur, curam gereret, ita appellatus est. Est autem proprie camera testudo seu fornix, & ipsa pars superior: Item tectum devexum, & recurvum, a forma testudinis, quasi cameræ, id est, curvæ, ut inquit Servius super III. Georgicorum: *Camuris hirtæ sub cornibus aures*. Camera etiam dicitur integra pars ædificii, parietes scilicet ipsi cum fornice.

PRIMICERIUS a cereo fit (ut auctores sunt Divus Hieronymus,& Cassiodorus in epistolis) quoniam & Græce πρωτοκήριος dicitur, quemadmodum & Secundicerius, quæ officia apud Ammianum Marcellinum inveniuntur, ut Primicerius protectorum, notariorum, domesticorum, & similium: idem autem sonat, quod primus. Cæterum inter VII. antiquos Romanæ ecclesiæ officiales, primi, & nobilissimi erant Primicerius, & Secundicerius S. R. E. ab officiis nomina sortiti. Hi papæ continuo assistebant, quorum loca hodie tenent duo diaconi Cardinales primi, judicesque rerum Palatinarum erant: a dextra levaque pontificem in omnibus processionibus comitabantur, sine quorum consilio nihil, quod magni momenti esset, pontifex transigebat: inde papæ Consiliarii dicti. Octavam super episcopos in matutinis festorum solennium lectionem legebant.

ARCARIUS ab arca pecuniarum, quas colligebat, & conservabat, dictus est, qui tributorum, & vectigalium exactioni præerat.

SACCELLARIUS, ALIAS SACCULARIUS, a saccello pecuniarum, quas erogabat, dictus. Is militibus stipendia, operariis & familiaribus Pontificis salaria distribuebat, & sabbato scrutiniorum eleemosynam dabat, Romano quoque clero & populo presbyteria largiebatur. Hunc hodie Thesaurarius repræsentat. Cujus muneris Bibliothecarius frequenter in Pontificum vitis mentionem facit. Ductus autem est a sacco Saccularius, vel a saccello, id est, parvo sacco, saccellarius: quæ vox apud Augustinum extat in comment. Psalmorum: *Ne amisso* (inquit) *judicio pauperis in mala caussa misericors, cujus si parcis saccello percutis cor*. Eam autem pecuniarum summam, quam Saccellarius, vel Saccularius distribuebat, *Rogam* appellabant: quæ vox sæpe in Bibliothecario legitur, & erogationem, munus, seu donativum, vel stipendium significat, ab erogando dicta.

PRO-

PROTOSCRINIARIUS, is Scriniariis præerat. Scriniarius porro a scrinio dictus est, quod est arca, qua servantur preciosiora, & secretiora, ut scriptiones. XII. porro in Romana ecclesia erant Scriniarii, qui scrinia publica scripturarum S. R. E. curabant; Epistolas a Cancellario, & protoscriniario dictatas scribebant, instrumenta, donationes, venditiones, & reliqua ejusmodi conficiebant. Horum munus cum notariatu plerunque conjunctum erat, ut infra dicam.

PRIMICERIUS DEFENSORUM. Gregorius (ut auctor est Joannes Diaconus) remotis a suo cubiculo sæcularibus, clericos sibi prudentissimos consiliarios, familiaresque delegit, nemo laicorum quodlibet palatii ministerium, vel ecclesiasticum patrimonium procurabat: sed omnia ecclesiastici juris munia ecclesiastici viri subibant: ob quod nonnulli procerum se sub obtentu religionis tonsurare cœperunt. Hæc consuetudo postea diu obtinuit in Romana ecclesia, ut omnia ecclesiastica ministeria tum privatim, tum publice per solos clericos administrarentur: quare notarii, & defensores ex clericorum quoque ordine sumebantur: quod tamen etiam ante S. Gregorium observatum a religiosis pontificibus videtur, ut ex rescriptis Zosimi, & Gelasii pontificum apparet. Quod autem fuerit defensoris officium, breviter describitur a Pelagio in rescripto ad Antoninam Patriciam, quæ postulabat monachum fieri defensorem, in quo ostendit officium monachi, & defensoris convenire non posse. *Illis enim* (inquit) *quies, oratio, labor manuum; & iis caussarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, & quæcunque vel ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit*. Ex decreto Urbani patet, procuratoris nomine intelligi quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, ut, verbi gratia, præpositum, œconomum, vicedominum, defensoris nomine advocatum, sive castaldum, & judicem. Hos advocatos, sive advocatores dictos puto. Quorum quidam defensores sine adjectione, quidam defensores regionarii dicti sunt, quod scilicet in singulis regionibus distributi essent. Quorum primus vel princeps, primicerius defensorum dicebatur, magnæ in ecclesia Romana existimationis.

ADMINICULATOR ab adminiculando, id est, adjuvando dictus. Septimus erat ex Romanæ ecclesiæ primis officialibus. Hic pro viduis, pupillis, & egenis afflictis, & captivis procurabat: quod munus hodie pauperum advocatus facit.

PRIMICERIUS NOTARIORUM. Notarius a nota dictus, vel a notando, quod scribendo cuncta notaret. Clemens papa primus septem notarios, per totidem Urbis regiones instituit, ad res gestas martyrum diligenter scribendas. Quibus notariis septem subdiaconos a se recens creatos imminere jussit Fabianus, ut accurate munus suum implerent. Quibus ne, pace ecclesiæ parta, & mar-

tyrio fublato, defides effent: Julius papa injunxit, ut notitia, quæ omnibus fidem faceret, per eos colligeretur, & ut omnium monumentorum in ecclefia confectio, notariorum, & ipfius primicerii munus effet (ita enim ipforum primus, quem aliquando cancellarii munus obiiffe obfervavi, vocabatur) hæc autem, quo ad cautiones, inftrumenta, donationes, commutationes, teftamenta, colligationes, & manumiffiones intelligi voluit. Hi autem notarii, dicti funt regionarii: quia per feptem regiones diftincti muneri fuo vacabant. Quorum ufus diu manfit. Qui etiam inter cetera populo per Urbem (ut hodie curfores faciunt) denunciabant, quando papa Litanias, id eft, proceffiones, vel fupplicationes facere, aut ubi Miffam celebrare, vel ftationem indicere conftituiffet. Aucto deinde notariorum numero, qui ex feptem illis primis fuerunt, notarii regionarii, vel protonotarii vocati funt: reliqui notarii fimpliciter. Notariis porro munus fuum promifcue exercentibus additi funt XII. fcriniarii, qui rebus ecclefiafticis fcribendis tantum, quæ a cancellario, vel protofcriniario pontificis nomine dictabantur, vacabant, ut bullæ, privilegia, actiones conciliorum, & fimilia. Frequenter tamen accidit, ut una perfona duo hæc officia fubiret, effetque fcriniarius S. R. E. & notarius regionarius.

PRIMICERIUS JUDICUM. Multi in Urbe judices erant, qui de controverfiis, & litibus populi Romani cognofcebant, quorum primus judicum primicerius vocabatur.

NOMENCLATOR. Cujus in Romano ordine mentio eft, a nomine calando, id eft, vocando appellationem obtinuit, qui memoriter unumquemque vocare didicit, ut puta in foro reos, in convivio convivas, quo fenfu in ordine Romano accipitur.

SACRÆ ÆDES, ET EARUM PARTES.

ECCLESIÆ. Vetuftiffimus, ac ab ipfis Apoftolorum temporibus mos in religione noftra ufitari cœptus eft, ut Chriftiani homines, quocunque orbis terrarum loco effent, ad res facras, quæ ad Chrifti fidem pertinebant, tractandas, & divina myfteria celebranda in unum certum locum convenire folerent. Cœtus autem illos publicos plurium fidelium in unum congregatorum ecclefias voce Græca, id eft, congregationes appellabant. Joannes epift. III. *Ejicit eos* (inquit) *ex ecclefia, feu congregatione*: & Paulus I. ad Corinth. XIIII. *Sicut ubique in omni ecclefia doceo*, & cap. IIII. *Mulieres veftræ in ecclefiis taceant*. Conventus autem hos facros celebrare, fic notare folebant apoftoli: *Convenire ad audiendum fermonem Dei*: *Convenire ad frangendum panem*: *Convenire in unum*. Oportuit autem veteres Chriftianos in locis, & ædificiis certis convenire. Sed ea prifcis ecclefiæ temporibus non ubique fuerunt ejufdem

dem generis. Nam tum in templo Salomonis Hierosolymis, tum in synagogis publicis Judæorum, tum in scholis, tum in privatis diversorum fidelium ædibus prout Christianis initio commodius fuit, publicos conventus, ut ex Actis Apostolorum constat, egerunt. Ceterum crescente religione Christiana, eaque per universum fere orbem terrarum sese diffundente, tum Romæ, tum per omnes provincias, ædificia aliquot publica, tenuia & exilia primum, deinde pace ecclesiis a Constantino Imperatore, sublatis impiis persequutionum edictis, data, magnifica, & variis ornamentis referta, extructa sunt, quæ a congregationibus, quas in illis publice Christiani frequentabant, ecclesiæ vocatæ fuerunt, quum res continens appellationem a re contenta suscepisset. Dicebantur etiam Dominica, sive Basilicæ, & Templa Judaico, & gentili more, quod ad templorum, & basilicarum gentilium similitudinem ædificata essent. Vocabantur etiam Domus Dei, Domus orationis, oratoria, & martyria: quod in his & Deus a fidelibus deprecaretur, & Martyrum memoria sacrosancte coleretur. Romæ quoque supradicta nomina, Tituli, parœciæ, & diaconiæ appellabantur, ut infra dicam. Hæc ædificia per singulas urbes pluria, aut pauciora, tam intus, quam extra mœnia, secundum loci qualitatem magnifica, vel parva erant.

TITULI sunt sacræ ædes, templa, vel (ut hodie dicitur) ecclesiæ, sive sacra loca in Dei, & Sanctorum memoriam erecta, & per Urbis regiones a Romanis pontificibus antiquitus distincta, in quibus animarum cura a presbyteris in eisdem commorantibus habebatur. Quibus qui præerant, presbyteri appellabantur Cardinales, id est, principales, similitudine a quattuor ventis cardinalibus, hoc est, ut ait Servius Grammaticus super Vergilium, principalibus, deducta. Quum enim in uno quoque titulo plures essent clerici, qui sacramenta populis exhiberent, vel exhibentibus præsto essent, ut subdiaconi, diaconi, presbyteri: is, qui omnibus præerat, præsbyter, a ceteris clericis illius tituli, vel a Romano pontifice creatus, dicebatur Cardinalis: quod omnibus dignior, principaliorve esset in eo titulo commorantium, ceterosque clericos regeret, vel gubernaret in titulo sibi commisso viventes. De quorum origine brevissime tractaturus, rem paulo altius repetam. Quum beatissimus apostolorum princeps Petrus Catholicæ Romanæ ecclesiæ Pontifex primus sacerdotio in Orientalibus ecclesiis, præcipueque Hierosolymis, & Antiochiæ rite instituto, in Urbem Romanam, ecclesiam fundaturus venisset, ex omnium fidelium multitudine, præcipuisque nostræ religionis cultoribus, viros quosdam seniores, bonum testimonium ab his, qui foris sunt, habentes, plenosque Spiritu sancto, & sapientia, spectatæ fidei, & raræ probitatis, Hierosolymitanæ, ceterarumque ecclesiarum Orientalium more delegit, (hi

cle-

cleri appellati sunt) quos per manuum impositionem, partim presbyteros & partim diaconos consecravit: quorum opera Pontifex ipse, sive episcopus Romanus, in instruenda, crescente tunc, ecclesia, uteretur: quum ei tot millibus hominum, ad fidem Christi quotidie venientium, consulere non esset integrum. Porro autem presbyterorum, & diaconorum munera, ut pro se quisque suum officium & nosceret, & impigre faceret, dividere in primis conducibile visum fuit. Itaque summam rerum, animarum scilicet curandarum negocium, presbyteris commisit, ut sacramenta acclesiastica plebi Dei administrantes, orationi, & ministrationi verbi cum episcopo vacarent. Diaconis autem viduarum, pupillorum, & reliquorum pauperum fidelium subveniendorum curam demandavit, eisque injunxit, ut presbyteris quoque sacra facientibus præsto essent. Quorum omnium numerus, quum prius modicus, & incertus esset, ei modum statuere Cletus, & Evaristus Romani pontifices. Cletus enim (ut auctor est ex Damaso Bibliothecarius) presbyteros ad certum numerum redegit. Evaristus vero Apostolorum more ad septenarium numerum Diaconos in Ecclesia Romana auxit: quibus etiam injunxit, ut episcopum prædicantem, propter stylum veritatis, custodirent. Porro autem, ne presbyterorum administratio in promiscuo esset, idem Evaristus, qui tertius post beatum Petrum apostolum Romanus Pontifex fuit, circiter annum a Christo nato centesimum, titulos vel (ut nunc dicimus) parœcias in Urbe Roma ipsis presbyteris divisit, ut singuli a se invicem secreti, in sua Urbis regione, titulo, vel parœcia, confusionis tollendæ causa divina mysteria, populum erudientes, sacramenta Dei omnibus ad se venientibus fidelibus exhiberent, singulosque presbyteros in unoquoque titulo posuit. Sufficere enim tum visus est is numerus propter credentium paucitatem. Verum non longe post fidelium quotidie crescentium multitudine, permotus Hyginus Romanus pontifex, quum tot credentibus non sufficerent hi, plures in unoquoque titulo, cum clericos, tum presbyteros esse voluit. Hinc autem presbyterorum Cardinalium nomen manasse crediderim, ut is scilicet esset presbyter Cardinalis, id est, principalis, qui ceteris presbyteris ejusdem tituli (quos plures ab Hygino factos fuisse dixi, quum prius unus tantum per singulos titulos presbyter fuisset) præesset. Satis enim constat, aliquot annis post, ante etiam S. Silvestri Papæ tempora, Cardinalis nomen in ecclesia Romana usitari cœptum fuisse: quod non nisi ex Hygini instituto oriri potuit, quum antea eo nomine uti opus non esset, quod non nisi unus per singulos titulos presbyter fuisset. Post Hygini tempora in presbyterorum Romanorum titulis nullam mutationem factam inveni, usque ad Dionysii papæ pontificatum. Nam sub annum Christi CCLX. Dionysius XXV. post Petrum Apostolorum pontifex Romanus Evaristi exemplum sequutus,

quutus, quum jam religio Christiana mirum in modum in Urbe crevisset, denuo titulos, vel prœcias in Urbe Roma, quum eas ampliasset, presbyteris divisit, ipsasque, quo quisque suis finibus, limitibusque contineretur, distribuit, pluribus per singulas, ut Hyginus fecerat, presbyteris constitutis: presbyterorum quoque ecclesiæ Romanæ curæ cœmiteria adjunxit: quæ, quum plura essent, ea inter presbyteros distribuit gubernanda, ut martyrum sepulturis consultum esset.

Verum non longe post circa annum Christi cccv. Marcellus xxix. post Petrum apostolum Romanus episcopus titulos Urbis Romæ, ab Evaristo antiquitus, & primo presbyteris datos, numero limitavit, decreto statuens xv. alias xxv. in Urbe Roma quasi diœceses esse ad Baptismatis commoditatem, eorumque opportunitatem, qui ad fidem ex gentibus quotidie veniebant, quin ut etiam martyrum sepulchris consuleretur, ut auctor est ex Damaso Bibliothecarius. Titulos autem Romanos, sive parœcias, cessantibus persequutionibus, adauxere, presbyterosque plures in singulis constituere; Silvester, qui titulum Equitii; Marcus, qui titulum S. Marci; Julius, qui titulum S. Mariæ Transtyberim; Damasus, qui titulum Vestinæ fecerunt, & reliqui pontifices Romani. Quum enim primo infinita gentilium multitudo, mox Urbs, & Italia omnis fidem Christi suscepisset, non sufficientibus xv. Titulis, nec his, qui in eis residebant, presbyteris, tum ob necessitatem, tum ad Urbis, & Romanæ ecclesiæ ornamentum, & majestatem, & Titulorum, & presbyterorum in unoquoque numerus auctus est: factique sunt tituli. xxviii. quem numerum nunquam excessisse usque ad nostra tempora satis constat. Qui omnes, quum ecclesiæ essent, vel templa Divis dicata, nomen sortiti sunt, vel a Sanctis, quibus dedicati erant, ut S. Chrysogoni, S. Cæciliæ, S. Anastasiæ, S. Marci, & similium: Vel ab eis hominibus, qui ipsos erexerunt, ut Callisti, Damasi, Equitii, Pastoris, Vestinæ, Eudoxiæ, Lucinæ, Tigridæ, Pammachii, & similium. Porro autem xxviii. Titulorum numerum circa Innocentii primi, vel Zosimi papæ tempora expletum fuisse multis conjecturis, & rationibus ductus crediderim. Neque enim facile post Zosimum papam inveniri potest, aliquem Romanorum pontificum titulum quendam novum addidisse, sed eos, vel mutasse, vel restituisse, aut tantum exornasse.

PAROECIA, sive PAROCHIA, idem est, quod titulus, scilicet sacra ædes, ubi animarum cura a presbyteris gereretur: qui parochi dicti sunt, id est, curati. Parœcia autem dicitur accolatus, sive accolarum conventus sacraque vicinia: nam παρὰ, juxta, οἶκος domus: ubi scilicet sunt domus contiguæ. Augustinus lib. xiii. de Civit. Dei, *presbyter fuit quidam nomine Restitutus in parœcia Calamensis ecclesiæ*. Et parœci sunt accolæ. Quare, qui sacram ædem ali-

aliquam accoluit, parœci dicti sunt, ejusdem scilicet fani consortes: Latine curia, & curiales, & curiones dici possent. Qui parochiam vocant, eam vocem a parocho deducunt, ἀπὸ τοῦ παρὰ ἔχειν, hoc est, a præbendo. Erant enim parochi, qui legatis Romam publice venientibus, ceterisque alicujus dignitatis hospitibus salem, & ligna præparabant, ut exponit Acron super illud Horatii 1. serm. satyra 5. *Tum parochi, qui debent ligna salemque*. Hi Latino vocabulo copiarii dicti sunt, ut auctor est Porphirio: quod omnium rerum necessariam copiam regum populorumque legatis suppeditabant. Nam quamvis Horatius loco jam citato salis tantum, & lignorum meminerit: tamen, ut ibidem animadvertit Acron, sub illarum specierum appellatione, omnia hospitibus necessaria voluit intelligi. A parocho parochia dicitur, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt ad oblationem scilicet sacrosancti corporis, & sanguinis Christi, sub panis, & vini speciebus.

DIACONIÆ a diaconis dictæ sunt. Erant hæ publicæ pauperum hospitales domus, quæ oratoria, & sacella adjuncta habebant, in quibus a patre diaconiæ, sive diacono egenis necessaria subministrabantur. Nam diaconi inopia laborantium viduarum, & pupillorum ministri erant, hisque domibus hospitalibus præerant. Antiquitus in Romana ecclesia per singulas Urbis regiones diaconi distincti erant, diaconique regionarii vel talis, & talis regionis appellabantur. Post eorum præcipuo usu exolescente, & hospitalibus domibus ipsorum negligentia dirutis, ipsorum sacella, vel ædiculæ superfuerunt, quæ diaconiæ nomen retinuerunt: a quibus diaconi Cardinales Urbis Romæ postea denominationem habuerunt, sic, Diaconus cardinalis SS. Cosmæ, & Damiani, vel S. Theodori.

XENODOCHIUM idem est, quod domus publica hospitalis, qua peregrini hospites, & egeni hospitaliter recipiuntur. Hieronymus: *Xenodochium in portu Romano situm totus pariter mundus audivit*. His qui præerat, *Xenodochus* dicebatur.

MONASTERIA a solitudine dicta, quæ olim in locis abditis, & ab hominum commercio procul remotis condi solebant iis hominum actibus alendis, qui etiam a solitudine monachi dicti sunt, ubi contemplationi vacantes soli commorabantur.

GREMIUM BASILICÆ vocat Bibliothecarius, medianam basilicæ partem, quam nos majorem dicimus.

CAMERA. Bibliothecarius in vitis pontificum Romanorum frequenter basilicarum variarum Cameras profitetur, ut Lateranensis, & aliarum, quas etiam ab iisdem pontificibus exornatas scribit. Eas opinor ego fuisse sacraria, vel quid ejusmodi basilicis adjunctum.

ABSIS, SIVE APSIS, proprie est curvatura rotæ, id est, lignum super rotas tenens scalas, vel in quo finguntur radii, vel ligneus

gneus rotæ circulus, quo significatu alii primam aspirant sic, Habsis ab ἅπτω, id est, a tangendo quod ea pars, quum tota voluitur, terram contingat. Hoc etiam nomine significatur fornicis curvatura, & aliquando integer fornix. Hinc ecclesiastici scriptores, quam nos ecclesiarum tribunam vocamus, habsidem vocant.

CONFESSIO, quod verbum in Bibliothecario, & aliis ecclesiasticis scriptoribus frequentissimum est, idem apud Latinos significat, quod apud Græcos martyrium. Hi enim ecclesias Deo privatim dicatas dominica; martyribus vero, martyria vocabant, hoc est, in quibus martyrum corpora jacerent, aut eorum memoria coleretur. Hinc basilicam Vaticanam, Apostolorum martyrium vocat Joannes Chrysostomus. Quia vero martyr Græce, Latine a Cypriano confessor, sive testis exprimitur, a confessore Confessio manavit, ut a martyre martyrium. Est vero confessio ecclesia, in qua confessorum, hoc est, martyrum memoria coleretur. Quos enim nos modo martyres, veteres patres, in his Cyprianus, confessores appellant, quod in tormentis citra mortem intrepidi Christum confessi essent, epist. VII. lib. II. Cleri Romani ad Cyprianum episcopum. *Quanquam confessorum quoque, quos hic adhuc in carcere dignitas suæ confessionis inclusit.* Item epist. VI. lib. II. Cypriani ad martyres, & confessores: *Exulto lætus, & gratulor fortissimi, ac beatissimi fratres, cognita fide ac virtute vestra, in quibus mater ecclesia gloriatur, gloriata, & nuper quidem cum confessione perstante suscepta pœna est, quæ confessores Christi fecit extorres. Confessio tamen præsens quantum in passione fortior, tantum clarior, & major in honore est. Crevit pugna, crevit & pugnantium gloria. Nec retardati estis ab acie tormentorum metu, sed ipsis tormentis magis estis ad aciem provocati, fortes, & stabiles ad maximi certaminis prælium prompta devotione prodiistis, ex quibus quosdam jam comperi coronatos, quosdam vero ad coronam victoriæ proximos, universos autem, quos agmine glorioso carcer inclusit, pari ac simili calore virtutis ad gerendum certamen animatos, sicut esse oportet in divinis castris milites Christi, ut incorruptam fidei firmitatem non blanditiæ decipiant, non minæ terreant, non cruciatus ac tormenta devincant, qua major est, qui in nobis est, quam qui est in hoc mundo*: & alibi passim, qui Christum in tormentis & carcere, citra mortem tamen confessi fuerant, modo confessores voce Latina, modo etiam voce Græca martyres appellat. Antiquitus igitur confessio idem erat quod martyrium, scilicet ecclesia in martyrum honorem consecrata. Nunc vero in omnibus totius orbis terrarum Christianorum ecclesiis, quæ duplices sunt, superior scilicet, & inferior (quales multæ per totam Lombardiam & Italiam, Romæ etiam modo extant, & plures extabant) appellatur usque hodie inferior ecclesiæ pars sub altari majori ædificata, ut Parmæ in cathedrali,

Veronæ ad Sanctum Stephanum, Romæ ad Sanctam Priscam, S. Martinum in Montibus, & alibi. Earum similitudine confessio dicitur locus imus sub gradibus & altari majori ecclesiarum S. Petri, S. Pauli, Lateranensis, S. Laurentii extra muros, S. Mariæ Majoris, & aliarum. Quæ confessio non sine materiali ecclesia fit. Quod etiam probatur capite vigesimo Concilii Grangrensis, sic: *Si quis superbiæ usus affectu conventus abominatur, qui ad confessiones martyrum celebrantur, & ministeria, quæ in eis fiunt, simul cum eorum memoriis execratur, anathema sit.* Ita una versio: Alia vero, quæ per confessiones martyrum intelligit, apertissime exponit basilicas sanctorum martyrum. Sic enim ait: *Si quis per superbiam tanquam perfectum se existimans, conventus, qui per loca, & basilicas sanctorum martyrum fiunt, accusaverit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque Sanctorum contemnendas, anathema sit.* Anastasius Bibliothecarius in vita Xysti III. papæ: *Xystus papa* (inquit) *fecit confessionem beati Laurentii martyris cum columnis porphyreticis, & ornavit transennam. Fecit quoque ibi ad confessionem altare S. Laurentii de argento purissimo librarum quinquaginta, cancellos argenteos supra Platonias porphyreticas librarum* CCC. *absidam super cancellos, cum statua beati Laurentii argentea librarum ducentarum.*

AMBO dicitur suggestus, seu pulpitum marmoreum, ex quo lector, seu diaconus lectionem, seu evangelium recitabat. Quos multos & magnos, & pulcherrimis tabulis marmoreis ornatos per Urbis ecclesias & præsertim apud S. Paulum videmus, quem locum D. Cyprianus lib. IIII. epist. V. honoris causa tribunal quoddam ecclesiæ appellavit: ab ambiendo dictum volunt, quod locus ille utrinque gradibus ambiatur. Nam in quibusdam ecclesiis duo graduum ordines visuntur, unus a sinistris, quo fit ascensus versus Orientem, alter a dextris Occidentem spectans, quo fit descensus. In quibusdam vero aliis ecclesiis diaconus una, subdiaconus altera via in pulpitum, seu ambonem conscendit. Expositor Romani ordinis Ambonem hanc appellationem ideo habere tradit, quod ambiat, & cingat intrantem. Sed verius est Græcam esse vocem ἄμβων ἄμβωνος, quæ inter cetera significat ascensum, & locum editum, a verbo ἀναβαίνω, quod est ascendo. Capite XV. Concilii Laodiceni, quod Græce est τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, Latine legitur: qui pulpitum ascendunt.

SACRARUM ÆDIUM ORNAMENTA.

PATENA, SIVE PATINA, est genus vasis, a patendo dictum, quo dapes in mensam feruntur. Dicta a Columella patena lib. XII. cap. XLIII. *Columella* (inquit) *patruus meus ex ea creta, qua*

qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri videbat. Harum usus in primitiva ecclesia in oblatione corporis Domini institutus, adhuc usque perseverat. Illud interest, quod hodie parvæ, antiquitus magnæ conficiebantur ex auro, & argento, ut Eucharistiam pro tanta multitudine suscipere capaces essent.

CALICES. In vitis Pontificum Damasi, & Bibliothecarii, & præsertim in vita S. Silvestri frequenter mentio est calicum majorum, & minorum, & ministerialium, quos Pontifices, & Imperatores, in his præsertim Constantinus in ecclesiis ab se constitutis, aureos & argenteos contulisse leguntur. Ministeriales ideo dicti, quod administrando sanguinem Christi populo deservirent. Remigius archiepiscopus Remensis, quum ejusmodi calicem ministerialem fieri jussisset, in ipsius circuitu hosce ab se editos versiculos posuit:

Hauriat hinc populus vitam de sanguine sacro
Injecto, æternus quem fudit vulnere Christus,
Remigius reddit Domino sua vota sacerdos.

AMULAM, ALIAS AMAM, quidam interpretantur phyalam ad urceoli similitudinem. Certe quo loco III. Regum VII. Græce legitur φιάλας, noster interpres vertit amulas. Expositor ordinis Romani: *Amula (inquit) vas est, in quo vinum offertur: cujus generis vasa fusilia fecit Rex Salomon* DCCC. *sicut Josephus testatur*, &c. Sed in gestis pontificalibus legitur religiosos quosque Imperatores, principes, atque Pontifices tantum numerum de amulis, atque patinis, seu aliis vasis, atque ornamentis ecclesiasticis ad honorem Dei obtulisse illi, atque illi ecclesiæ, quanta possibilitas fuit unicuique pro sua devotione. Nonnunquam & amæ dicuntur, & per aspirationem hamas nonnulli legunt. In vitis Pontificum Bibliothecarii frequenter legitur, hamas argenteas, & aureas donatas ministerio divino. Hinc hamula, & hamulula deductæ. Columella in cultu hortorum,

Aut babilem lymphis hamulam, *Bacchive lagenam.*

Hodie etiam hamula ab Italis dicitur vulgo vasculum vitreum ad usum aquæ, & vini, & præsertim in sacrificio missæ.

COLATORIUM, hoc erat vasculum quoddam subtilissimis foraminibus ab imo perforatum, quo vinum ex hamulis in calicem refundebatur.

PUGILLARES inter instrumenta sacra, quæ Pontifici ad stationem procedenti præferebantur, numerantur pugillares aurei sive argentei. Videtur autem ea ætas pugilliarium nomine intellexisse stylos, seu graphia, seu etiam pennas, vel calamos, quibus litteræ deformantur, & ex hac similitudine fistulas, seu cannas, quibus sanguis e Dominico calice exugebatur, quum proprie pu-

 gil-

gillares ſint ipſæ tabulæ, in quibus ſcribi conſuevit, quæ Græce πτυχίδια dicuntur. Ejuſmodi pugillarium ſeu fiſtularum argentearum, & aurearum, quum hæ antiquitus cuncto populo in communione ſanguinis Chriſti deſervirent, hodie ſolus Romanus pontifex uſum adhuc obſervat.

SCYPHI, METRETÆ, HYDRIÆ, ſunt vaſa divino miniſterio ab Imperatoribus, & Pontificibus oblata, quæ frequenter Bibliothecarius commemorat. Scyphus autem vaſis potorii genus erat, quod proprie Herculi attribuebatur, quemadmodum cantharus Libero patri: Quo veteres in ſacris & in conviviis uſi ſunt. Vergil. IIII. Æneidos: *Et ſacer implevit dextram ſcyphus*. Horat. Epod. IX. *Capaciores affer huc puer ſcyphos*. Metreta etiam genus vaſis fuit, conſtans ex duobus bátis, id eſt, decem congios, vel ſexaginta ſextarios comprehendens. Et quod Dioſcorides metretam vocavit, Plinius cadum tranſtulit. Alii metretam amphoram dicunt. Hydria vero vas aquarium erat, a Græca voce ὕδωρ, id eſt, aqua, dicta.

THYMIAMATERIUM, quod Latine acerra dicitur, vas erat, in quo odores ſuaviſſimi thymi, herbæ odoratæ, naturam referentes, in ſacris incendebantur.

PELVIS, quaſi Pedalvis (ut Varro inquit) a pedum lavatione vas dictum. Alii pelvim a pellucendo dictam tradunt, putantque ſinum eſſe aquarum, in qua variæ res pelluntur. Juvenalis ſatyra III.

Vt ſint contentæ patulas effundere pelves.

Veteres Chriſtiani vaſa, quibus in baptiſmo utebantur, pelves appellabant.

PHARA, Damaſus & Bibliothecarius in Romanorum pontificum, & præſertim S. Silveſtri vita, phara canthara, ceroſtata, coronas, delphinos, lychnos, & lychnucos, pro diverſi generis lampadibus, & lucernis in eccleſiis ardentibus, acceperunt.

Pharus igitur Inſula, & turris ampliſſima in portu Alexandrino ſita erat saluti navigantium condita, quæ nocturnis ignibus portum iis monſtrabat. Solinus ſcribit, ab hac turri pharo, pharos vocari machinas in portibus ad prælucendi miniſterium fabricatas: quoniam ex hac pharo Alexandrina, naves nocturnis facibus accenſis, dirigebantur. Papinius,

Lumina noctivagæ tollit pharus æmula lunæ.

Hegeſippus lib. IIII. tradit a Græcis Latiniſque pharon appellari ex ipſius rei uſu, eo quod longe videatur a navigantibus, atque ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod ſignificat lucidum, & immutata littera pharos dicitur. Hinc hodie triremium lanternæ fanones & fanales vocantur, & tur-

& turres in portubus Neapolitano, Meſſinenſi, & Genuenſi lumina nocturna ſuſtinentes, Phari dicuntur. Eccleſiaſtici igitur ſcriptores hac voce ſuggeſtus aureos, & argenteos in modum turrium vel columnarum vocabant, quibus annexum erat certum lychnuchorum genus, quod Delphinum vocabant. Ita enim ſcribitur: *Fecit pharum unum cum* X. *delphinis*. Pharum porro etiam coronam vocabant, forte quod rotundus eſſet. *Fecit*, inquit Bibliothecarius, *coronam*, *id eſt*, *pharum cantharum*, *cum delphinis quattuor oleo ardentibus*: ubi illud animadverſione dignum eſt, quod quanquam idem fere eſſe lychnuchum, & delphinum dixerim, nonnihil tamen inter ſe differre opus fuit. Nam delphini ardentes cum pharis cantharis, vel cum coronis conjunguntur: lychnuchi vero cum lucernis. Cur autem pharus cantharus dicatur, haud certo ſcio, niſi in formam vaſis magni factum fuerit in extrema parte. Nam poculum fuit, quod Baccho tribuebatur, ſicut ſcyphus Herculi, dictus a cantharo, quod erat navigii genus. Plinius libro XXXIII. cap. XI. refert Marium poſt victoriam Cimbricam cantharis potaſſe, Liberi patris exemplo. Virgilius,

Et gravis attrita pendebat cantharus anſa.

Ulpianus tradit cantharos eſſe, per quos aquæ ſaliunt.

Præter pharum cantharum, in eodem fere ſignificatu Bibliothecarius enumerat

Ceroſtota, & canthara ceroſtota, quæ lucernæ forte erant in modum cornu factæ a κέρας, quod eſt cornu, dicta. Ut autem delphini coronis, & pharis cantharis ardentibus attribuuntur, ſic lychni, vel lychnuchi lucernis. Eſt enim lychnus Græce Latine lucerna. Sed Bibliothecarius lucernam pro lychnorum ſuſtentatione, ſive candelabro accepit. Lychnum vero, ſeu lychnuchum pro lampade ipſa ardente.

GEMELLIONES aurei, & argentei dicuntur, qua voce, quid ſignificari poſſit, niſi urceoli, vel ampullæ ſint, non invenio.

SACRARUM VESTIUM GENERA.

ANABOLAGIUM, ALIAS ANABOLADIUM, a verbo Græco ἀναβάλλομαι, quod eſt ſupra jaceo, vel rejicio, appellabant amictum album lineum: qui, quod humeris imponeretur, ſuperhumerale etiam vocabatur.

ALBA, ſcilicet veſtis, vel camiſia, hodie dicitur camiſium.

CINGULUM a cingendo, corda, qua Pontifex cingitur.

ORARIUM vocabant eam faſciam, quam nos ſtolam dicimus: alii velum, cui Romanus pontifex, & archiepiſcopi pallium ſuper humeros imponunt, orarium vocant.

MAP-

MAPPULAM vero, quam hodie manipulum appellamus, quæ a mappa, qua manuum sordes in mensa abstergimus, dicta est.

COLOBIUM est vestis sine manicis, ac mutilata, a κολοβὸ verbo Græco, quod breve, mutilatum, truncum significat, dicta. Qua olim virgines utebantur, & sancti patres, ut Paulus Heremita. Expositor Romani ordinis, *in candidissimo* (inquit) *habitu colobionis, quo vel apostoli, vel apostolici viri usi sunt, quum culparetur a quibusdam nuditas brachiorum*. Silvester papa instituit, ut in ecclesiastico ministerio diaconi dalmaticas, id est, tunicas manicatas, & candidas induerent, quales testatur Isidorus episcopus in Dalmatia primum contextas, qua etiam usi sunt veteres. Lampridius in Commodo, *Dalmaticatus in publicum processit*.

CASULA, ALIAS PLANETA, genus vestis, in sacris a Christianis sacerdotibus usurpata, ἀπὸ τῆς πλάνης, id est, ab errore, dicta. Quoniam quum latissimo initio, & sine manicis esset, ejus limbus super brachia, & scapulas projectus, errabundus totum corpus circumiret. Hodie ab utraque parte concisa, ante & retro tantum producitur usque ad talos.

PALLIUM est fascia ex candida lana contexta habens desuper circulum humeros constringentem, & duas lineas ab utraque parte dependentes, quattuor purpureas cruces, ante, retro, a dextris, & a sinistris: duplex quidem a sinistris, simplex a dextris, cui in tres partes conciso, tres acus infiguntur, quibus consuitur. Quæ omnia moralibus sunt repleta mysteriis, quorum explicationem vide apud Innocentium III. lib. x. cap. xii. de Sacro altaris mysterio. Dictum autem, est, ut puto, a verbo Græco πάλλομαι, quod est vibror, agitor: nam circum collum super humeros vibrabatur, agitabatur, circumvolvebatur. In VIII. Synodo Constantinopolitana IIII. posteriore sub Joanne VIII. papa celebrata Sessione prima pallium vocatur ἀρχιερατικὴ στολὴ, hoc est, pontificalis stola. Ubi illud scitu dignum, quod in ea synodo exponitur, quomodo Joannes VIII. papa Photio mittebat pallium & sandalia, ut ostenderet se eum in patriarchali Constantinopolitana sede suscipere. Ubi sunt hæc verba: *Quod Domnus noster Apostolicus admittit Domnum Photium in patriarcham, testatur pontificalis stola a summo pontifice Domno nostro Joanne ad eum missa, quam propterea direxit, ut omnes intelligant, & certo sciant, Domnum Photium recipi a summo pontifice in patriarcham: cumque hoc dixisset, dedit Photio pontificalem stolam, humerale indumentum, penulam, & sandalia*. Paschalis II. Papa: *Pallium* (inquit) *est insigne archiepiscopalis dignitatis, quod assumitur de corpore, id est, de altari B. Petri, in signum unitatis apostolicæ sedis*. Quod archiepiscopo electo apostolica sedes non tradit, nisi prius præstet pro fide, obedientia, & unitate juramentum. Antiquitus candidi agni sine macu-

la

la nutriebantur a monialibus albis S. Andreæ prope S. Marcellum de Urbe, postea ea cura ad moniales S. Hagnetis extra Urbem via Nomentana translata fuit: hodie est monialium turris speculi. Qui dominica in albis circuibant altare S. Petri. Ex ejusmodi agnis sumitur lana, de qua per easdem virgines pallia texuntur, quæ Papæ, & archiepiscopis per manum primi diaconi initio ipsorum promotionis dari solent. Qui nisi accepto pallio, neminem episcopum consecrare possunt. Eo etiam, præter archiepiscopos, utuntur episcopi quidam ex privilegio, ut Lucensis, &, ex decreto Marci Papæ, Ostiensis in consecratione Romani pontificis. Gregorius papa vetuit aliquid pro susceptione pallii solvi. Quod decretum confirmarunt Leo II. & Urbanus II. summi pontifices.

MITRA, SEU MITHRA, a Persis sol dicitur, aliquando pro primario sacerdote ponitur, ut apud Apulejum lib. ultimo, *ipsumque Mithram illum suum sacerdotalem præcipuum sacrorum ministeriorum decernit*. Mitra etiam sine aspiratione significat quoddam capitis ornamenti genus, quo primum Mœonii, deinde Ægyptii, Syri, Phryges, Lydii, & Persæ usi sunt. Erat autem pileus acutus. Accipitur & pro muliebri corona, ad ornatum capitis adulescentularum, ex qua pendebant fasciolæ, quæ phylla dicebantur, quod florum instar dependerent. Virg. x. Æneid.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Episcopi Christianorum mitra utuntur, quum rei divinæ operam dant, quæ pileus lineus vel e serico albo est, in altum porrectus, & in duas cuspides divisus. Fiunt mitræ aureæ unionibus, & gemmis ornatæ. Quarum usum in Romana ecclesia non ante sexcentos annos esse opinor.

OFFERTORIUM, syndonem sericeum, seu linteamen significat, in quo populorum oblationes reponebantur, ab offerendo dictum. A quo etiam ea Missæ pars vocatur offertorium, quæ dicebatur tempore oblationis.

FANON etiam appellabatur linteamen illud, quæ vox Germanica esse videtur, a quibus vela illa ex hastilibus dependentia *fanen* usque hodie appellantur. Guillelmus Durantes cum fanone candido, exponit cum mappula alba, & nitida. Hodie Veronæ in patria mea linteamina sericia, & depicta ex hastis dependentia, & in supplicationibus deferri solita, confanones vocantur.

NACCUS, pro nacco intellexerunt veteres Christiani Romani pannum laneum rubrum, quo equorum sellam cum Pontifex equitabat, cooperiebant, a verbo Græco Νάκος, quod lanam sive vellus significat, derivatum.

FINIS.